Iconum anatomicarum explicatio / [Anon].

Contributors

Caldani, Leopoldo Marco Antonio, 1725-1813.
Caldani, Floriano, 1772-1836.

Publication/Creation

Venice : [J. Picotti], 1802-1814.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/xdddjwz2

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org



F73

Plates See E 1

RADFORD LIBRARY,

Saint Mary's Hospital, Manchester.

No. ~~F73 15. E. Sec 13~~

This Book to be returned in _____ *days.*

Fine for overtime ____ *per day.*

Note.—No book can be renewed if wanted by another reader, nor unless brought to the Library for that purpose.

It is requested that the leaves of books may not be turned down,—that no person will write in them,—and that the greatest possible care may be taken of them.

EXTRACTS FROM THE RULES.

That each Medical Officer shall be allowed not more than two works out of the Library at one time, and not more than two volumes of each work.

That Registered Medical Students shall be allowed to take out books every Tuesday and Saturday, from eleven till one, or at such hours as may be ordered from time to time by the Board.

That each Registered Medical Student shall be allowed to have not more than one book out of the Library at the same time, unless the work consists of two or more volumes, and in no case more than two volumes.



NOT FOR CIRCULATION

ST MARY'S HOSPITAL
RADFORD LIBRARY
MANCHESTER.

NOT FOR CIRCULATION

NOT FOR REPRODUCTION

ICONUM

ANATOMICARUM

EXPLICATIO

PARS TERTIA

SECTIO PRIMA

VENETIIS

MDCCCVIII

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

NOT FOR CIRCULATION

LECTORI

S.

ST MARY'S HOSPITAL
RADFORD LIBRARY
WINCHESTER.

Elegantissimas Icones, quibus praegnantem mulieris uterum Gulielmus Hunterus *illustravit (a) iis Tabulis adjicimus quae naturalem ejusdem visceris molem et fabricam repraesentant. Tanta quidem est Operis hujus celebritas, ac tantum ex eo emolumentum iis ostenditur, qui ad obstetricis artem rite exercendam optimis studiis informari volunt, ut summa, si qua in nobis est, diligentia expressas Tabulas voluerimus; et id fortasse assequutos nos esse confidimus, si docti Viri, qui de hisce studiis judicium ferre possunt, exemplar nostrum cum priori Operis editione comparare dignentur. Quod si* Loderi *potius methodus nonnullis arrideat, qui praecipuas tantum Hunterianas Tabulas, sed non omnes, atque mole imminutas evulgavit, sciant, quaeso, nos hujusmodi sententiam minime probasse, propterea nimirum quia cum summa sit Hunteriani Operis raritas atque ingens pretium, Italorum comodo eodem tempore consulendum esse putavimus.*

Soemmerringi *praeterea nitidissimas Icones (b) Hunterianis addidimus, et quare id factum sit ex ipsomet* Soemmerringo *potius quam a nobis, Lector, edisce.* Quum in *Gul. Hunteri* opere splendidissimo, *inquit ille,* completa fere et nitida embryonum series a quarto mense ad perfectam usque maturitatem picta inveniatur, duae tabulae meae ad instar supplementi istis tabulis adponi poterunt, quippe revera ea supplent, quae reliqui fecit Vir ille

(a) Anatomia Uteri humani gravidi tabulis illustrata. *Londini* 1774. *fol. max.*
(b) Icones embryonum humanorum. *Francofurti ad Moen.* 1799.

summus, fautor noster insignis. Hunterianis ergo Tabulis junctae hae duae completam sistunt seriem foetuum humanorum a primis originibus ad perfectam usque maturitatem.

Angiologiae insuper ac Neurologiae tabulis novus accessit labor, siquidem in cordis, vasorum ac cerebri figuris delineandis omne studium atque omne ingenium contulimus. Si vero repetitis cadaverum sectionibus naturam nos in Iconibus accurate sequutos esse non dubitamus, non inde tamen omnia dicemus plene esse cumulateque perfecta; praesertim cum visceris uniuscujusque molitio a Deo constructa atque aedificata ruditer a mortalibus effingi possit ac repraesentari. Quas vero Tabulas celeberrimi in hac arte Viri in lucem protulerunt, famae celebritate jam commendatas sive ad vasa spectent sive ad nervos, omnes collegimus, nec nobis vitio vertas, Lector, si nullibi mutatas evulgamus: id enim ea de ratione factum est, ne quae corrigere voluissemus, tibi quidem nos depravasse videretur.

NOT FOR CIRCULATION

UTERUS HUMANUS GRAVIDUS

ET

EMBRYONES HUMANI

TABULA CXXXV.

Decem priores tabulae mulierem exhibent, nono fere graviditatis mense exeunte, ann. 1750, subita morte extinctam. Arteriae a venis, cera diversi coloris injecta, distinctae erant. In hac prima, contenta abdominis, integumentis decussatim incisis et reflexis, sub conspectum veniunt. Resupinatum est acclivi situ cadaver, ut superior trunci pars haud paulo esset elatior, et viscera inde abdominis clarius contemplanda objicerentur.

Femora et pudenda, utpote partes externae, eam, quam caeterae, notationem non desiderant. Pudenda vero, in hoc cadavere, ut ex figura concipi potest, aqua inter cutim intumuerunt.

A. A. Pars anterior thoracis infra mammas, qua truncus erat transverse discissus, figuram a parte superiori terminans.

B. B. Integumentis, musculis, et peritoneo decussatim incisis, eorum anguli duo superiores in marginem thoracis cartilaginosum reflexi.

C. C. Eorundem anguli duo inferiores, in inguen, femur, et ossis ilium spinam anteriorem, utrinque reclinati. In angulis illis, ad marginem inferiorem medio femori oppositum, observare licet partem rugosam et tensam, qua filum adhibitum fuit, ea mente, ut, angulo detracto, uterus et partes vicinae manifestius apparerent.

D. Incisionis longitudinalis, ad scrobiculum cordis a mucrone cartilaginis ensiformis ductae, extremitas superior.

E. Ejusdem incisionis, ad symphysin ossium pubis, extremitas inferior.

F. Hepatis ligamentum falciforme, super faciem internam musculorum abdominis, ad illius visceris fissuram, magnum inter lobum et parvum, protensum.

G. G. Arteria et vena epigastrica, in utrisque musculorum an-

gulis inferioribus trans peritoneum sese projicientes.

H. Hepatis lobus sinister, in parte summa regionis epigastricae situs. Illius in superficie, arteriae quaedam parvae, ex substantia illius glandulosa exeuntes, et in peritoneum quo vestitur diffusae, delineantur.

I. Omentum in regione epigastrica situm, intestinis tenuibus incumbens. Vasa quamvis cera vividi coloris impleta, ob partis adipem cerni vix potuerunt.

K. Omenti pars inferior et media, ab utero anteā elevata, quae in plicaturas multas quam minimas contracta jacuit et compressa.

L. Omentum a latere dextro, post partem eam uteri, qua incipit tuba dextra, descendens.

M. Omentum quod in latere sinistro ante tubam fallopianam, ec. descenderat, seorsum positum, quo partes eae in conspectum prodirent.

N. N. Duo intestinorum tenuium gyri, quorum utrique, maxime autem inferior, omenti parte praedicta tecti fuerant.

O. Uterus, regionem totam umbilicalem et hypogastricam possidens. Superficies ejus vasorum ramulis tenuibus intertexta: horum pleraque venae. Multa sanguine solummodo impleta, cadavere diutius asservato, paulatim evanuerunt. Situs uteri paulo obliquus, et ad latus dextrum. Umbilicus parte qua stat haec litera aliquanto altior fuit. Forma uteri quodammodo irregularis; aliae ejus partes aliis eminentiores. Id ex eo oritur, partim quod visceribus vicinis incumbens, praesertim ad fundum, se ad eorum formam finxerat; partim etiam quod contenta ejus formam irregularem prae se tuleraut.

P. Tumor ad latus sinistrum uteri, in ea scilicet parte cui media placenta interne adhaerescebat.

Q. Uteri tumor in latere dextro, ubi foetus nates jacebant, ubi etiam foetum per substantiam ejus satis distincte tactu sentire licuit. Undique circum hanc partem uterus aliquanto depressus, et sacculi instar aqua repleti, tactum afficiebat.

R. R. Ligamenta rotunda. Sinistrum, propter uteri situm obliquum, dextro longius. Exitus amborum, angulis inferioribus integumentorum ec. filo deductis, in conspectum veniebat. Quae strictura ibi videtur, nihil aliud est, quam peritonei in forma thecae duplicatio et protusio, ea ligamenta per paululum spatii sequens, quaeque ab eo peritonei processu, funem spermaticum canis vel tauri comitante, gradu tantum differt.

S. S. Tubae fallopianae. In latere dextro, solum fere tubae principium cernere licet, parte reliqua post uterum descendente. In latere sinistro, tubae media pars sola in conspectum venit; tegitur enim ejus principium intestino ibi posito; finemque ejus, vel fimbrias, vasa spermatica occultant. Ea vasa, in latere sinistro, satis aperte conspiciuntur; spatium illud totum inter ligamentum rotundum et tubam occupant: vas parvum arteria; magnum ei adhaerens vena. Utraque ad uteri latus, in peritonei duplicatione illa, quae ligamentum latum appellatur, procedunt.

TABULA CXXXVI.

Conspectus viscerum abdominis a latere dextro, partibus continentibus thoracis et hypochondrii ac maxima omenti parte sublatis.

A. A. Femora, ubi transverse scissa, linteo cooperta.
B. Spina, supra diaphragma, transverse discissa.
C. Costae octavae pars.
D. D. Integumenta et musculi, ad partem thoracis posteriorem, eo loco quo negligenter sejunctus erat truncus, rescissi.
E. Musculorum abdominis angulus inferior, in femur, ut in praecedente figura, devolutus.
F. Montis, ut dicitur, veneris pars, una cum musculis abdominis, devoluta.
G. Ad sinistrum latus pars huic respondens.
H. Thoracis margo, ad latus scrobiculi cordis sinistrum, peritoneo et musculis inversis, tectus.
I. Cartilago mucronata.
K. K. Costae inferiores, partesque caeterae continentes sectione longitudinali sejunctae, adeo ut, iis quae sectionem et scrobiculum cordis interjacerent remotis, viscera hypochondrii dextri sese videnda offerrent.
L. Pars ima atque posterior cavi dextri thoracis.
M. Aorta descendens, eo loco, quo cadaver transverse discissum fuerat, deligata; nec non, colorata cera impleta.
N. Oesophagus ibidem deligatus.
O. Superficies superior convexa diaphragmatis; quod, pleura tectum, in situ suo naturali manet.
P. Diaphragmatis centri tendinei pars quae in dextro latere sita est.
Q. Venae cavae inferioris truncus, juxta diaphragmatis superficiem superiorem deligatus.
R. R. Pleurae sectae margo, loco quo reflexa de superficie su-

periori diaphragmatis, faciem internam costarum contegebat.

S. S. Peritonei secti margo, loco quo scilicet a superficie diaphragmatis inferiori, membranae investientis more, ad faciem internam musculorum abdominis cursum tenebat.

Superficies inter margines pleurae *R. R.* et peritonei *S. S.* connexio est diaphragmatis ex facie interna costarum dirupta.

T. Facies interna musculi transversi peritoneo tecta.

U. Hepatis lobus magnus, vel dexter; in cujus crepidine, ex adverso literae *U*, exiguam videre est fossulam, quam vesicula fellis figurae suae aptaverat, faciei internae hepatis hic loci apposita.

V. Hepatis lobus parvus, in hypochondrium sinistrum sese extendens.

W. Ligamentum hepatis falciforme, seu venae umbilicalis reliquiae, loco quo fissuram hepatis intrat, recisum.

X. Colon ex caeco ad hepar sursum transiens.

Y. Y. Colon, cum appendiculis suis adiposis, sinistrorsum currens, hepar inter et intestina tenuia.

Z. Z. Omenti principium vel radix, quod ex intervallo hepatis et intestinorum tenuium nascitur.

a.a.a.a. Illorum intestinorum tenuium gyri aliqui, omento paulo infra marginem hepatis exscisso, in conspectum veniunt.

b. Uterus. In facie ejus externa, venas, aliquantulum obscurius, notare licet. Hae, cum cadaver primum apertum posui, cera etsi impletae, colore tantum distinguebantur. Tempore autem quo tabula haec erat delineata, venae, parte jam arefacta, sese magis projiciebant, ut in figura quodammodo se videndas offerunt.

c. Ligamentum rotundum in inguen descendens.

d. Tuba fallopiana, juxta faciem internam ossis ilium retrorsum currens.

e. Tubae extremitas fimbriata, pone latus uteri jacens, hic paululum educta, nempe ut conspiciatur. Ligamentum rotundum inter et tubam, vasa spermatica, praesertim

vena, conspiciuntur, ad partem uteri anteriorem, cui placenta adhaerebat, praecipue tendentia.

f. Uteri angulus prominens, loco quo foetus nates, utero nondum adaperto, tactu sentire licebat.

N. B. Costis nothis lateris dextri remotis, illae quae ad latus erant sinistrum, ex vi resiliendi, marginem thoracis *H.* et exinde cartilaginem ensiformem elevarunt; unde facies ejus anterior in dextrum latus oblique tendebat.

Figura hac nondum delineata uterum observavi sensim subsedisse; quapropter ope quam minimae cannulae, uterum, spiritu vinoso injiciendo, in pristinam figuram restituere conatus sum.

TABULA CXXXVII.

Partis trunci inferioris prospectus, oculo scilicet a parte sinistri lateris superiori, oblique deorsum ita collineato, ut universa viscerum compages, una cum diaphragmate, in situ suo naturali appareret.

A. Femur sinistrum. Uteri prominentia femur dextrum oculo subtrahit.

B. Clunis sinistra.

C. Integumentorum et musculorum abdominis, lateris sinistri, angulus inferior in inguen et femur inversus.

D. Integumentorum et musculorum abdominis sectio transversa.

E. E. Partium abdominis continentium sectio longitudinalis, ab ilium osse sursum ducta. Hac sectione, angulus superior partium continentium omnino aufertur, ut viscera hypochondrii sinistri in conspectu ponantur.

F. F. Partium thoracis continentium posteriorum sectio transversa.

G. Vertebra transverse scissa.

H. Medulla spinalis.

I. I. Cavorum thoracis partes inferiores posticae, quae, pulmonibus sublatis, vacuae conspici possunt.

K. K. Diaphragma superficiem convexam hepatis complectens.

L. Cartilago mucronata, diaphragmati adhuc adhaerens.

M. Diaphragmatis ad latus dextrum convexitas magna; quae in hoc cadavere, parte huic consentanea in latere sinistro elatior comparuit. Ibi etiam vasa nonnulla conspiciuntur; quorum majora, venae scilicet phrenicae, cera impleta sunt a vena cava; hinc altius extantia.

N. Diaphragmatis superficies, qua pericardio annectitur, quaeque cor sustinet.

O. Vena cava, ubi per diaphragma transit, deligata.

P. Oesophagus supra diaphragma deligatus. Hunc cera injecta, dum per arterias fluebat, materia colorante amissa, in ventriculum transiens, implevit.

Q. Aorta, eodem modo, ubi corporis truncus transverse fuerat scissus, supra diaphragma, deligata.

Oesophagus et aorta, una cum spinae prominentia, cavum satis magnum in diaphragmatis parte postica et superiori efficiunt.

R.S.T.U. Diaphragma in hypochondrio sinistro recisum. Ex parte posteriori, labia *T.U.* ejusdem fissurae in diaphragmate mutuo recedunt; et ex parte anteriori anguli *R.S.* inversi sunt, nempe ut viscera hypochondrii sinistri in conspectum veniant.

V. Hepatis extremitas sinistra.

W. Ventriculi extremitas sinistra.

X. X. Lienis margo anterior denticulatus.

a. Hepatis lobus dexter.

b. Ligamentum falciforme, fissuram hepatis intrans.

c. Hepatis lobi sinistri ea pars quae in regione epigastrica sedem habet.

d.d.d.d. Omenti radix dextrorsum de ventriculo et colo, hepar inter et intestina tenuia, descendens.

e.e.f.f. Omenti radix in hypochondrio sinistro ita disposita, ut cavum suum exibeat. Ea pars, quae marsupii omenti anteriorem partem facit *e.e.*, quaeque de ventriculo descendit, ventriculo jam et hepati incumbit replicata: omenti autem pars posterior, quae colo connectitur *f.f.* ante intestina tenuia in proprio manet situ.

g. g. Omenti radix, ventriculum inter et lienem.

h. h. Omenti pars ad latus sinistrum, in situ suo naturali, tenuia inter intestina et peritoneum faciem internam transversalis abdominis integens.

i. i. i. i. Intestinorum tenuium gyri multo inferiores et frequentiores hac in parte, quam eorum, quae in latere dextro jacent; partim propter obliquitatem uteri, praecipue autem quod in latere dextro hepatis moles minus spatii intestinis permittit.

k. Uterus. Tempore quo figura haec delineabatur, pars uteri superior arescere coeperat, unde vasa infarcta, magis conspicua sese exhibbeant: minorum pleraque arteriae sunt; majora omnia venae.

l. Ligamentum rotundum.

m. Tuba.

n. Arteriae spermaticae ramus magnus, trans ligamentum latum ad uterum repens.

o. o. Ramorum, venae scilicet spermaticae, majorum fasciculus, per ligamentum latum ad uterum adscendentium.

TABULA CXXXVIII.

Uterus, et contenta pelvis a parte anteriori: ossa pubis, cum integumentis, et superiori pudendorum parte, omnino fuerant abscissa, quo cervix uteri, et vesica simul urinaria ei praetensa, oculo inciderent.

A. A. Femora transverse abscissa.

B. B. Musculorum abdominis, et peritonei, anguli inferiores, in latera reflexi.

C. Uterus; cujus in tota superficie, perque substantiam, vasa cera impleta, et exinde prominentia, conspiciuntur.

D. D. Os pubis utrinque supra foramen magnum ischii resectum.

E. E. Ischii processus parvus eo in loco ubi ossi pubis committitur resectus.

F. Perinaeum.

G. G. Labia pudendi: horum pars superior, nymphae etiam, et clitoridis extremitas, abscinduntur.

H. H. Caruncula myrtiformis insignis.

I. Vagina. In parte hujus introitus inferiore (nigriore scilicet in hac tabula), vaginae cavum, tam retrorsum quam sursum ducens, repraesentatur. Ad literam *I.* conspicitur vaginae pars superior et anterior, quae cum vesica urinaria et urethra connectitur, quaeque a visceribus incumbentibus deprimitur. Ad punctum etiam orificii hujusce, fusci, ovati, superius, urethrae extremitas prominens, meatusque urinarii orificium conspiciuntur.

K. Clitoridis corpus transverse discissum: in medio, duas arteriolas fere contiguas, scilicet in utroque corpore cavernoso unam, cernere licet.

L. L. Clitoridis crura et erectores. Haec, ossibus pubis quibus annectuntur sublatis, magis horizonti ad libellam, quam in situ suo naturali, respondentia jacent. Sejunctione

autem ossium pelvis, nempe ut contenta eujs melius possint conspici, extenduntur.

M. Vescicae urinariae pars superior, simul utero, pone sito, et caput foetus continenti, simul ossibus pubis unitis, eam ex adversum ambientibus, compressa.

N. N. Peritoneum reflexum, telaque cellulosa, latera integens pelvis, et ei uteri parti quam ossa pubis amplectuntur, circumjacens.

O. Ex peritoneo et tela cellulosa, resectis, margo, eo loco ubi de vescica urinaria ad faciem internam musculorum abdominis tegendam, supra ossa pubis, adscendunt.

P. P. Ligamenta rotunda, abdominis intra cavum.

Q. Q. - - - - - - - eo in loco ubi ex abdomine recedentia sese in montis veneris lateribus sensim recondunt.

R. R. Musculi femoris, ossibus pubis exorti, rescissi.

TABULA CXXXIX.

Uteri pars anterior et dextra, cauta manu ab adhaerentibus secundinis separata, et in sinistrum latus reflexa. Id eo factum est consilio, ut pars membranae deciduae ac placentae, cum vasis earundem cera repletis, et superficies uteri cui adhaeserant interna, oculis exponerentur. Partes lineis designatas proxime sequens tabula exhibet integras. Priorem autem hic habet locum linearum de sequenti tabula exlpanatio, ne literae insculptae nimis illam obscurarent.

A. A. Femorum superiora.

B. B. De angulis inferioribus partium continentium abdominis, quod superest, in ossa ilium reflexum. Anguli utrinque, peritoneo vasis distincto integuntur; quod vero, ex parte, praesertim in latere sinistro, ad cursum vasorum epigastricorum retegendum, exscindebatur.

C. C. Ossa pubis supra foramina ischium transverse scissa.

D. D. Ischium processus ascendentes transverse scissi.

Ossa haec pelvis, symphysi pubis sublata, laxa evaserunt; et in latere sinistro, ad descensum uteri in cavum pelvis magis illustrandum, extrorsum fuerunt evulsa.

E. E. Arteriae inguinales.

F. F. Venae inguinales.

G. G. Arteriae epigastricae.

H. H. Venae epigastricae.

I. Arteria obturatoria sinistri lateris, epigastricae scilicet ramus.

K. K. K. Ligamenta rotunda ex abdomine ad exteriora vasorum epigastricorum descendentia.

L. L. Sectio integumentorum et musculorum, in utroque inguine, facta nimirum, dum partes pelvis anteriores continentes amovebantur.

M. Perinaeum.

N. N. Labiorum pudendi partes imae.

O. Hymenis reliquiae.

P. Vagina.

Q. Q. Clitoridis crura.

R. Urethra ex parte superiori in longum diffissa et expansa.

S. S. S. S. Vesica urinaria, anteriorem inferioris extremitatis uteri portiones ambiens.

T. Vesicae urinariae cavum partem ejus anteriorem ab urethra sursum incidendo, oculis subjectum.

U. U. Uteri extremitas parva vel inferior, in cavo pelvis posita. Ea pars quae circundata fuerat margine pelvis, satis evidenter constricta fuit: quam super uterus statim eminentior evasit, quippe partes quae facilius cedunt eum ibi amplectebantur.

V. V. V. Uteri facies exterior.

X. Vasorum spermaticorum in latere sinistro chorus.

Y. Y. Uteri substantia, ad dextrum latus, ab fundo penitus dissecta. In hac sectione vasa resecta occurrunt; quod autem ad figuram attinet inordinata, quippe cera friabili adimpleta. Venae coloris sunt lucidioris ac grandes, exiliores arteriae, atque fuscae; fundum versus uteri utraeque minores quam in parte interiori, ubi a lateribus uteri ad placentam transibant. Uteri crassitudo cum magnitudine vasorum his in locis proportionis legem quodammodo servat.

Z. Z. Decidua, sive membrana exterior, ramulis venarum ab facie interna uteri ad eam transeuntium distincta.

a. Hic decidua vasis referta et opaca, cauta manum sublata fuit. Nulla hic loci, vel in chorio, vel in amnio, venarum, ex injectione cerae, species fuit. Altera enim pars per alteram adeo perlucebat, ut foetus cutem distinctae cernere liceret.

b. b. Externae superficiei placentae portio, hic cera extra venas uteri effusa, illic venis ipsis cera imletis, a facie interna uteri ad eam transeuntibus interstincta.

c. Arteria cera rubri coloris impleta, quae ab utero abrupta

fuit, et, semel circumvoluta, in placentam se immisit.

d. d. Ejus partis uteri, quae deciduam *Z.Z.* antea obtexerat, facies interna. In hac superficie venae quae per deciduam ramos suos diffuderunt, abruptae conspiciuntur.

e. e. Ejus partis uteri quae placentam *b.b.* obtexerat facies interna. Haec quidem superficies cera extra vasa effusa specimen prae se tulit. Quae autem aspectu primo, extra vasa effusio videbatur, revera, venarum complanatarum, cum anastomosibus frequentioribus, ex utero ad placentam peroblique transeuntium, cera adimpletarum, species fuit. Cujus quod sequitur sit specimen.

f. In substantia uteri vena.

g. Ejusdem venae in placentam continuatio.

h. Uteri facies interna hic cavata, et venae dimidium, quae cursu peroblique transibat, formans.

TABULA CLII.

Foetus in utero pröut a natura positus.

Omnes hujus figurae partes, utero et iis quae in eo continentur exceptis, eaedem fere sunt cum iis, quae, in tabula praecedenti lineis exterioribus, literisque jamjam explanatae sunt. In hoc tantum discrepant, nimirum, hic vesicae urinariae pars superior omnino sublata est, ad foetus caput in parte uteri inferiori exhibendum. Uteri et secundarum pars anterior, una cum placenta, omnino sublata est. Funis umbilicalis est discissus, deligatus, et in marginem uteri resecti sinistrorsum reflexus. Ad fundum uteri membranae investientes etiam in marginem uteri quo melius possint conspici inversae sunt. Caput foetus in uteri parte inferiori, in pelvis scilicet cavo, ponitur; corpus ejus praecipue in latere dextro jacet. Positio obliqua, vel ad lineam diagonalem appropinquans; unde partes posteriores antrorsum sunt et ad matris latus dextrum; partes anteriores retrorsum et ad latus sinistrum versae. Pes dexter inter femur sinistrum et tibiam occurrit. Corpus, uti infantibus denuo utero exclusis plerumque fit, muco albo pinguiusculo foedatum: scilicet hic mucus, ad dorsi partem superiorem, ex rugis in corpore foetus, motuque suo lineis intersecta, oculis subjicitur. Repraesentatur quaeque pars eodem modo quo primum occurrebat, ne quidem vel digiti articulo deturbato, partem aliquam magis illustrandi, aut tabulam elegantiorem reddendi gratia.

TABULA CXLI.

Sublato foetu, paries uteri conspicitur intimus et posticus, membranis suis adhuc vestitus. Partes lineis adumbratae in praecedenti tabula se ad plenum dedere.

A. Partis uteri projectio versus interna. Haec nata est a spina, vasis magnis, et praecipue ex aorta, quae hic loci in arterias duas iliacas se dividit. Pars projecta, cadaveris situ spinato adaucta, superiorem et posticam uteri partem in cava duo lateralia retrorsum dividit. Cavum dextrum, propter obliquitatem hujus uteri, sinistro majus fuit, et maximam foetus partem continuit.

B. B. Partes duae eodem modo projectae, scilicet ob projectionem musculorum psoae, vasorumque iliacorum. Obliqua haec juga, uteri cava superiora lateralia ab inferiore azygo, in pelve posito, secernunt; in parte hujus ima posteriore oculis subjicitur.

C. Os tincae, paulo ad latus dextrum versum. Uterus in statu laxo, rugoso, uti foetu vacuus apparebat, repraesentatur. Paries totus internus membranis suis vestitus. Per eas venae cera impletae, tales quales in hac figura, distincte se videndas exhibuerunt.

TABULA CXLII.

Partes proxime post gravidum uterum ritae; utero ipso sede sua amoto, et in pudenda devoluto. Ossa pubis ec. prius fuerant abscissa, ut in tabula CXXXVIII. Femora, partesque caeteras lineis adumbratas, in tabula CXXXIX. jam jam explanata, cernere licet.

A.A.A. Uterus.

B B.B.B. Intestina tenuia quae fundo uteri arcte circumjacebant.

C.C.C.C. Intestinorum tenuium (cum mesenterio *D. D. D.*) gyri, qui post uterum, in latere sinistro, spinam inter et os ilium, supraque partem oblique prominentem, e musculo scilicet psoa et vasis iliacis formatam, jacebant.

E. Intestini ilei pars inferior, (cujus mesenterium *F.*) uterum inter et furcam aortae decurrens ad

G. Terminationem suam in caeco.

H.H.H. Caecum in cellas corrugatum propter ligamenta carnosa per longitudinem ejus tendentia.

I. Caeci ligamentum anterius.

K. Appendix caeci vermiformis.

L. Caecum in colon continuatum.

M. Colon cum omento, loco in quo sursum et sinistrorsum sub hepar ascendit, lineis adumbratum.

N. Sinistri lateris colon, post intestina tennia in faciem internam ossis ilium descendens.

O. O. Colon vasa iliaca transiens, et in pelvis cavum decurrens rectum continuo appellatum. Id suspensum cernitur de parte extrema mesocoli, supra vasa iliaca sinistra expansi. Hoc in loco intestinum coarctatum fuit, et adipe involutum.

P. P. In cavo sacri, intestini recti priores gyri.

Q. Trunci venae cavae extremitas, quae hic in iliacas se dividit.

R. Vertebrae lumborum infimae facies anterior.

S. Substantia, ligamenti natura praedita, vertebrarum inter proxime dictam et sacri partem summam.

T. Ossis sacri summi facies anterior.

U. Vena sacra.

Partes quae literis *Q.R.S.T.U.* notantur, per peritoneum illis incumbens conspiciuntur.

V. Ureter dexter vasa iliaca transiens, et in pelvis latus decurrens.

W. Arteriae dextrae iliacae truncus.

X. Venae dextrae iliacae truncus.

Y. Psoas dexter.

Z. Arteria iliaca externa.

a. Vena iliaca externa.

Ut partes, quae literis *V. W. Y. Z.* et *a.* notantur, in conspectum venirent, peritoneum illas obtegens fuerat perscissum, membranaque cellulosa quae circumjacebat cultro anatomico sublata.

b. Vena iliaca interna.

c. Ureter sinister per membranam cellulosam post peritoneum, et ante arteriam iliacam, ad pelvim transiens. Quo hic in conspectum prodiret, peritoneum et mesocoli pars inferior fuerant perscissa, paululum etiam membranae cellulosae sublatum.

d. d. Vasa spermatica dextri lateris post caecum, peritoneo tecta, descendentia.

e. e. Eadem vasa ad terminum superiorem ligamenti lati, in uterum, tubam, et ovarium se diffundentia.

f. f. Tubae dextrae pars.

g. Ovarii dextri pars.

h. Sinistri lateris vasa spermatica.

i. Tuba sinistra.

k. Ovarium sinistrum.

TABULA CXLIII.

Pelvis a latere ad plenum conspecta, una cum contentis ejus, partibusque contiguis; per medium scilicet divisa, ut ossium flexurae, et situs partium internarum oculo facilius exhiberi possent. Imperfecta est haec figura ad pubem, extrorsum pariter atque introrsum. Partes quae hic deficiunt, cultro separatae sunt, dum cadaver ad aliquas tabularum praecedentium pingendas parabatur. Defectum autem abunde supplebit Tab. CLVI. in hunc finem delineata.

A. Femur dextrum a parte interiori.

B. B. B. B. Lumborum vertebrae quatuor inferiores. Has inter cernitur substantia ligamentosa, extans, inaequalis, circa medium praesertim ubi molissima est, et facile tumescit, si quando secta fuerit, et in aqua macerata.

C. C. C. C. Vertebrarum earundem processus spinales.

D. Vertebrarum lumborum canalis, in quo reliquiae quaedam caudae equinae, obscure licet, conspiciuntur.

E. E. Musculorum lumbos extendentium partes inferiores.

F. Lumborum membrana adiposa et cutis.

G. G. G. Sacri ossa tria superiora.

H. H. Sacri ossa duo inferiora, primumque coccygis, firmiter coalita.

I. Coccygis os secundum, quod, ope mediae cartilaginis, ad primum facile movetur.

K. Coccygis ossa duo inferiora in unum coalita, parique ad secundum mobilitate praedita.

L. Sacri spina. *M.* Sacri canalis.

N. Musculorum abdominis et integumentorum anguli inferioris pars, in ossis ilium spinam reflexa.

O. Vena inguinalis magna epigastricam emittens, quam etiam arteria ejusdem nominis comitatur.

P. Femoris musculi, ex osse pubis orti, quique in osse eo sejungendo fuerant perscissi.

Q. Os pubis supra foramen magnum discissum.

R. Idem os, ubi ramo parvo ischii committitur, discissum.

In loco quo litera *P.* occurrit, lineis punctis adumbrata repraesentatur partis ejus ossis pubis, quae abscissa fuerat, figura. Nota *. iisdem lineis adumbratam symphysim ostendit.

S. Pars carnosa anum inter et os coccygis.

T. Anus omnino apertus.

U. Recti pars inferior hac sectione exposita. In hac figura videas, intestinum idem ab ano sursum progrediens oculo dum persequeris, id se retrorsum deflexisse, nempe ut ad faciem internam ossis coccygis veniret.

V. Hic rectum ad latus sinistrum se deflexit, solamque membranam suam cellulosam in hac sectione cernere licebat.

W. W. Rectum sectione apertum, ubi ante coccygis os primum, sacrique ossa tria inferiora, decurrebat.

X. Hic rectum omnino in latere dextro jacebat, nec id aperuit scissura.

Y. Rectum disscissum, ubi de latere dextro ad os secundum sacri decurrebat, et in flexuram coli sigmoideam cursum suum tenebat.

Z. Vena cava. *a.* Arteria iliaca dextra.

b. In hoc loco vena iliaca sinistra fuerat disscissa; cera autem, quae injecta fuerat, utpote friata, jam delapsa, vena haud satis clare se in conspectum dedit.

c. Perinaei sectio.

d. Labii dextri, ad partem inferiorem, facies interna.

e. Nymphae dextrae, ad partem inferiorem, facies interna.

f. Coarctatio, hymenisve reliquiae, ubi incipit vagina.

g. Meatus urinarii extremitas. *h. h.* Vaginae cavum.

i. In hoc loco vagina et rectum sunt coalita. Rectum vagina densius.

k. Vaginae pars anterior, cum urethra et vesica urinaria conjuncta.

l. l. Os uteri in vagina, ad os coccygis vergens.

Quamvis in hoc cadavere fundus uteri dextrorsum inclinatus fuerat, os uteri tamen adeo ad dextrum se tenebat, ut cultrum anatomicum has partes secantem fugeret.

m. m. Ad os tincae, uteri et vaginae substantia coalita.

n. n. Uteri in duas partes aequales secti margo posterior.

o. o. Uteri secti pars anterior. Sectio haec nequaquam per medium uteri se habebat, sed ad latus dextrum haud paululum; etenim ut figurae praecedentes commode possent delineari, cadaver hoc modo necesse habui disponere.

p. Os uteri intus. *q.* Uteri paries internus membranis suis vestitus.

Fundus uteri in hac figura non repraesentatur; tum quoniam id a proposita ratione alienum duxi, tum quoniam uterus adeo flaccidus et tener tunc temporis erat, ut in situ suo naturali, ad arbitrium et usum pictoris, minime potuerit retineri.

Membranae, tempore quo tabula haec delineabatur, ipsae se ab utero fere prorsus sejunxerant. In parte superiori, decidua, ubi se ab utero receperat, venulis abundavit; juxta os uteri, vix ullum horum vasorum vestigium apparuit.

r. Meatus urinae.

s. Vesicae urinariae pars inferior, uteri cervicem inter et vaginae partem superiorem sita. Omnes vesicae portio post symphysin pubis sita jamdudum abscissa fuerat. Melius autem mihi visum est, figuram vel curtam dare, quam aliquod ingenio excogitatum pingere.

TABULA CXLIV.

FIGURA I.

Uteri pars anterior et extima, prout se videndam praebuit, omnino siccata, exhibens faciem vasorum uterinorum, qualem illa prae se ferunt, eo loci ubi placenta utero adhaeret.

Venae cera flava impletae, ab arteriis, magnitudine, colore lucidiori, anastomosibus pluribus, facile dignoscuntur. Arteriae enim, minores, pauciores, flexuosae, coloris magis luridi hic loci sunt. Arteriae omnes convolutae; pauciores autem videbantur, quia multi earum ramuli, cera flava, venis prius injecta, impleti fuerint. Hujus exemplum unum est ad literam *A*.

Venas profundius sitas, per uterum siccatum cernere non licuit; indistinctae igitur, nulloque ordine, ita uti visae sunt, delineantur.

FIG. II.

Facies interna placentae, cujus vasa per funiculum umbilicalem cera sunt repleta.

A. Cannula aenea in arteriarum alteram umbilicalium inserta, per quam utraque arteria cera viridi implebatur.

B. In vena cannula, per quam cera caerulea illi injecta fuit.

C. C. Amnion, in parte quadam placentae, laxum relictum.

D. D. Placentae, qua amnion sublatum est, superficies intima chorio producto cooperta. Hoc in loco rami primi vasorum umbilicalium conspiciuntur. Arteriae colore lucidiori facile possunt dignosci.

Hic arteriae quidem lucidiores, ut in figura apparebant; tunicis scilicet earum pellucidis colorem cerae injectae viridem lucidiorem transmittentibus: in funiculo autem umbilicali aliter se res habet; quippe vena, in medio

posita, undique glutinosa funiculi substantia fuit intecta; unde cera caerulea ad livorem propius accedens visa est.

E. Deciduae pars in margine placentae relicta, inque faciem ejus internam reflexa; nempe ut superficies ejus exterior, utero quae adhaeserat, vasis parvulis (cera flava per venas uteri impletis) referta, possit exhiberi.

Placenta cera flava ubique turgida, quae substantiam ejus cellulosam adeo implevit, ut in facie interna ubique per chorion transluceret. Cera ubique quasi in grana abiit, quod inde cava naturalia impleverat, indicium certum exhibens: si enim placentam, vasis effusa implevisset, in massas majores, irregulares formatam, se ad conspectum dedisset. Cera in hanc spongiosam, sive cellulosam partem, injecta, placentae crassitudo naturali duplo major evaserat.

FIG. III.

Mulieris, die secundo post partum extinctae, uteri superficiei internae pars.

Decem his tabulis jam delineatis, eas statim in lucem edere proposui; et simul hancce tertiam figuram, quasi suplementum, addere, utpote solum quod tunc temporis potui. Discrimen exhibet inter superficiem uteri *A.B.C.* cui membranae adhaeserant, et superficiem *D.E.F.* cui placenta se immiserat; illam quidem laevem et unius formae; hanc autem orificiis magnis venarum refertam. Ubi primum haec orificia sub examen venerant, omnia grumis coagulatis sanguinis referta comperi, in cavum uteri nonnihil extantibus. Utero vero aliquandiu in aqua macerato, coagula haec magis albida evaserunt; nonnulla exciderunt; et aliqua etiam extracta sunt, ut venarum orificia clarius monstrari possent. Ita se res habuit, cum figura haec delineabatur.

TABULA CXLV.

Ab alia muliere, nono graviditatis mense haemorrhagia uterina e medio sublata. Conspicitur uterus, et ossa pubis juxta naturam sita. Vasa, injecta cera, turgida; quaeque ad partem inferiorem et cervicem uteri dignoscuntur esse amplissima, arguunt placentam parti illi adhaesisse.

A. Fundi uteri pars media et summa.

B. Uteri pars quae scilicet in cadavere fuit ex adverso umbilici.

C. Symphysis ossium pubis.

D. Membrana adiposa ad fundum vesicae urinariae.

E. E. Os pubis utrinque, ad locum fere quo ossi ilium committitur, perscissum.

F. F. Utriusque ossis ischii ramus parvus, ad locum quo ossi pubis adjungitur, perscissus.

G. G. G. Contenta pelvis omnia, antrorsum ossibus pubis obtecta.

H. Infra hanc literam meatus urinarii orificium.

I. Ab hac litera sursum ad meatum urinarium vaginae principium; infraque hanc literam aditus ad rectum

K. Strato intimo ani sphincteris circumtectus.

Labia pudendi, paerineum et anus hic non habent locum; in situ enim suo relicta erant in cadavere, quippe illud externe mutilum et deforme reddere non liceret.

L. L. Tubae. *M. M.* Fimbriae.

N. N. Ligamenta rotunda.

O. Ovarii pars.

P. P. Vasorum spermaticorum utrinque ad uterum ascendentium fasciculus.

Q. Q. Vasa hypogastrica, in latere uteri, ad conjunctionem cum spermaticis ascendentia.

R. Uteri venae magnae in loco cui placenta interne adhaerebat.

TABULA CXLVI.

Ab eadem, qua praecedens, muliere, exhibet apertum plane a parte postica uterum cum vagina, quo situs foetus, parsque inferior placentae, sub foetus capite, indicarentur. Placenta scilicet orificio uteri interno accreverat, eoque sub finem graviditatis dilatato, separata est: unde haemorrhagia, et mors.

A. A. Tubae fallopianae.

B. Ovarium sinistrum; cujus ad extremitatem inferiorem videre est

C. Corpus luteum extans.

D. Ovarium dextrum.

E. Vasorum spermaticorum ad uterum ascendentium fasciculus.

F. F. F. Substantiae uteri sectio.

G. Vaginae per incisionem apertae et expansae facies interna.

H. H. Os uteri.

I. Placentae partis inferioris facies externa, in lobos partita, quae quondam cervici et ori uteri interne adhaeserat; tempore autem parturiendi instante, partium illarum dilatatione sejuncta fuerat, unde necessario haemorrhagia.

K. K. Membranae de margine placentae exeuntes, capitisque foetus partem inferiorem amplectentes, perscissae. Spatium, quod inter cervicis uteri partem interiorem, et secundas, vacuum occurrit, in cadavere sanguine coagulato refertum comperi.

Situs partesque foetus explanatione non egent.

TABULA CXLVII.

A tertio cadavere, nono graviditatis mense. Uteri conspectus ab anteriori, cum vagina et vesica urinaria. Pariete hujus anteriori, cum secundis ei adhaerentibus, inciso, et in fundum ejus reclinato, situs foetus erecti conspicitur. Vasa uteri cera prius injecta, turgida fuerunt.

A. Vesica urinaria in situ suo naturali, respectu habito ad uterum.

B. Vaginae pars superior et extima, quae sub symphysi ossium pubis jacet, quaeque ibi cum urethra connectitur.

C. Vaginae cavum in conspectu positum, cum labia partesque aliae externae fuerant abscissae, quo specimen hoc e cadavere eximiretur.

D. D. Vasa spermatica, ad uteri latera ascendentia.

E. E. Tubae; quarum extremitates, seu fimbriae, sub racemo vasorum spermaticorum, occultantur.

F. In uteri latere dextro, vena magna, ab anastomosi venarum hypogastricae scilicet et spermaticae, ortum suum ducens.

G. G. Ligamenta rotunda.

H. H. Uteri pars anterior, cum portione placentae quae ei adhaerebat, incisa, et in fundum uteri reclinata, ut foetus in conspectum prodiret.

I. I. I. Uteri substantiae, et membranarum investientium, sectio.

K. K. Eadem sectio per placentae substantiam ducta, quae uteri parti anteriori in latere dextro adhaerebat. Ex figura inversa latus dextrum sinistrum fit.

L. Funis umbilici, a foetu ad placentam transiens.

TABULA CXLVIII.

A quarto cadavere, nono itidem graviditatis mense. Fasciculi fibrarum muscularium, in parte interna uteri, triplici figura exhibentur. Hac parte uteri per aliquot dies in aqua macerata, decidua jam tenera abstergebatur.

FIGURA I.

Uteri inversi, et in latus paululum reclinati, facies posterior interna.

A. Uteri os relaxatum; supra quod, paulo obscurius licet, cervicis rugae, ramorum adinstar dispositae, cernuntur.

B. B. Uteri pars angusta, margine pelvis antea circumcincta.

C. C. Seta in orificio utriusque tubae; quam circum fasciculi fibrarum ad musculos pertinentium, in orbes, eodem centro terminatos, se disponunt.

D. Hic fasciculi, in orbem dispositi, uterum cingunt.

E. Uteri fundi pars media, qua ordines hi duo fibrarum, tubas cingentium, inter se coeunt, sive se invicem contingunt.

F. Interstitium triangulare, tres inter ordines fibrarum praedictarum, ubi mutuo inter se coeunt, diversumque ordinem et cursum tenent.

FIG. II.

Ejusdem uteri, forma minuta, conspectus a latere.

A. Uteri os.

B. Seta in orificio tubae.

C. Fibrarum, sine ordine dispositarum, stratum, faciem in-

ternam fasciculorum, qui in circulum flectuntur, obtegentes.

FIG. III.

Ejusdem uteri partis anterioris facies interna.

A. Os uteri; supra quod rugae anteriores, in ramos abeuntes, se in conspectum dant.

B. Superficiei cui placenta adhaeserat pars media, ubi fibrae fascias sine ullo ordine formabant; quas inter, venarum orificia, in placentae partem spongiosam cursum tenentium, passim occurrunt.

Ad cervicem uteri, fibrae musculosae, in fasciculos collectae, nullae conspiciuntur.

TABULA CIL.

A quinto cadavere, nono etiam gestationis mense, systema arteriosum uteri quintuplici figura expressum.

Mulier haec, post partum neutiquam difficilem, in animi deliquium inciderat, causa quidem adstantes latente; horis autem duabus a partu nondum lapsis, illam mors abstulit. Arteriae cera rubri coloris impletae.

FIGURA I.

Facies uteri inversi, quo praesertim loco placenta adhaeserat.

A. Pars media superficiei, cui placenta adhaeserat, in fundi parte postica, et paulo ad latus sinistrum sitae.

B. B. Arteriae convolutae quamplurimae, quarum extremitates, quo loco per deciduam ad placentam decurrerant, ruptae sunt.

C. C. Orificia venarum uteri (vulgo sinus appellata) quae per deciduam ad placentam decurrerant: haec multo plura quam quae in figura repraesentantur; minora praesertim innumera. Ex venarum illarum cursu, uteri scilicet superficici parallelo, aere non prius inflato, orificia vix possunt conspici. Earum igitur flatu distensarum maxima pars delineatur, nimirum ut umbris insertis, magis conspicuae evaderent, et cursus etiam earum obliquus, nec non orificia ramorum inter se coeuntium, in conspectum venirent.

D. Uteri superficici pars cui membranae adhaeserant. Vasa hujus partis, omnia quam minima. Pars etiam ipsa laevior, quam ea cui Placenta se immiserat. Faciei deciduae externae perfectam quandam similitudinem prae se ferebat.

E. Uteri internae lamellae pars, cultro anatomico sublata, et reclinata, ea mente, ut conspicerentur

F. Uteri fibrarum fasciculi, quorum maxima pars circulos conficiunt.

G. Oris uteri dilatati margo, vesciculis glutinosis distinctus.

H. Cervicis uteri, ad partem posticam, rugae pennatae, quae vulgo valvulae appellantur.

I. Vaginae inversae pars.

FIG. II.

Arteriae partem uteri ejusdem anteriorem perreptantes. Uteri facies externa jam siccata fuerat, et inde pellucida adeo facta, ut arteriae in conspectum distincte venirent, pariter ac si in superficie extima dispersae fuissent. Uterus hic duodecim fuit pollices longus: unde facile patebit, quantum mole contrahatur in hac figura; quantum etiam in figura tertia et quarta, quae ad eandem normam delineantur. Pars haec dum arescebat, in longitudinem quam in latitudinem magis distensa fuit; quapropter uterus, in hac, et in figura proxime sequenti, longior est quam ex natura.

A. Peritonei resecti margo, eo loci, quo, ab utero ad vesicam urinariam reflectitur.

B. B. Tubae.

C. Ovarium sinistrum. *D.* Ovarium dextrum. Vid Fig. V.

E. E. Ligamenta rotunda; quorum in sinistro est arteria magna flexuosa, ab ramo spermaticae, per anastomosin conjunctae cum hypogastrica, transmissa: in dextro aliquot sunt minores.

F. Truncus arteriae sinistrae hypogastricae, ad cervicis uteri latus ascendentis.

G. Truncus arteriae sinistrae spermaticae, in ligamenti lati duplicationem transeuntis.

Arteriarum distributionem in utero explanare haud opus est. Cursus enim earum flexuosi, anastomosesque plurimae, per se satis patent.

FIG. III.

Eundem exhibet uterum a parte postica visum.

BB. C. D. EE. Vid. Fig. II. *F.* Arteria hypogastrica dextra.
G. G. Arteriae spermaticae ad ligamenta lata excurrentes.
H. H. In ea parte uteri cui placenta adhaeserat arteriae flexuosae confertae.

Si arterias in hac figura, cum iis in figura praecedenti conferamus, eas multo majores, magisque convolutas esse, in latere eo uteri, cui placenta adhaeserat, cernere licebit. In utero gravido, cursus sanguinis maxime in placentam dirigitur.

FIG. IV.

Fundum exhibet uteri parte postica sursum versa.

B. B. Tubae. *D.* Ovarium sinistrum.
C. Ovarium dextrum. *H. H.* Vid. Fig. III.

FIG. V.

Ovarium dextrum et tuba ejusdem uteri.

A. Tuba. *B.* Tubae ligamentum, mesenterio quodammodo respondens.
C. C. Tubae orificium externum, fimbriis folia referentibus circumdatum.
D. Fimbriae a latere utroque orificii tubae, per ligamentum, ad ovarii extremitatem externam, continuatae.
E. E. Ovario jam aperto, arteriae flexuosae, per substantiam ejus sparsae, conspiciuntur.
F. F. Hac in parte corpus luteum, per medium divisum, in ovarii substantia cernitur. Nulla conspiciuntur vasa in centro, quod colore est albido. Circa centrum illud undiquaque, substantia ejus vasculis abundat.

TABULA CL.

A sexto cadavere, octavo mense, uterus a latere dextro visus, atque ita injecta cera praeparatus, et scalpello anatomico denudatus, ut vasorum ad eum accessus, eorumque primae ramificationes quam clarissime appareant. A parte postica, adhuc peritoneo laevi coopertus est uterus. In parte autem anteriori, qua placenta interne adhaerebat, stratum externum uteri substantiae cultro anatomico sublatum fuit.

A. A. Cervicis uteri, nullo modo dilatati, facies exterior. Os uteri literae inferiori *A.* oppositum; ab qua parte deorsum, pars vaginae, adipe tecta, relinquitur.

B. B. In uteri superficie strictura, ubi margine pelvis antea fuit circumdatus.

C. C. Tuba; post quam ovarium oblitescebat.

D. D. Ligamentum rotundum, cultro anatomico dissectum; nimirum ut vena, ex parte inferiore tortuosa, binaeque arteriae convolutae, ex vasis spermaticis omnes ortum ducentes, in conspectum venirent.

E. Arteria hypogastrica. *F.* Vena hypogastrica.
Vasa haec ramos quam plurimos ad vaginam dimittunt, et per latus uteri ascendunt, nimirum ut per anastomosim cum spermaticis suis propriis coeant. Partem utriusque trunci, administratione infusoria necessario destructam, ingenium pictoris supplevit.

G. Arteria spermatica. *H.* Vena spermatica.
Vasa haec dum ad uterum accedunt, ramos quam plurimos, antrorsum ad tubam, et retrorsum ad ovarium mittunt; deinde, ad uteri latus adventantia, per anastomosin cum hypogastricis coeunt. Rami praecipui utriusque, hic, ad fundi uteri partem anteriorem, cui placenta adhaerebat, cursum tenent.

I. I. Peritonei, posticam uteri superficiem tegentis, margo.

TABULA CLI.

Idem uterus a fronte. Primo, sive extimo substantiae strato sublato, vasorum distributio majorum, eorumque versus placentam (quae hic parti anteriori et fundo uteri adhaerebat) progressus, melius conspiciuntur.

A. Vaginae extremitas summa, incisione aperta.
B. Uteri orificium contractum.
C. Uteri cervix nondum dilatata.
D. D. Ligamenta rotunda.
E. E. Tubae: ovariis pone absconditis.
F. F. Fasciculus vasorum spermaticorum, ad latus uteri ascendentium.
G. G. Fasciculus vasorum hypogastricorum, ad latus cervicis uteri accedentium.
H. H. Trunci vasorum spermaticorum et hypogastricorum, ex anastomosi communes, ad uteri latera decurrentium. In fundi parte anteriori, arteriae et venae, cursum versus placentam tenentes, conspiciuntur: vasa minora, rotundiora, magisque convoluta arteriae sunt; majora, et planiora, venae.

TABULA CLII.

FIGURA I.

Ejusdem uteri fundus, eodem modo praeparatus, ut amplissimorum vasorum, venarum praesertim, placentae ex adverso objectarum, crebrae inter se commissurae contemplandae prostarent.

A. A. Sectio per fundum uteri transverse ducta; inter

A.A.B. Uteri parietem posteriorem, in statu suo naturali, (scilicet, peritoneo laevi coopertum) et

A.A.C. Uteri parietem anteriorem, ubi stratum substantiae ejus extimum sublatum est, ut vasa, ex adverso placentae sita, conspici possent. Vasa majora et planiora, ut in figura praecedenti, venae sunt.

D. D. Tubae. Post, sive infra eas, ovaria istiusmodi situm habebant, qui illa conspici non sineret.

E. E. Ligamenta rotunda, deorsum, paulo ante tubas, cursum tenentia. In hoc cadavere, uteri paries anterior posteriori tumidior fuit; ita ut si uterus a vertice deorsum per tubas transcissus fuisset, pars anterior, altera major extitisset. Re vera tamen, inter eas discrimen haud tantum fuit, quantum in hac Tabula videtur; quippe uterus, paulo oblique oculo se offerens, plus superficiei anterioris, quam posterioris, exhibebat.

(V. Not. in calce pag. seq.)

FIG. II.

Tres figurae ad idem exemplar depictae; quibus adjiciuntur duae aliae, tanquam appendices.

Ovum utero exemptum, faciem placentae externam representans, laciniaeque marginem ejus undique ambien-

tes, membranae scilicet deciduae reflexae dilaceratae reliquias. Haec figura cum figura secunda Tabulae CLXII. congruit, faciem ovi exhibens, quod isti utero intus adhaeserat.

A. A. A. A. Decidua reflexa, undique a margine placentae, ad chorion integendum, exiens.

B. B. Limbus, marginem placentae circum-ambiens, ortus scilicet ex sectione deciduae reflexae, ubi illa separata fuit a decidua, aut, si ita loqui mavis, a facie uteri interna. Circulus, limbo isto circumdatus, faciem externam placentae exhibet, quae utero adcreverat. Has partes dum separabamus, arteriae venaeque plurimae dilaceratae sunt, quarum pars altera utero adnexa est, altera placentae. Arteriae quidem, ut in figura citata Tab. CLXII., parvae, convolutae, et colore sunt lucidiori, ut ad literas *C. C. C.*, venas autem maculae latae ac fuscae represeutant, ut ad literam *D.*

FIG. III.

Partis membranae deciduae facies interna, ope vitri optici amplior visa, ut textura ejus propria, cribrum haud male referens, explicari posset.

FIG. IV.

Ovarium, corpusque luteum perscissa. Corpus luteum, etiam ad hoc temporis, cavatum esse manifeste apparuit.

(*a*) Huic Tabulae, quae XVIII. Hunteriani Operis respondet, et unicâ ibi Figura I. constat, appinximus, captâ occasione spatii, tres priores Figuras ex Tab. XXIX; reliquas vero duas, tamquam appendices eidem Tabulae adjectas, in XXX. Hunteri, nostram vero CLXIII. transtulimus.

TABULA CLIII.

Idem uterus; ejus facie anteriori incisa et in fundum revoluta, illaesis secundis, per quas caput foetus, obscurius licet, cernitur. Hic igitur visui sese offert cum superficies externa placentae, dimidiatae quidem, tum pars superficiei internae uteri, ei respondens, una cum vasis quae inter uterum et placentam intercedunt. Partes uteri exteriores lineis solummodo expressae sunt.

A. Vaginae extremitas superior incisione aperta.
B. Uteri orificium contractum.
C. Uteri cervix nondum dilatata.
D. D. Ligamenta rotunda.
E. E. Tubae; ovaria, pone iis sita, oculum fugiunt.
F. F. Vasa spermatica.
G. G. Vasa hypogastrica.
H. H. H. Uteri substantia incisa.
I. I. I. Uteri paries anterior a secundis separatus, et supra fundum uteri reflexus.
K. Chorion, amnion tegens. Per membranas illas pellucidas foetus caput conspicitur.
L. L. L. Decidua, qua uteri parieti intimo adhaerebat. Vasa quaedam parva, in eam ex utero transmissa, conspiciuntur.
M. M. M. Uteri superficies interna, parti huic deciduae respondens.
N. N. Superficies externa partis illius placentae quae ab utero avulsa fuit.
O. O. Superficies uteri interior huic respondens.
P. P. In uteri superficie interna arteriae convolutae, quae ad placentam antea transierant, jam vero diruptae, dum uterus a placenta separabatur.
Q. Q. Arteriae in placentae superficie illis respondentes.

R. R. Venae ex placentae substantia excurrentes; in ea scilicet parte superficiei ejus diruptae, qua ad uterum transibant.

S. S. Venae in facie uteri interna, venis proxime dictis respondentes.

T. In angulo, superficiem externam placentae inter et superficiem internam inversam uteri, arteria convoluta, ab utero in placentam continuata, conspicitur.

U. Vena, arteriam proxime dictam juxta posita, et illi respondens, ex placenta in uterum continuata.

TABULA CLIV.

Idem denuo uterus, sed omnino apertus, ut foetum in situ naturali ostendat. Circa fundum quaquaversus substantia tam placentae quam uteri incisa conspicitur.

Uteri partes exteriores, lineis leviter adumbratae, eaedem sunt, quae in praecedenti figura, et in Tabula CLI. ad plenum sunt expressae.

A. A. A. Utero per medium diviso, dimidii inferioris substantiae sectio, ad eam partem scilicet qua membranae adhaerebant.

B. B. B. Uteri dimidii superioris substantiae sectio, ad partem qua placenta adhaerebat.

C. C. C. Placentae sectio; illius cava spongiosa cera flava, ex uteri arteriis, et cera rubra, ex venis impleta sunt.

D. D. D. Gyri nonnulli funis umbilicalis, brachia inter et crura foetus positi.

E. E. Sectioni uteri superimposita funis umbilicalis extremitas, ad partem illam placentae, quae foetum praejacebat, excisa.

Foetus iconem explanare supervacaneum foret.

TABULA CLV.

A septimo cadavere, septimo graviditatis mense. Aperto cruciformi incisione utero, et reclinatis rite cornubus, per membranas foetum continentes, foetus ipse aquis innatans conspicitur. Reliquae partes nudis lineis distinctae sunt.

A. A. Femora. *B.* Mons veneris, ad partem qua abdominis incisio longitudinalis desinit.

C. Scrobiculus cordis, qua abdominis incisio incipit.

D.D.D.D. Partium continentium abdominis anguli quatuor reflexi, ut viscera plene paterent.

E. E. Omentum, in latere dextro abdominis.

F. F. Colon, ad latus sinistrum abdominis transiens.

G.G.G. Intestina tenuia, uteri latus sinistrum versus, quorum gyri nonnulli, tempore quo cadaver primo apertum fuit, ante uterum jacebant.

H.H.H.H. Uteri, cruciformi incisione aperti, anguli quatuor, a secundis subtus positis liberati et reflexi, ut contenta ejus in conspectum prodirent.

I. Uteri superficiei intimae pars exigua, cui placenta adhaeserat, minus quidem complanata, magis autem sanguine imbuta quam pars illa quae membranis vestita fuerat.

K. Lobi parvi placentae superficies parti proxime dictae respondens.

L. Membranae liquorem amnii continentes, quae ad partem uteri inferiorem, propter cadaveris declivem situm, foetus partes superiores e conspectu fere tollunt; ad fundum autem uteri subsidentes, foetus partes satis distinctae in conspectu locant.

M. In hoc angulo, uterum inter et secundas, pictor id exprimere voluit, quod in cadavere satis manifestum fuit, scilicet, uteri et secundarum substantiam inter se mutuo continuatam: dum autem hanc partem separabamus, tenera illa internectens membrana, decidua, in duas lamellas abiit; quarum haec utero, illa chorio, adhaerebat.

TABULA CLVI.

Idem cadaver. Contenta pelvis, quo situ disposita sunt, ex duplici patet figura: in altera, lineis nudis expressa, vaginam integram vides; in altera, magis elaborata, dextro vaginae latere dissecto et devoluto, os uteri in conspectum prodit.

A. Femoris sinistri facies interna.
B. Nates sinistra.
C. Abdominis pars anterior.
D. Mons veneris.
E. Labium sinistrum.
F. Labii dextri pars.
G. G. G. Cutis et membranae adiposae sectio, eo consilio facta, ut in latere dextro, partes continentes pelvis removerentur.
H. Ossis sacri superficies cartilaginea, qua ossi ilium dextro commissa fuerat.
I. I. Os pubis dextrum, prope symphysin, transverse scissum.
K. K. In pelvis parte postica, musculi externi secti.
L. L. Musculi in facie ossis pubis externa etiam secti.
M. Clitoridis crus dextrum, ubi ischio, quod hic sublatum est, connectebatur.
N. Vaginae sphincter.
O. Musculus transversalis perinaei.
P. Ani sphincter.
Q. Tumor ex utero in cavi pelvis parte superiori.
R. Vesica urinaria, fere vacua, parte anteriori uteri et latere superiori vaginae compressa.

Literae sequentes ad lineas adumbratas spectant.

S. S. Vaginae facies externa situ suo naturali vesicam urinariam inter et
T. T. Rectum.

V. V. Musculi, levator ani scilicet et coccygeus lateris dextri, cultro anatomico a pelvis contentis separati, et in superficiem recisam devoluti.

Literae sequentes ad figuram magis elaboratam spectant.

X. X. Totius vaginae substantia ex uteri cervice et vesica urinaria excisa et in rectum devoluta, ut os uteri in conspectum prodiret.

Y. Oris uteri labium anterius.

Z. Ejusdem labium posterius.

Vagina ad hunc modum aperta, os uteri, nimirum adminiculo suo jam a latere sublato, dextrorsum propendebat.

TABULA CLVII.

Octavum cadaver, sexto gestationis mense. Uteri ac membranarum parte anteriori sublata, exhibetur foetus cum parte placentae et funiculi umbilicalis. Uteri vasa cera impleta fuerant.

A. Vesica urinaria, respectu habito ad uterum, in situ suo naturali; modice distenditur, et ramis quibusdam majoribus venarum hypogastricarum circumtegitur.

B. Vaginae partis posticae facies interna.

C. C. Vasa hypogastrica ad cervicem uteri decurrentia et ramos ad vesicam urinariam et vaginam transmittentia.

D. D. Vasa spermatica, duplicationem ligamenti lati intrantia.

E. E. Tubae.

F. F. Fimbriae.

G. G. Ligamenti lati lamella posterior: anterior cultro anatomico sublata fuerat, ut vasa spermatica, ad fundum uteri ascendentia, oculo plenius occurrerent.

H. H. Ligamenta rotunda. In sinistro, arteria praecipua, convoluta, a spermatica descendens conspicitur.

I. I. I. Uteri substantiae totius et membranarum sectio, qua uteri et secundarum paries anterior, ad eorum contenta exhibenda, sublatus fuerat.

K. Funis umbilicalis, prope locum ubi in placenta desinit.

Placenta uteri parti posticae, versus fundum, adhaerebat. Funis umbilicalis, primo deorsum, super humerum sinistrum, deinde sursum, pone corpus infantis, ad finem suum in placenta transibat.

TABULA CLVIII.

Ab eodem Cadavere.

FIGURA I.

Placenta uteri fundo et parti posticae adhaerescens; substantia ejus spongiosa, injecta per vasa uterina cera, turgescit.
Pleraeque partes lineis adumbratae, in tabula praecedenti ad plenum sunt expositae.

A. Vesica urinaria.
B. Vagina.
C. C. Vasa hypogastrica.
D. D. Vasa spermatica.
E. E. Tubae.
F. F. Fimbriae.
G. G. Ligamenta lata.
H. H. Ligamenta rotunda.
I. I. I. Uteri et membranarum sectio.
K. Funis umbilicalis.
L. L. Placenta utero adhaerescens.

Nulla pars cerae, in vasa uterina injectae, ad ramos vasorum illorum quae funem umbilicalem conficiunt, transierat; vasa illa sanguinem solummodo continentia, obscure designata erant, ubi ex fune umbilicali in faciem internam placentae se immittebant. Cellulae autem in placentae parte spongiosa, omnes eodem modo cera, vel coerulea in venas uteri injecta, vel rubra in arterias infusa, turgescebant. Hanc rem indicat figura secunda.

M. Membranae ex margine placentae exeuntes, et uterum undique investientes.

Placentae margo hic paulo elatior est, et magis conspicuus, substantia ejus spongiosa cera distensa.

FIG. II.

Portio aliqua placentae transverse secta, ut substantia ejus spongiosa appareret, ejusdemque cera adimpletae crassitudo.

A. Placentae superficies interna.

B. - - - - - - - externa.

C. Membranarum portiuncula, ex margine placentae, cera injecta turgescentis, et in figuram rotundiorem adauctae, exiens.

Cerae coeruleae, primum per venas uteri injectae, maxima pars ad superficiem ejus internam propulsa fuerat; ceraque rubra, postea per arterias injecta, in partibus exterioribus restabat; per totam autem ejus substantiam, colores hi duo plus minusve commixti sunt.

FIG. III.

Arterias exhibet illius partis membranae deciduae, quae parietem uteri anteriorem investiverat.

FIG. IV.

Venae ejusdem partis deciduae.

Figurae hae duae separatim, aliqua ne fieret confusio, delineatae sunt.

TABULA CLIX.

ST MARY'S HOSPITAL
RADFORD LIBRARY
MANCHESTER

Nonum cadaver, quinto mense. Apertus omnino uterus, ac foetus inde exemptus; quo subtilius judicium feratur de foetu ipso, de partibus ejus secum invicem comparatis et dimensis, nec non de conditione cervicis uterinae quae sub hoc tempus obtinet.

Foetus ipse, funisque umbilicalis illustratione non egent.

A.A.A. Vulnus per membranas factum, quo foetus eximeretur; unde internae faciei placentae pars, circa finem funis umbilicalis, cernitur.

B.B.B. Amnion et chorion collapsa, et decidua reflexa (quae nondum caeperat deciduae ipsi adhaerescere) externe cooperta.

C. C. Tubae.

D. D. Ligamenta lata.

Literas sequentes alteri figurae separatim insculptas invenies.

E. Decidua, omnem illam partem uteri, quam placenta non occupaverat, investiens.

F.F.F.F. Substantia cervicis uteri, ab altero latere ad alterum secta.

G. Pars superior, angustior; et laevior introitus cervicis uteri, ubi decidua manifeste continuata fuit in membranam ejus internam.

H. Pars inferior latior et rugosa, ejusdem.

I. Facies interna posterioris labii oris uterini, vesiculis, glutine repletis, bullata.

K. Facies interna vicinae partis vaginae.

L. L. Portiunculae hae duae membranarum fluitantium, exhibent, imperfecte quidem, partes duas cuticulae vaginam investientis, quae in cadavere, de quo agitur, distincte admodum, separabatur usque ad ipsam oris uteri prominentiam.

TABULA CLX.

Decimum cadaver, quinto graviditatis mense. Exhibetur status uteri retroversi.

FIGURA I.

Apertum cruciali incisione abdomen, contractiori autem forma exhibitum, cum vesica urinaria, praeter morem distenta.

A. Incisio longitudinalis a scrobiculo cordis incipiens:
B. Qua ad montem veneris desinit.
C. C. Partium continentium anguli superiores, super hypochondria reflexi.
D. D. Anguli inferiores utrique, supra spinam ossis ilium reflexi.
E. Vesica urinaria, ita urina sanguinolenta distensa, ut fundus ejus ad dimidium spatii, umbilicum inter et scrobiculum cordis, porrigeretur.

FIG. II.

Vesica urinaria, forma pariter minutiori, per medium divisa, et ad imam partem aperta, ut situs oris uterini, hic praeter naturam sursum spectantis, appareat.

A. A. Pars dimidia vesicae super spinam ossis ilium utrinque reflexa.
B. Incisionis, a vertice ductae, qua vesica urinae aperta fuit, finis anterior.
C. Unus recti intestini circuitus, qui in conspectum prodiit ad ejusdem finem posteriorem.
Duas inter has literas *B. C.*, vesicae pars ima tumore, qui universam pelvim occupavit, elevata fuit: hic quoque, facta cruciali incisione parva, inter et paulo ante fines

ureterum, os uteri in conspectum venit, pone situm, ut in hac figura, et paulo elatius quam pars superior symphyseos ossium pubis.

FIG. III.

Contenta pelvis omnia a parte postica; inter quae, uterus retroversus maximum locum habet.

A. Rectum, ubi in cavum pelvis transibat, deligatum.
B.B.B. Margines posteriores sectionis vesicae a vertice ductae.
C. C. Rectum, uterum inter et ossa, sacrum et coccygis, compressum.
D. D. Peritoneum, quod, ad sinistrum recti intestini latus, pelvim investiverat, ope catheteris, hanc partem inter et uterum immissi, elevatum.
E.E.E. Pars peritonei, parti modo descriptae respondens, ad dextrum recti intestini latus, perscissa, et margo ejus *F.* sepositus.
G. Uteri facies anterior, retrorsum versa.
H. Tuba ascendens ab uteri fundo, quae scilicet ad partem pelvis infimam devoluta fuerat.
I. Ovarium ante tubam positum.

FIG. IV.

Uteri portione, ac deciduae parte sublatis, foetus per pellucidas membranas, chorion nempe et amnion, conspicitur.

A. Os uteri sursum versum. Circum undique conspiciuntur partium vaginae contiguarum interiora.
B. B. Uteri substantia divisa.
C. Facies externa partis alicujus deciduae. Membrana haec densa, opaca, et arteriis parvis, injecta ab utero cera impletis, abundavit.
D. Facies interna aliûs partis membranae ejusdem. Qua par-

te ablata fuerat decidua, per chorion pellucidum et amnion conspicitur foetus, cujus caput dependet, et collum fune umbilicali circum-cingitur.

Lineae albae super chorio leviter adumbratae, vasorum tenuium, quae inde in deciduam transeunt, reliquias representant.

Cum haec tabula delineabatur, liquor amnii sanguine exudante infectus fuerat. Membranarum autem pellucidarum facies convexa figuram satis distinctam, forma quidem contractam, fenestrae, lucem admittentis, dedit.

Tubarum et ovariorum figuram huicce tabulae inserere supervacaneum duxi.

TABULA CLXI.

Undecimum cadaver, mense quinto ineunte. Duae figurae. Arteriae et venae cera diversi coloris impletae sunt.

FIGURA I.

Uterus a tergo visus, una cum vagina eo consilio incisa, ut status cervicis orisque uteri oculo objiciretur.

A. Clitoris.
B. B. Nymphae.
C. Proxime hanc supra literam, orificium urethrae conspicitur.
D. D. Vaginae pars extrema inferior, rugis aspera.
E. E. Ejusdem pars extrema superior, altera laevior, praecipue a parte postica.
F. Uteri orificium, in terminum vaginae superiorem se projiciens.
G. G. Tubae.
H. H. Fimbriae.
I. I. Ovaria.
K. K. Vasorum spermaticorum fasciculus, per ligamenta lata, ad ovaria, tubas, et fundum uteri ascendentium.

FIG. II.

Utero omnino aperto, membrana decidua reflexa, chorio super extensa (per quas membranas foetum videas) et cervicis orisque uterini facies interna apparent.

A. BB. C. DD. EE. F. GG. HH. II. KK. Vid. Fig. I.

L. Cervicis uteri facies interna rugosa, per gluten pellucidum cernitur.

M. M. Substantia tam uteri quam deciduae perscissa.

N. N. Decidua reflexa, membranas pellucidas investiens, alba, opaca, striata, distentu adeo tenuata, ut in locis plurimis fere pellucida videretur: deciduae, quae hanc obtegebat, adhaerescere nondum caeperat.

O. Arteria convoluta per deciduam reflexam, a margine placentae excurrens.

P. Vena huic similis.

Vasa foetus sub cute repentia, sanguine adeo distincte adimpleta sunt, ut profecto vasorum cadaveris, cera injecta turgentium, imaginem prae se ferrent.

Funis umbilicalis pars altera foetus collum ambibat, talum sinistrum altera.

TABULA CLXII.

FIGURA I.

Idem uterus quem exhibet figura secunda tabulae praecedentis, sed inversus (i. e. fundo decliviori); ut, contentis suo pondere a cervice fundum versus devolutis, margo placentae clarius distinguatur; ac decidua, quae ibidem ab interno uteri pariete in externam chorii superficiem reflexa, nomen deciduae reflexae assumit, melius conspiciatur.

Partes lineis adumbratae in tabula praecedenti modo expositae sunt atque explanatae: scilicet *A. BB. C. DD. EE. F. GG. HH. II.* et *KK.* in figura prima; atque *L.* et *MM.* in figura secunda.

N. N. N. Decidua crassa, faciem internam uteri, ubi placenta non adhaerescebat, investiens.

O. O. O. Placentae margo, ubi lamina interna deciduae a facie interna uteri, ad faciem membranarum externam, inflexa fuit atque continuata; quo in loco efficit

P. P. Deciduam reflexam, eo magis attenuatam, quo longius a margine placentae distat.

Q. Hic patuit, deciduam non eodem modo, quo caeterae membranae, trans aditum in cervice uteri se porrexisse; sed per paululum spatii intra hunc aditum, more investientis membranae, esse continuatam; tandemque sensim evanuisse, aut cum glutine illo, quod vice caementi fungitur, esse confusam.

FIG. II.

Ejusdem uteri facies interna, qualis apparuit, placenta jam separata.

A.BB. C.DD.EE.F.GG. HH.II.KK. Vide tabulae praecedentis figuram primam.

L. MM. Vide ejusdem tabulae figuram secundam.

N.N.N. Pars deciduae, undique circa placentae marginem, etiamnum utero intus adhaerescens.

O. Centrum superficiei orbiculatae, in uteri parte anteriori, cui placenta hoc in cadavere adhaerescebat. Haec arteriis venisque abundabat, quae scilicet utero ac placentae communes fuerant, quasque necessario perrupi, duas has partes dum separabam. Arteriae quidem parvae erant, convolutae, colorisque magis lucidi, ut ad literam *P.*; venae autem perruptae speciem macularum fuscarum, vel foraminum, magnitudinis haud exiguae, prae se ferebant, ut ad literam *Q.*

Linea inaequalis quae superficiem hanc scabram, cui placenta adhaerescebat, ambit, extremum marginem placentae a membranis abscissae designat; eadem etiam indicat locum quo deciduae lamina interna reflexa fuerat, circum undique, in faciem chorii externam.

TABULA CLXIII.

FIGURA I.

A duodecimo cadavere, quarto mense decurrente. Uterus a parte antica apertus, vasis cera repletis. Praecipue hic notanda occurrunt, superficies placentae externa; vasa ex utero se immergentia in placentam; cervicis uteri externa, qualis facies, sit, et, respectu ad vesicam urinariam urethramque habito, quam situm obtineat.

Placentae superficies, sectione uteri substantiae circumdata, adeo refert praecedentem, scilicet Fig. I. ut explanatione minime indigeat.

A. A. Vasa spermatica.

B. B. Fimbriae, sive tubarum partes extremae.

C. C. Ovaria. Horum sinistrum corpore luteo nonnihil auctum fuit.

D. D. Ligamenta rotunda.

E. Cervix uteri contracta.

F. Facies interna portionis istius vesicae, quae vaginae subjecta adhaeret. Utroque in latere, et hac litera paulo superius, cernitur orificium urethrae.

G. Urethra universa omnino aperta.

FIG. II. (a)

Figura addita.

Pars aliqua membranae deciduae, pertinentis ad partum legitimum, mensibus scilicet novem rite exactis.

(a) Binae Figurae insequentes ex Tab. XXIX. Hunteriani Operis huc translatae. V. Not. explicationi Tab. CLII. subjunctam.

FIG. III.

Alia Figura addita.

Portio aliqua uteri et secundarum, nono mense, ita disposita, ut earum partium strata diversa distincte conspiciantur. Arteriis cera rubra, venis flava est injecta.

A. A. A. Uteri substantia discissa.
B. B. Placenta ei adhaerens, prope marginem perscissa.
C. C. Decidua ea in parte utero adhaerens.
D. D. Decidua in illa parte ab uteri facie interna elevata, chorioque adhaerens.
E. Chorion, supra faciem internam placentae continuatum, ubi separari non potest.
F. Amnion elevatum a chorio, cui non nisi per gluten aliquod mollissimum, adhaesit.

TABULA CLXIV.

Tres figurae ab eodem cadavere.

FIGURA I.

Uterus a parte postica ita apertus, ut facies membranae deciduae externa, ac status cervicis uterinae visui exponantur.

Literas tabulae huic explanandae accomodatas omnes praeter *II. K.* et *L.* in figura secunda videas.

A. A. Vasa spermatica.

B. B. Fimbriae.

C. C. Ovaria.

D. Vagina universa, quaqua in longum extenditur, omnino aperta.

E. Os uteri in vaginam se protendens.

F. Via rugosa, per cervicem uteri ducens, unde gluten illud consolidans jam exciderat.

G. G. Sectio substantiae cervicis uteri.

H. H. - - - - - - - uteri, unde

I. I. Pars posterior totius substantiae uteri de decidua sublata et in fundum uteri revoluta cernitur.

K. Decidua, adhuc membranis adhaerescens, superficiem suam scabram externam exhibens, unde uterus fuerat separatus. Membrana haec vasis, cera impletis, venis maxima de parte, abundavit. Plurimis autem in locis, cera, vasis effusa, haec visu indistincta reddiderunt.

L. Membranae pellucidae, amnion sicilicet et chorion, decidua reflexa tenuissima et pellucida obtectae, in aditum cervicis uteri, ubi decidua ipsa deficit, viam sibi facientes.

FIG. II.

Idem uterus; postquam scilicet inversa pars uteri fuerat abscissa, et decidua ablata, ea mente ut foetus, in liquore amnii natans, per pellucidas membranas appareret.

Decidua reflexa hic adeo tenuis fuit, ut, nisi ad marginem placentae, vix percipi posset.

Foetus, cujus crura fune umbilicali circum-vincta sunt, per se satis est manifestus.

FIG. III.

Corpus luteum ovario in sinistro perscissum, ut appareat quale sit ejus cavum, sub hoc tempus gestationis. Qualem se habeat cicatricula illa, in externa facie corporis lutei ovarii sinistri, ibi cernitur, ubi stat litera C. in figuris prima et secunda.

TABULA CLXV.

Figurae duae, a decimo tertio cadavere, tertio mense prorsus exacto.

FIGURA I.

Uterus a parte antica apertus, unde foetus cervicisque uteri status in conspectum prodeunt.

A. A. Ligamenta lata.
B. B. Ligamenta rotunda.
C. C. Tubae.
D. D. Fimbriae.
E. E. Ovaria.
F. Vagina omnino aperta.
G. Oris uterini labium posterius.
H. H. Via per cervicem uterinam.
I. I. I. Sectio substantiae uteri, portione quadam ovali excisa, ut contenta ejus sub examen venirent.
K. Membranae perscissae.
L. Faciei internae uteri pars.
M. Pars ista deciduae, quae inde separata fuit. Prope hanc literam cernitur foramen quoddam, (locus nimirum ubi decidua deest) viae quae per cervicem uteri ducit, exadversum situm.
N. Decidua reflexa, nec non chorion et amnion, perscissa.
O. Placenta parti posteriori uteri adhaerescens.
Foetus, cum collo fune umbilicali bis circundato abunde patet.

FIG. II.

Uteri, placentae et membranarum secundum longitudinem sectio, cum foetu juxta sito, funiculo autem umbilicali nondum diducto.

A. A. Vaginae facies interna.
B. B. Os uteri perscissum.
C. C. Cervix uteri perscissa.
D. E. Via quae per cervicem ducit, cujus, in parte posteriori *E.* rugae penniformes conspiciuntur.
F. F. F. F. Sectio fundi uteri, ubi conceptus sedem habebat.
G. G. Sectio placentae, quae retrorsum adhaeserat, ubi uterus, de quo agitur, praeter morem crassus visus est.
H. H. Placentae superficies interna, amnio et chorio obtecta.
I. Uteri superficiei interioris pars.
K. Pars parva deciduae, inde separata.
L. L. Deciduae facies interna, sive cavum ipsam inter et deciduam reflexam.
M. Angulus prope marginem placentae, ubi deciduae lamella interior super chorion reflectitur, nempe ad diciduam reflexam faciendam.
N. Deciduae reflexae facies externa; sive cavum, membranam illam inter et deciduam.
O. Margines secti deciduae reflexae et chorii, quae inter se intime connectuntur.
P. Margo amnii sectus.

TABULA CLXVI.

Ova tria abortiva, sex figuris expressa.

FIGURA I.

Ovum nonae circiter hebdomadae abortivum, ab ista scilicet parte quae membranacea est adspectum. Decidua lacerata est, et aliquantulum revoluta, ut decidua reflexa laevis et opaca in conspectum prodiret.

A. A. Deciduae ab utero separatae facies externa scabra.

B. Facies externa portiunculae cujusdam placentae, cujus reliqua pars sedem suam exadversum habebat.

C. C. C. C. C. Deciduae facies interna cribriformis, quae primis mensibus graviditatis membranis inclusis non adhaerescit.

D. D. D. D. Deciduae margo laceratus, qui in marginem *E. E. E.* membranae ejusdem cursum suum tenuerat.

F. Decidua reflexa per faciem externam chorii diffusa.

G. G. Angulus partis reflexae, ad marginem scilicet placentae, ubi lamella interior deciduae in chorion reflectitur, simili fere modo quo lamella interior pericardii reflectitur ad superficiem externam cordis obtegendam.

H. Extrema pars deciduae ad cervicem uteri.

FIG. II.

Ejusdem sectio a vertice ad imum usque.

A. A. A. Sectio placentae, quam superficiei superiori et posteriori uteri adhaesisse supponendum est.

B. B. Deciduae partis anterioris sectio.

C. C. - - - - - - posterioris sectio.

D. Pars extrema deciduae ad cervicem uteri.

E. E. Amnii cavum, in quo foetus, ope funiculi tenuissimi umbilicalis, a facie interna placentae suspenditur.

F. Sectio trium membranarum, scilicet amnii, chorii et deciduae reflexae, quae non solum sunt contiguae, sed et sibi invicem adhaerescunt.

G. G. Angulus ad marginem placentae, ubi lamella interior deciduae in faciem externam chorii reflectitur.

H. Hic tres istae membranae paululum sejunguntur, ut situs earum, respectu habito ad placentam, manifestius appareat.

FIG. III.

Ovum octo circiter hebdomadarum abortivum. Pars quaedam exigua deciduae exscissa est, et sursum reflexa, ut cavum inter eam et caeteras membranas cerneretur.

A. Deciduae pars exigua exscissa.

B. Conceptus pars ubi deest decidua, exadversum scilicet aditui per uteri cervicem ducenti.

C. C. C. Deciduae superficies externa.

D. Decidua reflexa obtegens chorion et amnion, quae membranae se protendentes cavum deciduae adimplent.

E. Partis superioris placentae facies externa.

FIG. IV.

Idem ovum, decidua jam incisione decussatim aperta, angulis quatuor revolutis deciduaeque reflexae portione rotunda cultro sublata et devoluta, nempe ut vascula in superficie externa chorii in conspectum prodirent.

A. B. Vide Fig. III.

C. C. C. C. Facies interna quatuor angulorum in quos decidua cruciali incisione fuerat divisa.

D. D. D. Decidua reflexa caeteras membranas investiens.

E. E. Angulus ad placentae marginem, ubi lamella interior deciduae protenditur supra faciem externam chorii, nomenque deciduae reflexae obtinet.

F. Deciduae reflexae portio rotunda, ex facie externa chorii cultro anatomico sublata et devoluta.

G. Chorion cum vasis suis hirsutis expositum. Vasa ista deciduae reflexae arcte adhaerebant, et eorum nonnulla una cum membrana illa abscissa sunt.

FIG. V.

Ovum eodem fere tempore abortu separatum, constans ex chorio solo, cum vasis et contentis ejus; quippe decidua, vel pars secundarum uterina, in utero remanebat.

A. A. A. Vasorum hirsutorum rami majores et frequentiores, ex quadam parte superficiei externae chorii emergentes, et cum decidua, vel parte uterina, ad placentam conficiendam se commiscentes.

B. B. Chorii ea portio quae postea membrana uniformis et pellucida evadit; vasis paucioribus, subtilioribus, fluitantibus, quae in decidua reflexa evanescunt, abundat; per eam conspicitur embryo.

C. Vesicula umbilicalis in facie externa amnii per chorion conspecta: filum exalbidum (reliquiae arteriae et venae) ab ea ad umbilicum embryonis transit.

FIG. VI.

Idem ovum apertum. Membranis anticae parti insidentibus a placenta abscissis et reflexis, distincte conspicitur embryo.

A. Vesicula umbilicalis, ex qua

B. B. Reliquiae arteriae et venae, filo albo similes, ad umbilicum embryonis transeunt. Intestinorum gyri quidam in principio funis umbilicalis includuntur.

TABULA CLXVII.

FIGURA I.

Ovum, scilicet chorion, cum omnibus ejus contentis, quintam, ut licet conjicere, circiter hebdomadam. Literae, antea usitatae, ad dignoscendas partes, minime desiderantur. Maculae quae maxime fuscae sunt, sanguinis coagulati reliquias parvas repraesentant. In medio, globi instar, conspicitur amnion, per quod foetus indistincte appareret. Ovum ipsum haud paululum mole sua complanatum expansumque fuit, coram pictore in patella dum jacebat.

FIG. II.

Idem ovum praeparatum, magna satis parte chorii abscissa, amnioque cum foetu incluso, ut partes circa umbilicum ejus conspicerentur, in latus reflexo, vitri optici ope, ut partes minores magis distincte possent conspici, amplificatum fuit. Vasa hirsuta fluitantia, ex facie externa chorii exeuntia, per se satis patent.

A. A. Spatium inter chorion et amnion. Hoc refertum erat gelatina tenera, adeo pellucida ut vix cerni posset; unde arteriae venaeque ramosae, sanguine rubro impletae, in facie interna placentae distincte per eam conspiciebantur.

B. Amnion liquore pellucido colorisque experte, purissima veluti aqua fontana, distendebatur; per quem foetus partes minores apparebant.

C. Vesicula umbilicalis humore distensa: neque amnio illa, neque chorio connexa fuit; gelatina autem tenera circumdata, umbilico foetus per arteriam et venam, quasi per pediculum, adnexa; quibus quidem vasis tanta inter se vicinitas fuit, ut vas unum sanguine rubro impletum,

et ramos in vesiculam umbilicalem solam emittens, viderentur. Caput foetus trunco ejus longius fuit; brachia et crura non nisi per paululum emicuerant; viscera abdominis nondum fuerant vestita; pars eorum magis fusca hepar fuit: fune umbilici nondum orto, foetus faciei internae chorio et amnii, quae eo loci contigua erant, medio abdomine, adnectebatur.

FIG. III.

Ovum integrum, quartae hebdomadae, ut licet conjicere. Ovi pars superior, latior et plana, sacculus fuit, textura tenera, per deciduam solam formatus: huic ad angulos superiores foramen dentatum utrinque fuit, ubi tubas intrasse conjicere licebat, et ad ovi partem inferiorem portio crassa angustaque ex membranis omnibus contentisque eorum constitit.

FIG. IV.

Ejusdem ovi, sectione a vertice ad imum ducta aperti, facies interna. Ovum totum adhuc fundi uteri formam triangularem retinebat.

Pars lata superior, deciduae faciem internam laeviorem, cribro similem, ostendit; et pars angusta inferior, omnium membranarum sectionem cavumque in conspectu ponit. Foetus primordia omnino soluta fuerant. Amnion a chorio sejuncta fuerat, et in cavo ejus fluitabat. Ex duobus ab eodem centro circulis albis, interior est chorii sectio; cujus in facie externa stratum spongiosum, cui vasa ex chorio se immittunt, cernitur: circulus albus exterior, ad partem inferiorem deciduam, placentam obtegentem, et ad partem superiorem deciduam reflexam repraesentat.

FIG. V.

Ovum integrum tertiam circiter hebdomadam.

A. A. Seta in cavum ovi trajecta per foramen ad utrumque angulum superiorem, quod scilicet tubae fallopianae extremitatem esse conjicere licet.

B. B. Eaedem setae per foramen majus exeuntes ad angulum inferiorem, quod cervici uteri exadversum esse ponimus.

C. Hydatis, molis admodum exiguae, per deciduam sese projiciens, et filamenta gracilia ramosa ex superficie sua emittens: chorion esse, vix dubitandum.

FIG. VI.

Idem ovum, maxima parte parietis anterioris excissa

A. A. B. B. C. Vide Fig. V.

Manifestum est deciduam, hocce in ovo, membranam fuisse densam, texturae glutinosae, quae toti cavo triangulari fundi uteri, tanquam vestimentum, adhaeserat; constabat etiam tubas in facie ejus interna fuisse terminatas; chorion inter duplicem ejus membranam situm fuisse, vel substantia ejus circumdatum; parique passu cum incremento chorii, procedente uteri gestatione, cavum deciduae coarctasse, lamellam ejus interiorem (sive deciduam reflexam) distendens, donec tandem, deleto cavo, lamella illa interna faciei interiori deciduae fuisset contigua. Progressus hic, de quo agitur, mutationis planius intelligetur, si proximae his figurae inter se conferantur, ordine earum inverso, primo scilicet nonam, deinde octavam, et postremo septimam.

FIG. VII.

Status ovi (qualem scilicet animo licet concipere) in utero aetate provectioris, ubi chorion, decidua reflexa obtectum, per plurimum spatii in cavum deciduae porrigitur.

A. A. Deciduae sectio, ubi certo temporis progressu, lamellam externam duplicis membranae, spongiosum vel nothum chorion vulgo dictae, confecisset.

B. In hoc loco, decidua partem placentae, uterinam dictam confecisset.

C. Amnii cavum. *D.* Cavum, vel spatium, amnion inter et chorion.

E. Cavum deciduae, vel spatium membranam illam inter et deciduam reflexam.

F. F. Tubae in faciem internam deciduae sese aperientes.

G. Cervix uteri nullam partem ovi continens.

FIG. VIII. IX.

Duae hae figurae, in hoc fere solo ab ultima differunt; nimirum chorii in deciduae cavum projectio eo minor est, quo ovum aetate minus.

TABULA CLXIIX.

Ex Sam. Th. Soemmerring Icon. Embryonum humanorum.

FIGURA I.

Figura superior perparva embryonem sistit magnitudine naturali, omnium minimum, cujus caput bene est formatum.

Figurae inferiores majores eumdem embryonem microscopio visum exhibent. In capite ejus cernuntur, praeter conceptaculum cerebri, ocelli et osculum. In spina dorsi vertebrarum rudimenta. In trunco autem significant

a. brachii dextri rudimentum.
b. rudimentum pedis dextri.
c. tuber coccygeum.
d. rudimentum pedis sinistri.
e. ventrem.

FIG. II.

Ovulum abortivum, tertia vel quarta post ortum hebdomade parum laboriose editum, minimum embryonem continens, recentissimum.

Ovulum constabat tomento et vesicula. Tomentum pro ratione magnitudinis ovuli longissimis et confertissimis construitur fibrillulis. Non undequaque tamen circum totam vesiculam hae fibrillulae eadem longitudine et stipatione gaudebant, sed in tertia vel quarta fere ovuli parte et breviores et rariores apparebant. Passim in fibrillulis noduli vel vesiculae perparvarum hydatidum instar cernuntur. Fibrillulas illas vel ipsa vasa, vel vasculosa esse, vix dubitandum. Maxima pars hujus tomenti vasculosi id efficit, quod membranam deciduam, vel caducam, vel ovum cum utero connectentem vocant.

Vesicula, e qua illae fibrillae prodeunt, ovata, diametro majore lineas parisinas circiter quinque aequabat, pellucida, firmula, liquore limpidissimo turgebat. Ex duplici revera membrana, chorio scilicet et amnio, eam conflari sectio docuit.

Subtiliter aperto in ovulo, quod in spiritu vini tenuiori natabat, conspiciebatur embryo perparvus solidiore et opaca massa jamjam constans, brevissimo funiculo umbilicari stricte adhaerens ovulo. Longitudo corporis embryonis vix lineam parisinam superat. Microscopio lustratus talis fere apparebat, qualem figura linearis subjecta demonstrat, totum corpusculum nimirum incurvum; caput aut monstrosum aut corruptum, magnitudine superat truncum, quippe duos trientes circiter lineae aequat. In trunculo, quod quidem mirum videri possit, in tanta exilitate artus superiores et inferiores, perparvulorum tuberculorum instar, jam emicare incipiunt. Pars inferior trunci simillima est parti inferiori trunci embryonis Fig. III. delineati, quamquam multo sit minor.

FIG. III.

Ovulum abortivum sexta circiter hebdomade post ortum editum. Pars flocculenta, decidua vel connectens membrana dicta, pro ratione magnitudinis ovuli breviores et rariores floccos ostendit quam ovulum Fig. II. repraesentatum, nullis nodulis interspersa.

Vesicula ovata, ejus fere magnitudinis, quae in Figura cernitur, continebat liquorem limpidissimum. Manifeste e duabus conflata erat membranis, chorio videlicet et amnio. Amnios sive membrana interna tenuitate et pelluciditate superat membranam arachnoiden cerebri, ubique vestiebat externam, cum qua tamen parum firmiter cohaerebat. Chorion vero, sive membrana externa multo erat firmior, durior et densior. Superficies ejus interna laevissima, et albicans leviter cum amnio cohaerebat, superficies externa in partem flocculentam abiens minus albicans videbatur.

Embryo perpusillus, brevissimo et crasso funiculo umbilicari stricte adhaeret ovulo, ut fructus pediculo, totus adeo conglobа-

tus, vel arcus in modum incurvatus, ut tuber coccygeum caput fere attingat; microscopio visus talis fere apparet, qualem figura linearis subjecta demonstrat. Capitis aut monstrosi aut morbosi magnitudo corporis reliqui magnitudinem fere aequat: neque oris neque oculorum ullum rudimentum satis conspicuum, licet in embryonibus bene comparatis illa jam ea aetate non modo adsint, sed etiam luculenter demonstrari possint.

In trunco autem integerrimo non modo spinae dorsi delineatio, sed etiam artuum rudimenta manifeste conspiciuntur. Et quidem artus superiores tuberculorum globosorum instar apparent, ampliores simul et magis prominentes artubus inferioribus. Artus inferiores pari modo tuberculorum vel papillularum instar pullulaverunt, et tuberculo coccygeo a se invicem disterminantur. Tuberculum autem istud coccygeum arcuatum carinae in modum surgit, et altius porrigitur, quam illa ipsa tubercula artus inferiores repraesentantia.

E medio corpore nascitur tenuissimo filo vesicula, quam umbilicarem appellant, sita inter amnion et chorion.

FIG. IV.

Embryo diutius in spiritu vini servatus. Aetate, ni fallor, sextam hebdomadem explevit.

Totus embryo vermiculi in modum incurvatus, multo minus tamen quam antecedens (Fig. III.) paululum spiritu vini induruisse, eamque ob causam membra distinctiora monstrare videtur.

Truncus adeo jam increvit, ut a capitis mole non amplius superetur.

Spina dorsi distincta est.

Oculi manifesti sunt, oris apertura luculenta, nasi nullum rudimentum.

Artus superiores et inferiores longiores et crassiores sunt, quam in embryone antecedente.

An thorax plenior forsan sexum masculinum prodit?

Funiculus umbilicaris crassus longitudine jam increvit.

FIG. V. et VI.

Ovum recentissimum et integerrimum liquore amnii turgidulum, perfecte magnitudine et forma tale, quale Fig. V. exhibet. Insignis ovi pars triangularis (Fig. VI. *a. b. f.*) laevis erat, obducta membrana reflexa (Fig. V. *g.*) pilei in modum. Habitus hujus partis triangularis in medio sectae talis erat, qualem Figura VI. exhibet; scilicet in lateribus *a. b.* et in medio *c.* reflexa membrana continuatur parte illa laevi, in regione vero *d.* separata est eum in modum, ut stylum crassiorem transmittat.

Ovum praeter tomentum, seu membranam ovum cum utero connectentem, e duabus potissimum construitur membranis, amnio videlicet *d.* et chorio *e.*; eo autem loco, quo laevis ista plaga adest, tertia *f.* et ubi pileo reflexo obducitur (Fig. V. *g.*) quarta quodammodo addita est membrana.

Harum tunicarum prima, sive pilearis reflexa, crassissima est (Fig. V. *g.*), secunda, connectens dicta, cujus pars maxima tomentosa, pars minor laevis crassior *f.*, tertia, chorion, subtilior *e.*, quarta, amnios, subtilissima *d.*

In ovo, prope funiculum umbilicarem, parva ovata lamella ossea sita est inter chorion et amnion.

Embryo femininus ab umbilicari funiculo pendet. In capite ejus, quod trunco multo minus apparet, cernuntur ocelli et osculum; nasi vero et auricularum locum poruli tenent. Truncus embryonis plenior quam reliquorum embryonum est. Venter tumidulus elongatur quasi in funiculum umbilicarem, pro foetus ratione crassiusculum. Processus amnii per ambitum funiculi umbilicaris a chorio recedit, sensimque contrahitur in quamdam infundibuli speciem, eaque parte funiculum umbilicarem laxe continet. Tuber coccygeum valde prominet. Umbilicum inter et tuber coccygeum microscopii ope duo poruli distincte conspiciuntur, ani scilicet et virginalis rudimenta. In artubus superioribus brachia, manus et manuum digiti apparent. In artubus inferioribus autem aliqua femorum, crurum et pedum divisio, digitorum pedum contra nullum rudimentum: artus nempe inferiores adhuc imperfecti sunt, adeo ut ultra tuber coccygeum non promineant.

E quibus omnibus conjicere fas erit embryonem hunc aetate in septimam hebdomadam cadere.

FIG. VII.

Embryo septem fere hebdomadum, ovulo suo innatans, a quo pendet ope funiculi umbilicaris.

Ovulum magnitudinis ratione ovulum Fig. III. non superat, multo autem minus sequenti.

Flocculi membranae decidue et pauciores et breviores sunt, quam in ovulo Fig. III.

Vesicula paulo crassioribus construitur membranis.

Embryo immersus liquori amnii, incurvus, major est antecedente. Caput ovatum a trunco magnitudine superatur; in utroque oculo irides nigredine distinguuntur, oris apertura insigniter hiat, nasi locum poruli indicant, in artubus superioribus quodammodo brachium et antibrachium distinguere licet, inter artus inferiores, qui superioribus minores apparent, tuber coccygeum prominet, funiculus umbilicaris longior, minus tamen crassus est, processus infundibuliformis amnii circum funiculum sat manifestus.

FIG. VIII.

Embryo qui septimam hebdomadem aetate explevit, ovulo continetur, majori forsan, quam solito ordine naturae. Superat aperte antecedentem embryonem Fig. VII.

Membranarum ovuli crassitudo aucta, flocculi membranae deciduae vel connectentis simillimi illorum sunt qui in ovulo Figura III. conspiciuntur.

Corpus embryonis arcuatum dimidium fere circulum aequat. Caput cernuum increvit, minus tamen quam truncus; ea pars capitis maxima est, quae conceptaculum cerebri efficit. Ocelli distincti sunt, osculum hians, nasi locum tenent foraminula, auricularum vero poruli perexigui vix sine microscopio conspiciendi. Spina dorsi lata est et crassa. Pectus planiusculum.

Abdomen turgidulum umbilicum versus eminens, abit in funiculum umbilicarem, antecedentis embryonis funiculo longiorem, et minus crassum.

In artubus superioribus, quamquam brevibus et crassis, facile distinguuntur humeri, antibrachia, manus, quin in manibus ipsi digiti, qui papillarum teretium instar a se invicem distant.

In artubus inferioribus, jam adeo prolungatis, ut ultra tuber coccygeum porrigantur, femora, crura, pedes quodammodo distingui possunt. In pedibus autem adhuc nullum digitorum rudimentum emicat.

Inter funiculum umbilicarem et tuber coccygeum duo foraminula satis distincta. Num inde concludere liceat, sexus feminini esse hunc embryonem?

FIG. IX.

Embryo femininus, octavae circiter hebdomadis, antecedentem Fig. VIII. hisce fere superat: nasus et helix auriculae jam emicare incipiunt, reliqua autem parte faciei exigua. Thorax planiusculus est. Artus ultra truncum porriguntur. In artubus superioribus non modo brachium, antibrachium, manus et digiti, sed inter digitos pollices quoque distinguuntur. In artubus inferioribus, praeter femora, crura et pedes, jam digitos distinguere licet. Arcus sive tuber coccygeum adhuc extat. Funiculus umbilicaris et longior est et gracilior.

FIG. X.

Embryo femininus, novem circiter hebdomadum, diutius spiritu vini servatum accepi, unde etiam occipitis forma immutata videtur. Oculos, nasum et helices auricularum distinctiores monstrat: pectus complanatum est: artus superiores et inferiores magis ultra truncum prominere incipiunt quam in antecedente. Tuber coccygeum evanescit.

FIG. XI.

Embryo femininus, decem circiter hebdomadum. Nitidissimum profecto corporis feminini tenerrimi specimen, omnes sexus characteres gerit. Inprimis apta ejus est figura ad comparationem cum foetu masculino Fig. XII. instituendam. Oculis palpebrae praetensae huc usque non videntur: osculum fere clausum; nasus cum alis eminere incipit. Helix et tragus auriculae prodeunt: manuum et pedum forma apprime muliebris videtur.

FIG. XII.

Embryo masculinus, qui undecimam hebdomadem aetate explevisse videtur. Nitidissimum profecto corporis masculini tenerrimae aetatis specimen, omnes quippe characteres masculinos gerens. In auricula praeter helicem et tragum, antitragum quoque et anthelicem distinguimus. Frons prominula, oculi palpebris clausi sunt. In naso et dorsum, et alae, et septum cernuntur. Labia oris a reliqua cute faciei disterminari incipiunt.

FIG. XIII.

Embryo masculinus duodecim forsan hebdomadum. In capite cernis praeter ossium frontalium, parietalium, et temporalium ambitum, etiam oculorum globos, ultra rimam palpebrarum ad utrumque latus prominentes, et palpebras firmiter clausas. Nasus bene formatus est. Labia oris distincta, quin ipsa sinuositas in labio superiori, quam philtrum vocant, apparet. Auriculae, quamquam planiusculae, omnes tamen fere partes distinctas ostendunt. Collum manifeste a capite et scapulis disterminatur.

In thorace peramplo, insigniter masculino, costae fere singulae valentes distinguuntur. Arcus coccygei vix vestigium superest. Penis prominens, scrotum exiguum, vacuum, ab ano distans deprehenditur.

Scapularum ambitus et forma manifesta. Artus superiores clavículis valentibus thoraci junguntur. In brachio musculus deltoi-

des et biceps sunt turgiduli, ob sublatum antibrachium; pari modo musculus anconeus et condylus externus ossis brachii eminent. In manu et carpus et ossium metacarpi pars prior et digitorum articuli, quin immo ipsi unguiculi expressi apparent. Digiti manus sinistrae inprimis eam produnt formam, quae embryonibus parum obesis priva esse solet.

In parte inferiore trunci eminent ossa coxae, in femore praeter trochanterem majorem et condylos, etiam e musculis glutaeus major, vastus, biceps externus, et semitendinosus cum semimembranoso.

In crure patella et tibia cum malleolis. In pedibus priva huic aetati forma plantae et digitorum, in quibus jamjam unguiculorum rudimenta.

FIG. XIV.

Embryo masculinus qui forsan tres menses excessisse videri possit. In embryone feminino ejusdem aetatis clitoris pari fere modo erecta, ac in embryone masculino penis porrigitur.

FIG. XV.

Embryo femininus, qui quartum fere mensem attigit. Frons prominula. Oculi, nasus, osculum et auriculae incrementa insignia ceperunt. Thorax femininus, humeri devexiores. Clitoris deorsum inclinata praeputio cincta est. Virginal distinctum ab orificio ani. Artus superiores pari fere longitudine sunt cum inferioribus.

FIG. XVI.

Embryo femininus, medio quarto mense, antecedente provectior et plenior.

FIG. XVII.

Embryo femininus, qui aetate in quartum mensem transiisse videtur, antecedente multo provectior.

FIG. XVIII.

Embryo masculinus, qui forsan paullulum spiritu vini induruit. Aetate quadrimestris videtur.

FIG. XIX.

Embryo masculinus quadrimestris. Egregium admodum corporis masculini hujus aetatis exemplar, ipso quodammodo vultu sexum prodens, inprimis thorax insigniter masculinus est. Auricula talis, qualis in ipso invenitur. Penis crassiusculus, scrotum vacuum.

FIG. XX.

Embryo femininus, qui quartum mensem cum dimidio aetate explevit. Perbelle corporis feminini egregium exemplar embryonum agmen in hac tabula claudit. Cutis justa pinguedinis quantitate gaudet. Embryonem, qui vultus gratissimi venustate, trunci plenioris formositate, membrorum eximiorum concinnitate magis sese commendaret, hucusque me videre non memini.

Capitis paulum ovati admodum regularis est forma, frons explicata, rotundata. Oculi grandes insigniter a se invicem distant. Palpebrae jam pullulavere. Nasus directe a fronte descendens vix simus dicendus est. Osculum semiadapertum, labellis delicatissimis cinctum. Mentum teretiusculum. Auricula formosior, quam in reliquis embryonibus.

Collum lepidissimo capiti formositate respondet.

Thorax insigniter femininus.

Humeri devexi sunt, brachium rotundatum, manus et digiti muliebres. Artus inferiores superant magnitudine superiores, femora magis ac in masculinis arcuata videntur.

TABULA CLXIX.

Ex Soemmerring Icon. Embryon. human.

FIGURA I.

Ovum humanum foecundum, quinquemestre integerrimum, liquore amnii turgidum, violentia summa elisum a miseranda matre, cujus abdomen maritus, miles Borussicus, crudelissime pedibus calcaverat, ejusdem perfecte magnitudinis, qualem figura exhibet.

Figura latus praebet anterius et sinistrum ovi dum in utero matris continebatur.

Liquet ergo foetum in utero non praecipitem dari, sed omni tempore solita naturae lege infimum locum occupare. Liquet etiam ex hac figura foetus faciem plerumque sursum, sinistram et posteriorem partem pelvis versus spectare.

Secundas illaesas cum foetu, non modo primis temporibus, sed etiam quinto mense *ovum humanum* a similitudine non inepte dici patet; ovum enim hoc ovatam revera gerit formam, adeo ut diameter perpendicularis a superioribus tendens inferiora versus, longitudine superet diametrum horizontalem.

Cernimus praeterea in isto ovo formam cavi uteri gravidi, cui adhaerebat; scilicet pars superior ovi, fundo uteri adaptata quae fuerat, latior: quae medio utero, latissima: quae cervici, angustissima apparebat.

Ovum liquori spirituoso idoneo innatans subtilius inspiciendo, ubique superficiem ejus plus minus flocculis subtilibus et raris hirtam reperi talibus, quales in spatio pedem dextrum inter et caput in figura expressi sunt. Flocculi isti tamen multo copiosiores non modo, sed etiam longiores, magis coagmentati et stipatissimi cernuntur in sinistra et superiori parte quam placenta occupat.

Secundae hac parte, ob placentam, adeo sunt crassae, ut examen

membrorum embryonis discus placentae impediret; a peripheria disci placentae autem membranae ovi sensim ita extenuantur, ut in medio ovo multo teneriores, pro ratione magnitudinis embryonis reperiantur, quam secundo vel tertio mense.

FIG. II.

Egregie admodum et simplicissimo modo haec figura demonstrat lamellatam, vel tribus presse sibi incubantibus membranis conflatam vesicam, quam ovum appellamus, ejusque nexum cum placenta.

Ex industria autem ita ovum sectum fuit, ut duabus divisis exterioribus membranis tertia intima integra servaretur.

Prima sive externa tunica, quam *chorion fungosum*, filamentosum, tomentosum, spongiosum, reticulatum, falsum, membranam villosam *Ruyschii*, placento-vascularem, caducam vel deciduam *Hunteri*, corticem ad totum ovi ambitum *Bianchi*, involucrum membranaceum *Albini*, membranam connectentem ovum *Denmanni* vocant, ita abit in placentam, vel si mavis, ita continuatur a placenta super ovum, ut aequo jure aut placenta pars crassissima hujus chorii, aut chorion pars extenuata placentae dici queat. Placentae enim discum in peripheria vides subito ita extenuari, ut inde oriatur chorion fungosum, cujus superficies externa cum superficie interna uteri, superficies vero interna cum chorio proprie sic dicto cohaeret. Nullibi enim peripheria placentae segregata aut separata ab illa est membrana, quam chorium fungosum vocant, sed altera in alteram sine limitibus distinctis continuatur. Extenuatur vero haec membrana connectens eum fere in modum, ut quo magis a placenta recedit, eo subtilior reddatur, et loco placentae e diametro opposito tenuissima fere appareat.

Mensibus autem primis longe aliter se res habet. Membrana connectens enim circum omne ovum tomenti speciem habebat, locum placentae futurae non nisi funiculi umbilicaris insertione indigitans.

Haecce ergo membrana connectens primis diebus omnium crassissima sub maturitatem foetus sensim ita extenuatur, ut vix crassitiem amnii nonnullis locis retineat illo tempore, quo foetus in lucem editur. Quocirca etiam non inepte caducae vel deciduae tunicae nomen accepit.

Nominum autem multitudo et varietas hujus tunicae indicant, variam admodum eam apparuisse variis auctoribus. Quum enim (ex iis quae dicta sunt) variis graviditatis temporibus natura et habitus hujus tunicae variet, iis auctoribus qui primis mensibus eam contemplabantur, longe alia videretur necesse fuit atque illis, qui medio vel ultimo graviditatis mense illam examinaverant et descripserant.

Secunda vel media tunica, *chorion proprie sic dictum*, firmissimam membranam ovi construens, cum chorio fungoso leviter, levissime cum amnio cohaeret. Obducit internam placentae superficiem, cui firmiter adhaeret, eamque reddit laevissimam, circum funiculum umbilicarem ita coalita cum amnio, ut ulterius ab eo separari nequeat.

Tertia vel intima tunica, *amnios* dicta, integerrima hic foetum obvelat, et circum funiculum umbilicarem in se ipsam quasi revolvitur, vix membrana arachnoide cerebri crassior. At primis temporibus haec membrana omnium est tenuissima, adeo ut praeter omentum vix ulla tenuior in toto corpore humano inveniatur. Sectis duabus exterioribus membranis, inprimis secto chorio firmiori, haec membrana paullulum collapsa et rugosa cernitur

In disco placentae sanguifera vasa sanguine admodum turgida conspiciebantur, inter quae facile arterias a venis distinguere licet. Arteriae enim angustiores magis serpentarios flexus amant, et lineolis transversis insigniuntur: venae autem ampliores minus tortuosae lineolis longitudinalibus sunt distinctae. Crassitudo placentae vera e margine ejus dijudicari potest. Placenta enim sexto, octavo et nono mense ulterius ambitu, crassitudine et firmitate eum in modum adaugetur, et quasi compingitur; membranae vero nectentis crassitudo et firmitas imminuitur et quasi solvitur, ut evidentius ambae a se invicem distent.

Quocirca ovum hoc, prouti aetate, ita etiam membranae nectentis ratione, ad placentam medium tenet quodammodo inter structuras, quae primo et quae ultimo mense, solito naturae ordine, deprehendi solent. Placentam et chorion enim neque adeo confusa, quam primo mense, neque adeo a se invicem disterminata, quam ultimo mense, nuper offendi in femina octavo graviditatis mense emortua.

FIG. III.

Foetus, qui in Fig. I. et II. per membranas ovi pellucebat, secto amnio exemtus, membris autem in situ naturali relictis, funiculo umbilicari parumper explicato, placenta ita posita, ut omnis ejus superficies interna visum incurrat.

Foetus hicce femininus vultum longe diversum gerit a vultu puellae Fig. XX. Tab. praecedentis. Calvaria crinibus obsita est brevibus et raris, quorum ductum, longitudinem et situm diligenter expressit pictor. Frons rugosa. Palpebrae distinctae. Ocelli et osculum firmiter clausa sunt. Auriculae ovatae omnes quidem partes satis luculentas ostendunt, nihilosecius propriam huic aetati formam a forma auricularum adulti diversam. Artus inferiores tantopere increverunt, ut superiores volumine superent.

Funiculus umbilicaris summa fide pictus, inaequalis, passim, ut plerumque solet, distortus quasi et nodosus, non centro placentae, sed magis ad latus ejus insertus, ubi ad placentam pervenit, amnium et chorion ita transit, ut hae membranae in massam ejus gelatinosam veluti degenerare videantur. Adumbratum etiam cernis modum, quo arteriae umbilicares placentae in minores ramos dirimuntur, venaeque in unum truncum confluunt.

Placenta ovata ostendit vasa collapsa, et sanguine fere vacua, obducta in superiore parte amnio, quod circa funiculum umbilicarem reflexum est. Reliqua pars placentae obducta est chorio, quod in margine reflexum cernis, ut appareat, substantiam placentae, spongiae similem, non nisi e vasculis construi. Particula placentae, eadem de causa, in subtilissima vasa leni maceratione soluta et diremta exhibita fuit.

TABULA CLXX.

COR

FIGURA I.

Ex Cadavere

Anterior pericardii superficies in adulto, mediastini membranis separatis, et sacco aere inflato.

A. A. Convexa, superior et anterior diaphragmatis superficies
B. Inflatum pericardii saccum ab anteriori parte.
C. Arteria aorta, ex qua *a. b. c.* innominata arteria, carotis et subclavia sinistra.
D. Arteriae pulmonalis ramus dexter,
E. Sinister.
d. Ductus arteriosus.
F. Venae cavae truncus superior.
G. Vena pulmonalis dextra inferior.
H. Superior vena pulmonalis sinistra.
I. Quâ cordis mucro respondet.

Ex hac icone patet pericardium a dexteris latius esse, ad sinistra vero angustari *I.* diaphragmatis medio tendini insidere, ex hac adhaesione adscendere et vasis magnis adhaerere, nempe

k. k. k. ad venam cavam superiorem directione varia in diversis cadaveribus. Si enim plerumque pericardium huic venae fere transversim innascitur, in quatuor cadaveribus adhaesionis linea sinistrorsum adscendebat.

m. a cava vena ad aortae *C.* truncum transit, cui ad dimidiae lunae modum adhaeret. *m.* Adhaesio suprema et dextera; *n.* quâ sinistrorsum tendit, atque in anteriorem par-

tem ductus arteriosi se infigit. Hinc *o.* ad ramum sinistrum *E.* pergit arteriae pulmonalis.

p. p. Sinus et auricula dextra pericardio circumdata.

FIG. II.

Ex Cadavere

Posterior inflati pericardii superficies in adulto pleurae laminis separatis. Diligenter curavi ut omnia tam in hac icone quam in praecedente ad naturae modum delinearentur: hinc sterno avulso et costis disruptis, mediastino et pleura detractis in anteriore parte, vertebris autem, costis, oesophago a posteriori aerem per vulnus in pericardium ita injeci, ut omnia naturali situ servato exprimi possint, nec in partium separatione pericardio et corde in hanc vel illam partem converso aliam atque aliam formam repraesentarent.

A. Convexa, superior et posterior diaphrgmatis superficies.
B. Oesophagus truncatus.
C. Truncus venae cavae inferioris.
D. Vena cava superior.
E. Arteria aorta.
F. Ramus dexter arteriae pulmonalis.
G. Sinister.
H. H. Venae pulmonis dextri superior et inferior.
I. I. Venae pulmonis sinistri.
K. Pericardii aere turgidi posterior superficies
L. L. Quâ pericardium adhaeret arteriae pulmonali.
M. Qua adhaeret sinui cordis sinistro.
m. m. Foramina pro utraque vena pulmonali sinistra
N. N. Anulus pericardii aortam complectens.
n. Cornu dextrum pericardii.
O. Spatium inane a vena pulmonali dextra superiori et inferiori
P. Quâ pericardium cavam venam inferiorem in circulum ambit.

FIG. III.

Ex Halleri *Element. Physiol. Tom. I.*

Pericardium aere turgidum a parte anteriori ex corpore puerili.

a. Magna bulla pericardii, qua cor continetur.
b. Pulmo dexter.
c. Sinister.
d. Aorta descendens, vi aliqua de situ mota et reflexa.
e. Finis inserti ductus arteriosi.
f. Arteria subclavia dextra.
g. Arteria carotis dextra.
h. Carotis sinistra.
i. Subclavia sinistra.
k. Ramus sinister arteriae pulmonalis.
l. Venae pulmonales.
m. Cornu dextrum pericardii.
n. Pars ejus adhaesionis infima.
o. p. Cornu sinistrum adnatum arterioso ductui *P.* et aortae arcui ad *O.*

FIG. IV.

Pericardii facies posterior.

a. Pars quae cor continet.
b. Pulmo sinister.
c. Dexter.
d. Venae pulmonales sinistrae.
e. Ductus arteriosus.
f. Ramus sinister arteriae pulmonalis.
g. Truncus communis arteriae carotidis et subclaviae dextrae.
h. Carotis sinistra.
i. Arteria subclavia sinistra.

k. Aorta descendens.
l. Arteriae pulmonalis ramus dexter.
m. n. Venae pulmonales dextrae.
o. Cornu sinistrum pericardii adhaerentis ad aortam et ductum arteriosum.
p. Cornu dextrum ad aortam adhaerens.
q. Media pars arteriae pulmonalis, adnata ad originem rami sinistri.
r. Pars pericardii adnata ad venas pulmonales dextras.
s. Vena cava superior.

TABULA CLXXI.

COR

Ex Tom. I. Nov. Act. Acad. Scient. Imper. Petropolit.

FIGURA I.

Cordis superficies anterior. Vasorum majorum et sinuum facies anterior. Externae fibrae carneae ventriculorum, sinuum et auricularum repraesentantur.

A. C. D. Ventriculus dexter.
B. C. D. Ventriculus sinister.
C. D. Crena.
C. Extremitas posterior crenae, seu marginis septi superioris.
D. Extremitas crenae anterior, seu apex communis cordis.
E. Apex ventriculi sinistri, in quem fibrae radiatim concurrunt.
F. Apex dextri ventriculi, super quem fibrae transeunt.
G. H I. C. Pars arteriosa ventriculi dextri.
H. G. M. F. Ejusdem pars venosa.
I. K. L. C. Conus arteriosus, a partibus retro eum sitis separatus, ut una cum arteria apicem versus reflecti possit. In nonnullis major et speciosior hic conus inveniri solet.
I. K. G. Margo basilaris, quo pars ventriculi basilaris *O.* a superficie superiori ventriculi distinguitur.
K. Terminus, ad quem usque in latere dextro conus cum arteria elevari et reflecti potest.
L. Terminus quo usque hoc in sinistro fieri potest.
M. G. Angulus ventriculi dextri, intus cavernosus, quo sanguis, copiosius irrumpens, perque foramina annuli venosi expressus recipitur.
M. N. Pars ventricosa marginis anterioris, quae amplissimam par-

tem cavitatis, minusque repletam columnis, partis venosae ventriculi continet.

N. D. Pars anterior et sinisterior ventriculi, columnis repleta et fibris ad apicem pertinens. Haec inferius, angulus superius, receptaculum cavernosum est pro sanguine uberius irrumpente.

O. Portio partis basilaris ventriculi dextri, margine *K.* a superficie ventriculi superiori distincta.

P. Truncus arteriae pulmonalis.

Q. Ejus ramus sinister, amplior breviorque.

R. Dexter ramus longior et angustior.

S. Sinus valvulae semilunaris anterioris, qui in hac sede sua, dum a pleura et cellulosa depurata arteria est, inflatus apparet.

T. Dimidia pars sinus valvulae dextrae.

V. Arcus Aortae.

W. Arteria innominata.

X. Carotis dextra. *Z.* Sinistra.

b. Arteriae coronariae dextrae pars emergens, resecta ubi flecti et progredi versus marginem ventriculi incipit, quo et crassities adipis in hac sede, et quo usque a carne cordis serpens arteria distet, appareat.

c. Arteria coronaria sinistra, ex aorta nata, sola adipe hactenus, et membrana externa tecta.

d. Ejus primus ramus resectus.

e. Truncus continuatus, sub carnem cordis nunc, quae pontem efficit, se recipiens.

f. Is truncus, ubi secundum ramum editurus est, sub ponte prodiens.

g. Truncus continuatus, immergens se rursus carni cordis, postquam ramum dedit.

h. Ramus, quem dat, resectus.

i. Fascia coronalis, quae basim sinuum communem ambit.

k. Pars auriculae sinistrae, sursum reflexae.

l. Collum auriculae dextrae, eadem fascia coronali constrictum.

m. Superficies sinuum anterior communis, plana erecta.

n. Appendix auriculae, quae elevari et reflecti potest, longe distans in corde nudo a margine coronali cordis, quem, dum crasso adipe suo investitus super sinum se extendit, auricula tegit.

o. Ad hunc terminum usque appendix separatus elevari et reflecti inferius potest; inde dextrorsum pars est parietis sinus dextri.

p. Capitulum seu tuberculum perforatum auriculae. Ad hunc terminum superius usque appendix elevari potest; dimidia pars sinisterior una reflectitur, dexterior pars est parietis sinus.

q. Capitulum auriculae tendinosum. Hoc minus constans esse videtur.

r. Dorsum auriculae.

s. Superficies auriculae convexa anterior. Concava facies externa in appendice reflexo apparet.

t. Pars musculosa venae cavae superioris.

u. Pars fibris muscularibus expers.

v. Filum cartilagineum anterius dextrum.

w. Sinistrum anterius filum cartilagineum.

x. Fibrae circumflexae sinistrae, quae ortae sinisterius a basi arteriae pulmonalis, transversim circa latus sinistrum coni arteriosi flectuntur, et in supremam partem crenae inseruntur.

y. z. 1. 2. 3. Fibrae pulmonales anteriores ortae a media parte anteriori basis arteriae pulmonalis, insertae in pontem.

y. Fibra latior hujus fasciae, quae una cum caeteris pontem efficit.

z. Ubi haec fibra supra crenam transit, et super arteriam coronariam, pontem efficiendo, fibrisque se immiscet ventriculi sinistri.

1. Fibrae mediae in latiorem fibram *2.* pennatim insertae.

2. Fibra altera latior et longa hujus fasciae, quae receptis brevioribus *1* cum altera *y.* conjuncta dimidiam partem pontis in hoc corde efficit.

3. Ubi haec fibra super crenam transit, partim interrupta, fibrisque se addit ventriculi sinistri.

4. Fibrae circumflexae dextrae superiores seu pulmonales posteriores, quae ortae a latere posteriori basis arteriae pulmonalis circa dextrum latus coni flectuntur et in longam pulmonalium anteriorum fibram 2. se inserunt.

5. 6. Fibrae circumflexae dextrae inferiores seu aorticae, quae ortae a facie anteriori basis aortae circa conum flectuntur, in eamdemque fibram partim pulmonalem, partim in interjectas aut fasciae infundibuli fibras se inserunt.

6. Fines fibrarum hujus fasciae, quae ex angulo inter aortam et filum cartilagineum dextrum oriuntur.

7. Fibrae interjectae, admodum variabiles.

8. 11. 13. 14 15. 16. 18. 19. 20. Fascia magna infundibuli, cujus fibrae ortae a filo cartilagineo anteriori *v.* curvatim super partem basilarem transeunt *O.*, et super marginem basilarem, quo facto in superiori superficie ventriculi ad crenam usque progrediuntur.

8. 8. Prima harum fibrarum lata et longa ad crenam usque continuata, vicinis fibris ubique per fibrillas annexa.

9. 10. Duae fibrae, in quas illa *8.8.* se dividit, crenam aliquatenus interruptae transeuntes, fibrisque se addentes ventriculi sinistri.

11. Secunda harum fibrarum, fibrillis in quas resolvitur, in praecedentem fibram inserta.

12. Fibra pariter resoluta in crenam inserta.

13. Fibra tertia varie resoluta in alias transiens fibras.

14. 14. Loca, ubi fibrae latae a se invicem remotae fuerunt, ut fibrillae appareant, quae ortae ex altera transeuntes in alteram fibrarum vicinarum, eas fibras connectunt.

15. Locus similis, ubi separatis fibris, fibrillae apparent fibras illas connectentes.

16. Alius locus, ubi simpliciter fibrillae, mediae inter binas fibras magnas, ex inferiori oblique in superiorem transeunt, non tamen uti in prioribus exemplis ex longitudinalibus fibrarum fibrillis continuant.

17. 17. Fines fibrarum *13. 14. 15.* serratim cum oppositis fibris ventriculi sinistri in crenam inserti, carni subjectae adhaerendo.

18. Alia ratio nexus, ubi tota fibra lata inferior, resoluta in fibrillas in superiorem inseritur, totaque sic consumitur.

19. Terminus hujus fasciae magnae ad basim ventriculi.

20. Terminus ejusdem ad crenam.

21. Pars fibrarum ultimarum fasciae crenam transiens, pontem efficiendo, sub quo ramus arteriae ex carne cordi exit.

22. Pars alia harum fibrarum in carnem inserta.

23. Foramen quo ramus arteriae exit.

24. 24. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 29. 30. 31. Fascia angularis seu fibrae angulares, quae ortae a filo cartilagineo posteriori dextro circa angulum flectuntur, eumque involvunt, et fine angusto in crenam inseruntur, pennatim maximam partem inter se concurrendo.

24. Prima hujus fasciae fibra ad basim cordis, quae ex fine fili cartilaginei posteriori oritur.

24. 24. Ultima ejusdem fibra, ex principio fili emergentis orta.

25. Pars fasciae basi propior, cujus fibrae fere parallelae per sedes *26. 27.* continuant. Portio longior.

25. 24. 24. Pars inferior, cujus fibrae pennatim se ad priores applicant. Portio brevior.

26. 27. Continuatio portionis longae.

28. Insertio hujus portionis in crenam.

29. 29. Fibrae portionis brevis latae longaeque ad priorem partem se applicantes.

30. Fibrae partis ejusdem tenuiores, sub prioribus quasi emergentes parallelae iisdem continuatae.

31. Fibrae eaedem in portionem longam insertae.

M. A. N. D. 34. 57. Fibrae ventrales, tenues, ortae a stria dum circa marginem ventriculi flectuntur divisae in fasciolas minores.

32. 24. 24. 33. Prima harum fibrarum fasciola fere triangularis, quae plane transversim, et fere adscendendo, versus crenam progreditur, cujus fibrae dum adscendunt, sub

fibris fasciae praecedentis maximam partem se subducunt, exceptis inferioribus, quae apicem versus flexae in duas quasi caudas *34. 35.* discedunt, in crenas insertas.

33. Quo usque prioribus istae fibris se subducunt, ubi simul flexae in duas abire caudas incipiunt.

34. Cauda superior.

35. Cauda inferior; ambae in crenam insertae.

36. 32. 37. 38. Augusta fasciola pariter fere fibris suis adscendens, cujus fibrae inferiores omnes in superiorem inseruntur.

36. Terminus fasciae inferior.

37. Fibra superior crassa.

39. 36. 40. 41. 42. Fascia latior fibris pariter adscendentibus.

39. Terminus hujus fasciae inferior.

40. In hac sede superiores hujus fasciolae fibrae versus apicem flexae in caudam inferiorem *33. 35.* descendendo inseruntur.

41. Inferiores fasciae fibrae, quae simili priorum serpentino ductu, pariter in caudam inseruntur *35.*

42. Infimae fasciolae fibrae, quae ad crenam usque perveniunt, in eamque inseruntur.

43. 39. 44. 45. 46. Ad crenam usque continuata fibris pariter et tenuibus et fere adscendentibus.

44. Fibrae ejus fasciolae mediae, sub superiores seu posteriores se subducentes.

45. Superiores in crenam descendendo insertae.

46. Infimae fibrae pariter descendendo in crenam insertae.

47. N 48. 49. Fasciola alia superioribus fibris in fasciam praecedentem, inferioribus in crena inserta.

47. Terminus fasciolae inferior.

48. Fibrae superiores sub praecedentem fasciolam se recipientes.

49. Inferiores quae descendendo in crenam transeunt.

50. 51. Fasciola angusta tota adscendens totaque suis fibris sub priorem fasciolam se recipiens.

50. Terminus inferior.

51. Fibrae sub fasciam praecedentem se recipientes.

52. 53. Angustissima fasciola adscendens fibrisque se sub priorem fasciolam prope crenam recipiens.

54. 55. 56. Fascia latior triangularis fibris transversis sub priori fasciola emergentibus in crenam insertis.

54. Terminus inferior.

55. Fibrae posteriores brevissimae, sicut mediae sub priori fasciola emergentes, in crenam insertae.

56. Fibrae inferiores a margine ventriculi ortae in crenam transientes.

57. 54. 58. Ultima fascia, a stria orta in crenam inserta, fibris constans transversalibus.

57. Terminus inferior.

58. Fibrarum partim in priorem fasciam, partim in crenam insertio.

59.-85. Fibrarum ventriculi sinistri ordo secundus, seu funes, qui orti a filo cartilagineo anteriori sinistro, lati, crassique, in ramos divisi, fibrillis conjuncti, super dimidiam fere posteriorem sinisterioremque partem superficiei superioris ventriculi oblique descendendo ad marginem usque, tum porro super marginem in inferiorem transeunt superficiem, cujus quasi dimidiam partem anteriorem et sinisteriorem occupant, in maximam partem posteriorem striae inserti.

59. Prima minimaque fibrarum hujus ordinis, ab interstitio inter bina fila sinistra orta, continuo in inferiorem descendens superficiem.

60. Fibra secunda pariter oblique sinistrorsum arcuatim descendens, et super marginem in superficiem inferiorem transiens.

61. Tertia fibra, cujus major pars in superiori superficie apparet.

62. Quarta fibra lata crassa, eoque longior, quo anterior et propior principio fili cartilaginei oritur.

63. Interstitium fibrillis obliquis occupatum, quibus funes majores connectuntur.

64. Funis angustiori compresso principio carneo a filo cartila-

gineo ortus, oblique inde ad marginem descendens, ubi resolutus in fibras ad inferiorem superficiem transit.

65. Interstitium, fibrillis repletum, funes *64.* et *67.* connectentibus.

66. Fibra tenuior ex interstitio *65.* emergens, super marginem in inferiorem superficiem continuata.

67. Alter funis, qui in plures ramos in superficie inferiori dividitur.

68. Magnum et latum interstitium inter fibras *67.* et *71.* fibrillis repletum ab altero fune ad alterum transeuntibus, eosque funes connectentibus.

69. Funiculus ex interstitio emergens.

70. Tertius magnus funis ramificatus, angustiori parte ex filo cartilagineo ortus, deinde in duos magnos ramos divergentes divisus.

71. Alter horum ramorum, qui haud obscure porro in duos sibi parallelos ramos satis crassos divisus est.

72. Alter illius funis ramus, pariter crassus, qui se applicat ad fibras *82.83.84.*, cum iisque latam fasciam efficit, ad marginem usque continuatam *85. 86.*

73. Tertius ejus funis ramus qui inter priores emergere videtur, quique ipse bifurcatus tenuioribus longis fibris in superficiem inferiorem transit.

74. Interstitium inter eos ramos, fibrillis nectentibus repletum.

75. Fibra in hoc interstitio sub fibrillis obliquis emergens ad marginem cordis continuata.

76. Altera ejusmodi fibra emergens.

77. Aliud magnum interstitium inter ramos *72. 73.* insignibus fibrillis occupatum, quae manifesto ex ramo *72.* continuantur, superius in ramum *73.* transeunt, inferius quasi novos ramos efficiunt.

78. Duae fibrae in quas fibrillae continuant.

79. Profunda fossa pro ramo arterioso, in cujus parte profunda pariter fibrillae obliquae, vicinas fibras connectentes apparent.

80. Solum exemplum (nisi error subest) interstitii, in quo fibrillae a sinistris versus dextra descendunt.

81. Quartus magnus funis continuo in duos funiculos divisus, qui se sub illos *82. 83.* subducunt.

82. Quartus funis, ab arteria coronaria tectus.

83. 84. Tres fibrae cohaerentes, laminamque efficientes carneam, in quas funis ille *82.* expanditur. Haec lamina confluit sinisterius cum ramo *72.*, dexterius cum lamina carnea *87*, qua arteria tegitur, cum eaque mox unam continuam laminam efficit, tum subjectae carni adhaerentem, tum connexam ope rami *72.* cum funibus superioribus, adeoque cum caeteris fibris ventriculi sinistri confusam.

85. Terminus inferior regionis funium seu fibrarum ordinis secundi, quae sua distributione partem posteriorem et sinisteriorem ventriculi sinistri occupant. Lamina tamen *87.* plurimum confert ad eas fibras, quae ad hunc terminum usque ventriculum tegunt.

86.87.88.89.90.91.92.93.95. Fibrae ordinis tertii.

86.85. Fascia fibrarum a lamina *87.* a fibris *83. 84.* a ramo *72.* et fibris *78. 79.* inter se confluentibus effecta.

87. Lamina carnea ex fibris partim ventriculi dextri *Z. 9. 10.* continuata, partim ex interruptis his fibris quasi orta, quae pontis instar super arteriam coronariam transit, eamque tegit.

88. In hac sede fibrae laminae arteriam tegentis maximam partem sub fibris *82.83.84.* receptae disparent.

89.89.90.91. Secunda, quae aliquatenus distingui potest, fibrarum fascia, cujus fibrae ita ad apicem ventriculi radiatim concurrunt, ut aliae continuo ad alias se applicent, adeoque in itinere evanescant.

89.89. Fibrae, serratim insertis ventriculi dextri fibris *17.17.17.* interpositae, ortae a crena.

90. Fibrae parum a se mutuo distinctae.

91. Fibrae in ipso ventriculi margine versus apicem flexae, aliaeque sub alias se insinuantes.

92. Quaedam fibrae ex ventriculo dextro continuatae transientes super crenam in sinistrum.

93. Uti fibrae istae sub sequentes se insinuant.

95. Uti aliae se ad sequentes applicant.

96.97.98.99.100.101.102.103.104. Ordo fibrarum ventriculi sinistri quartus, seu fibrae radiatae.

96. Fibrae ex ventriculo dextro continuatae, quae procurrentem funiculum brevem in hoc corde efficere videntur.

97. Fibrae, manifesto ex crena ortae.

98. Fibrae prope marginem ventriculi curvatae, versus apicem *E.* concurrentes.

99. 100. Fibrae ad precedentes applicatae.

101.102.103. Quae recta fere in apicem ventriculi incurrunt.

104. Ultimae radiatae fibrae, versus apicem pariter progredientes.

105. Fibrae, quae fasciam coronalem sinuum communem efficiunt, basim sinuum amborum cingentem.

106. Ortus harum fibrarum ex filis cartilagineis sub angulis acutissimis, ut plane filis parallelae transversim in fasciis progredi videantur.

107. In hac sede etiam distinctius hic ortus fibrarum apparuit.

108. Fibrae similes coronalibus ductu et natura, quae faciem sinuum communem anteriorem efficiunt, continuatae ex fibris faciei concavae appendicis auriculae.

109. Fibrae coronales sinus sinistri, simili modo retiformes, sed paulo in hac sede crassiores et distinctiores.

110. Ortus earum ex filo cartilagineo.

111. Fascia *basilaris*, vel *terminalis auriculae dextrae*, quae parallela fasciae coronali sinuum communi *105.* posterius in ipso sinus sinistro latere incipit, inde totum sinum, distinguendo superiorem cancellatam auriculae partem ab inferiori fasciata, ambit in superficie anteriori in appendicem auriculae et ad perforatum apicem ejus usque in hoc corde continuat, in aliis tamen brevior citius desinit.

112. In hac sede divisa in aliquot fibras haec fascia partim ad superficiem posteriorem concavam appendicis transit, partim connexa cum parte appendicis perforata *n.* ad apicem ejus usque percurrit.

113. 115. Commune principium columnarum, quae reticulatum dorsum auriculae efficiunt ex fascia basilari *111.*

114. Columna dorsalis media, quae marginem auriculae dextrum efficit, faciemque anteriorem a posteriori distinguit, omnium longissima, in medium superius capitulum *q.* inserta.

115. Columna anterior secunda in idem inserta capitulum.

116. Columna tertia anterior partim in idem dexterius subtendinosum capitulum *q.* partim in illud *p.* perforatum inserta.

117. Trabecula oblique transversa.

118. Trabecula similis, qua utraque prima et secunda columna conjunguntur.

119. 120. Trabeculae oblique transversae inter columnam secundam et tertiam.

121. Similis trabecula inter tertiam et quartam columnam.

123. Trabecula oblique transversa inter quartam et quintam columnam.

124. Columna anterior quinta, communi principio inferius ex fascia basilari orta, superius in capitulum perforatum inserta.

125. 126. 127. Columnae ventrales auriculae, quae non satis constantes.

125. Earum prima, quae ex capitulo perforato in appendicem auriculae descendit.

126. 127. Duae superiores ventrales columnae, quibus appendix mobilis auriculae superficiei anteriori sinus adnectitur.

128. 129. Trabeculae oblique transversae quibus ventrales cum dorsalibus columnis conjunguntur, conformes ductu suis columnis.

130. Foraminula quamplurima, minora majoraque in superficie auriculae convexa, quae sicut rhomboidalia columnarum interstitia, solis membranis auriculae, externa et interna, clauduntur.

131. Interstitium perforatum inter fasciam coronalem *105.* et basilarem *111.* maxima parte in superficie posteriori situm.

132. 133. Fibrae venae cavae superioris, quae in latere venae in-

terno ex anteriori superficie in posteriorem continuant, eamque pariter obducunt, tum vero in utraque superficie ad latus venae externum flexae descendunt et in capitulum tendinosum inseruntur.

FIG. II.

Superficies cordis superior, parte basilari ventriculi dextri antrorsum reflexa. Sinuum et venarum superficies anterior, arteria pulmonali et aorta prope basim resecta, auricula dextra dextrorsum, sinistra sinistrorsum reflexa.

A.B.D. Ventriculus dexter.

B.F.I.H.I. Conus arteriosus, summa pars ventriculi dextri antrorsum reflexus.

B. I. Latus sinistrum coni arteriosi reflexi.

B.I.L.K.F. Superficies seu paries posterior coni arteriosi reflexi. In hac scilicet summa et peculiari sui parte ventriculus dexter a corde separatus existit, proprioque pariete posteriori gaudet.

B. Pars sinistra basis parietis posterioris coni arteriosi et terminus, quo usque ventriculus dexter septo adnatus est.

C.D.E. Ventriculus sinister quo usque parietes carnei exterius se extendunt. *D.* Terminus posterior. *E.* Extremitas crenae anterior.

F.G.H.I.K.L.M. Pars basilaris ventriculi dextri antrorsum reflexa, vel superficies ejus posterior. Ad sedem *K.* quidem usque tantum haec pars sursum et deorsum flecti potest, dum pars *M.* cum fibris *18. 19.* suam costanter positionem tenet.

F. I. Basis sive sectio arteriae pulmonalis: *F.* ejus latus dextrum, *I.* sinistrum.

G. Cavitas coni arteriosi, quae in cavitatem arteriae pulmonalis continuat.

H.15.15.16.16.14. Quo usque pars basilaris proprie conus arteriosus dici potest.

I. Extremitas sinisterior superior coni arteriosi et latus sinistrum basis arteriae pulmonalis.

K. Terminus ad quem pars basilaris sursum, deorsum flecti potest.

L. K. Extremitates, inter quas linea ducta est, ad quam pars basilaris, dum sursum in statu suo naturali flexa est, plicatur, adeo ut superficies haec posterior partis basilaris concava sit, et fossam efficiat, cujus pars *K. L. H.* sit inferior, sursum sua superficie spectans, *K. L. F.* autem superior, deorsum oblique sua superficie respiciens.

M. Angulus ventriculi dextri.

N.M.18.19. Pars angularis ventriculi dextri, cujus fibrae a filo cartilagineo posteriori oriuntur.

O.N.M.H.F.I.A. Pars arteriosa ventriculi dextri.

P.N.O.E. Pars ventriculi ejusdem venosa.

P. N. O. Pars ventricosa ejusdem intus cava.

P. E. Pars anterior columnis repleta.

Q. Orificium arteriosum ventriculi sinistri, seu basis aortae.

R. Sectio.

S. Arteria coronaria sinistra ab aorta resecta.

T. Ejus ramus primus per superficiem distributus.

V. Truncus continuatus sub pontem transiens.

W. Truncus sub ponte emergens.

X. Idem porro sub fibras serratas descendens.

Y. Y. Crena, qua basis sinuum communis a basi cordis distinguitur.

Z. Alter arteriae ramus per superficiem distributus.

a. Sinus pulmonalis. Superficiei anterioris pars superior, aequalis, fibris constans transversalibus simplicibus. Haec venas dat utrinque. Mediam partem superius musculi transversales occupant, inferius fascia lata fibrarum, auriculas utrinque connectens, transeundo in earum superficies planas. Denique pars inferior fasciis coronalibus constat, dextra anteriori et sinistra, inter quas vortex continetur.

b. Vena pulmonalis dextra anterior: *c.* sinistra posterior: *d.* sinistra anterior.

e.f.g.h.i.k. Auricula sinistra reflexa: *e.* ejus pars mobilis: *f.* ejus apex, appendicula vermiformis: *g.* altera appendicula, quarum saepius plures in hac sinistra auricula dantur: *h. i.* pediculi auriculae, quibus utrinque sinui inhaeret, *h.* pediculus superior, *i.* inferior: *k.* superficies auriculae plana, qua sinui et basi cordis flexa incumbit.

l. Vena cava superior.

m.n.o.p.q.r. Auricula dextra: *m.* ejus superficies plana, qua sinui et basi cordis, dum cor scilicet adipe et membrana obvolutum est, incumbit. Corde nudato, quo magna pars adipe constans a basi aufertur, hanc basim cordis non tangit: *n.* Apex sive appendicula: *o.* Dorsum auriculae columnis constans: *p.* Capitulum subtendineum: *q.* Capitulum perforatum, quod loco pediculi superioris est, quo in hac sede auricula mobilis firmatur: *r.* pediculus inferior.

s. Fascia coronalis anterior dextra: *t.* sinistra.

v.v.w.w. Pons (Fig. I. *3. 9. 10.*). Tota haec fasciola una cum reflexo cono arterioso depressa est.

x. Fibrae ponti accedentes.

y. Fibrae circumflexae sinistrae, una cum cono antrorsum reflexae.

z. Nodulus cartilagineus dexter.

1. Filum cartilagineum dextrum anterius.

2. Radix ramorum cartilagineorum posteriorum dextra.

3. Nodulus cartilagineus sinister, qui alias crassior esse solet.

4. Filum cartilagineum anterius sinistrum.

5. Radix ramorum seu filorum posteriorum sinistra.

6. Principium trunci ramorum cartilagineorum posteriorum. Hic truncus brevissimus sub vorticem in speluncam, quae in hac sede datur, penetrat, et inter utrumque sinum transit, exitque in posteriori superficie ex simili spelunca, dum divisus continuo binos ramos, seu fila, cartilaginea posteriora producit.

7. Columna carnea triangularis, quae ad septum pertinet, qua parte hoc liberum est a ventriculo dextro, qui scili-

cet in hac sede proprio pariete posteriori instructus et supremam partem, separatam mobilemque efficit, conum arteriosum, et septum cordis liberum nudumque relinquit.

8. Fossa triangularis, cono arterioso in situ naturali tecta, simili ratione ad septum cordis pertinens.

9.9.10. Fibrae circumflexae dextrae superiores seu pulmonales posteriores, qua parte in superficie basilari cordis sitae sunt (Fig. I. *4.*) *9 9.* Portio longior, quae sola circa conum circumflexa in superiorem superficiem transit, orta a basi arteriae pulmonalis: *10.* Portio brevior hujus musculi, quae orta ex fossa triangulari *8.* ad aorticum musculum minorem *12.* se applicat.

11. Rima quae in hac sede reperitur, ubi musculi suis fibris inseruntur.

12.13.14.15.16. Circumflexus musculus dexter inferior, sive aorticus (Fig. I. *5.*) ortus a latere dextro basis aortae, circa conum flexus.

12. Portio ejus minor, sive aorticus minor, qui juxta fibras pulmonales posteriores se inserit, nec in superiori superficie apparet.

13.13.14.15.16. Aorticus major, sive circumflexus dexter inferior, ex angulo inter aortam et filum cartilagineum anterius dextrum ortus, flexus circa conum, transiens in superficiem cordis superiorem (Fig. I. *5.*).

17.17.17.K. Fascia infundibuli magna, qua parte per superficiem basilarem transit. Orta a filo cartilagineo anteriori dextro super marginem basilarem in superficiem transit ventriculi superiorem (Fig. I. *K.G.9.10.12.17.*).

18.19.20. Fascia angularis a filo cartilagineo posteriori orta (Fig. I. *C. M. 27. 28.*).

21.22.23.24.25.26.28.29. Funes seu fibrae ordinis secundi, reflexo cono arterioso cum arteria pulmonali plane detectae.

21. Idem funis qui Fig. I. *82.83.84.*, retro arteriam coronariam dextram ortus, sola distributione fibrarum apparet.

22. Idem qui Fig. I. *81.* in duos divisus ramos simplex esse videtur.

23. Funis qui Fig. I. 70.
24. Ille qui Fig. I. 67.
25. Qui Fig. I. 64.
26. Funis qui est Fig. I. 62.
27. Ille qui Fig. I. 61.
28. Qui est in Fig. I. 60.
29. Ille qui in Fig. I. 59.
30. Fibrae fasciae coronalis ex superficie posteriori circa marginem flexae, in anteriorem prodientes.
31. 31. Fibrae, quae ex ramo cartilagineo anteriori oriuntur, et oblique sinistrorsum adscendunt, applicando se prioribus, quae ortae a filo cartilagineo posteriori circa latus dextrum flectuntur, 30.
32. Uti in hac sede prope nodulum cartilagineum fibrae plane adscendunt.
33. Spatiolum triangulare, in quo nulla fibra ex filo cartilagineo oritur.
34. Fibrarum 30. 31. 32. compactarum in spatium angustius continuatio, quae magno arcu facto, super vorticem adscendunt.
35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. Vortex quem fibrae in hac sede efficiunt.
35. Fibrae, ex nodo cartilagineo dextro et principio fili cartilaginei ad sedem 33. usque ortae, retrogrado ductu oblique dextrorsum contra priores 31. 32. adscendentes.
36. Continuatio fibrarum 35. et 41. arcu formato, fere concentrico illi 34. ab eoque incluso.
37. Crena profunda ex spelunca 40. continuata, circa quam vorticis fibrae ducuntur.
38. Continuatio fibrarum earumdem 35. 36. 41. quae arcu facto versus ramos cartilagineos descendunt.
39. Fibrae continuatae 36. ad se ipsas applicatae, et in eamdem crenam 37., unde emerserant 40., descendentes.
40. Profunda spelunca, in quam si stylum caute urgeas, is exit in superficie sinuum posteriori, sinibus illaesis, qui propriis in hac sede parietibus gaudent, cellulosa connexis. Ex hac spelunca fibrae 41. exeunt, ortae scilicet a trun-

co filorum cartilagineorum posteriorum *6.* dum inter separatos in hac sede sinus ex anteriori sinuum superficie in posteriorem transit, binaque fila dat posteriora. In eamdemque speluncam fibrae eaedem redeunt *38. 39.* postquam vorticem formavere, insertae in eumdem truncum.

41. Fibrae ex principio trunci filorum cartilagineorum posteriorum, in speluncam *40.* se immergentis ortae, inde parallelae et conformes iis *35.* a dextris ad sinistra oblique adscendendo exeuntes, cum iisque per sedes *36. 38. 39.* continuantes.

42. Continuatio fibrarum earumdem *35. 41. 36. 38.* ad sedem *39.* inflexarum.

43. 43. 43. Alia magis manifesta fibrarum inflexio, ad eumdem fere modum in lineam quasi perpendicularem ducta, qua aliae fibrae recta super lineam transeunt, aliae magis inflexae se immergere in eam videntur.

44. Continuatio fibrarum *42. 35. 36. 41.* quae descendentes ad radicem cartilagineam *5.* ei adhaerent, tum solito modo oblique inde sinistrorsum adscendunt fasciamque coronalem efficiunt.

45. Proximae fibrae nunc porro solito modo a radice cartilaginea *5.* tamquam ramo inter nodos anastomotico, quo et fila conjunguntur et corona perficitur, ortae.

46. Fibrae sequentes fasciae coronalis, ex eadem radice cartilaginea ortae.

47. Fibrae ex nodo cartilagineo sinistro et filo sinistro anteriori ortae.

48. Fibrae ex eodem filo sinistro ortae, in fascia coronali ad superficiem posteriorem continuatae.

49. Fibrae partim ex fibris *44. 42. 38. 36.* partim ex illis *34.* et illis *46.* adeoque ex vortice, ex filo cartilagineo anteriori dextro et radice cartilaginea sinistra ortae et collectae in superficiem planam auriculae sinistrae continuatae. Quae fibrae sub auriculam in sequentem fasciae coronalis partem *t.* continuant a solo filo sinistro oriuntur.

50. Fibrae a pediculo inferiori auriculae dextrae derivatae.
51. Earum continuatio, qua arcum efficiunt arcubus 34. et 36. conformem.
52. Earumdem continuatio, postquam ad lineam 43. inflexae sunt.
53. Continuatio earumdem per superficiem planam auriculae sinistrae.
54. Fibrae quae videntur ex eodem pediculo oriri auriculae dextrae, seu parte ejusdem inferiori.
55. Earumdem per medium sinum pulmonalem continuatio, qua per sedem 53. pariter coarcitae cum fibris 49. in superficiem planam auriculae sinistrae transeunt.
56. Transversalis anterior, cellulosa tantum, imprimis in parte dexteriore 56. 57. 58. 59. parieti anteriori sinuum annexus.
57. Fibrae ejus in superficiem planam auriculae continuatae.
58. Alia similis fibrarum fascia.
59. Pars musculi in crenam inter auriculam et sinum inserta.
60. Ejus radix superior, carni sinus innata.
61. Radix inferior, a pediculo superiore auriculae sinistrae orta.
62. 63. Fibrae aliae ex superficie posteriori circa latus sinus flexae, radicibus accedentes.
64. Fibrae ad basim venae pulmonalis anterioris sinistrae positae.
65. Fibrae transversae ad latus sinus dextrum descendentes.
66. Transversalis posterior.
67. Fibrae ex posteriori sinus facie collectae, ad latus dextrum primo antrorsum flexae, tum descendentes.
68. Fibrae ex parte superiori faciei anterioris sinus collectae, ad latus dextrum sinus descendentes.
69. Fibrae venae pulmonalis posterioris sinistrae; 70. dextrae; 71. anterioris dextrae.
72. Fibrarum venae cavae superioris portio superior; 73. inferior portio.

FIG. III.

Cordis superficies inferior; auricularum et vasorum facies posterior.

A.B.C. Ventriculus sinister: *A.* Postrema pars marginis sinistri, ubi fibrae ex medio interstitio inter bina fila cartilaginea sinistra oriuntur: *B.* Terminus ventriculi ad striam, seu marginem inferiorem septi, ubi sequentes fibrae non ad ventriculum sed ad striam pertinent: *C.* Finis striae ad ventriculum sinistrum.

D.E.F. Ventriculus dexter: *D.* Angulus ventriculi inter basim cordis et striam: *E.* Extremitas posterior marginis dextri, ubi superficies basilaris cordis propria primum incipit, indeque ad convexam cordis superficiem, ab ea distincta, latescendo continuat; cum in plana cordis superficie nulla superficies basilaris, a plana facie cordis distincta, existat: *F.* Apex ventriculi dextri.

C.E.D. Pars angularis ventriculi dextri.

G. Terminus inter partem angularem et ventralem.

H. Pars ventricosa ventriculi, maximam continens cavitatem, minimeque columnis repleta. Caeterum quidquid in hac inferiori cordis superficie apparet, ad partem venosam pertinet.

I. Fascia coronalis sinistra posterior.

K. Sedes venae coronariae magnae, in regione *e.* in auriculam dextram insertae, et ad sedes *K.* progredientis. Haec inflata, rarioribus tecta fibris, quae quasi accessoriam fasciae coronali posteriori sinistrae fasciam efficiunt.

L. Fascia coronalis posterior dextra.

M. Collum auriculae dextrae, nempe pars prope basim cordis constrictior per ipsam fasciam coronalem.

N. Dorsum auriculae perforatum, angustioribus minoribusque interstitiis columnarum, frequentioribus trabeculis connexarum, in hac posteriori quam in anteriori auriculae superficie donatum.

O. Pars in superficie posteriori, fasciculis, a basilari fascia ortis occupata, integra.

P. P. Regio venae cavae inferioris, fasciculo *Q.* ab exteriori parte auriculae distincta, latis tenuissimis fibrarum fasciis aut flammeis aut ramificatis tecta.

Q. Fasciculus, quo regio venae cavae ab exteriori auriculae parte distinguitur.

R. R. S. T. V. X. Y. Vena cava inferior, complicata et compressa: *R. R.* Ejus paries dexter, valvula Eustachii intus a cavitate auriculae distinctus: *S.* Paries sinister, *levatore venae cavae inferioris* a pariete posteriori sacci pulmonalis distinctus: *T.* Membrana interna nuda: *V.* Paries venae posterior plicatus: *X.* Cavitas partis ex hepate resectae: *Y.* Sectio venae ex hepate.

Z. Capitulum seu tuberculum auriculae tendineum, haud plane constans.

a. Interstitium inter fascias coronalem et basilarem perforatum.

b. Integrum interstitium inter easdem fascias, fibrarum fasciis obliquis occupatum.

c. Fascia basilaris, quae data columna *Q.* in superficiem anteriorem auriculae continuat. Mira haec fascia basilaris ex superficie interna sinus pulmonalis per verum foramen *d.* ex eo sinistro sinu exit *91. 92.* et applicat se ad externam superficiem auriculae dextrae.

d. Foramen singulare, per quod fascia basilaris *c.* ex sinu pulmonali exit, sola interna tunica cellulosa repletum.

e. Sedes orificii venae coronariae magnae in auriculam dextram.

f. g. h. Vena cava superior: *f.* ejus pars infima, qua cum vena cava inferiori sinisterius, dexterius cum auricula dextra, minime cum sinu pulmonali *k. n. q.* cohaeret, qui quippe sinus immota vena *f. g. h.* reflecti potest: *g.* Pars venae musculosa: *h.* Suprema pars fibris privata.

i. Nuda membrana interna auriculae, in venae cavae inferioris parietem posteriorem *V.* continua.

k. Paries posterior sinus sinistri.

l. Vena pulmonalis sinistra posterior et inferior.

m. Pulmonalis vena sinistra anterior et superior.

n. Dextra vena pulmonalis posterior et simul inferior, lumine retrorsum spectante.

o. Vena pulmonalis dextra anterior et superior.

p. q. Hujus duo rami.

r. Arcus aortae.

s. Arteria innominata.

t. Carotis sinistra.

v. Subclavia sinistra.

w. Lumen aortae dorsalis.

x. Crena posterius inter sinum sinistrum et ventriculum sinistrum.

y. Filum cartilagineum posterius sinistrum partem crenae dexteriorem occupans.

z. Pars crenae, cartilagine vacua, cellulosa firma repleta.

1. Crena posterius inter sinum et ventriculum dextrum.

2. Filum cartilagineum posterius dextrum partem crenae sinisteriorem occupans.

3. Pars crenae, cartilagine vacua, cellulosa firma repleta.

4. Truncus horum filorum communis, qui a nodo dextro cartilagineo aortae (Fig. II. *z.*) una cum filo dextro anteriori (Fig. II. *1.*) oritur. (Fig. II. *z. 2. 6.*).

5. Spelunca posterior, ex qua hic truncus exit.

6. 6. Primae fibrae, quae a cartilagineo filo posteriori sinistro oriuntur, quae in ipsam striae extremitatem posteriorem insertae ventriculum non tangunt, crenam potius efficiunt.

7. Fibrae mediae ab ipsa conjunctione filorum cartilagineorum ortae, in mediam striam decurrentes.

8. Quae primum fibrae a filo cartilagineo sinistro ortae, oblique super aliquam ventriculi partem descendendo in latus striae sinistrum inseruntur; adeoque ad ventriculi fibras pertinent.

9. 9. Fines harum fibrarum in latus striae inserti.

10. 10. Proximae illis fibrae ex filo cartilagineo ortae.

11. 11. Eaedem in striam insertae.

12. Fibrae post illas sequentes, ex filo cartilagineo ortae.
13. Earum in striam insertio.
14. Fibrae ab extremitate fili cartilaginei posterioris ortae.
15. Earum super ventriculum arcuatus progressus.
16. Insertio earumdem in striam.
17. Fibrae ex medio interstitio inter bina fila cartilaginea sinistra anterius et posterius ortae, ipsam extremitatem posteriorem marginis sinistri, seu partem gibbosam, occupantes, transeundo oblique ad inferiorem ventriculi superficiem, tum primum in hac sede prodeuntes.
18.18. Earum parum curvatus progressus.
19.19. Insertio earum haud procul a fine striae.
20.20.20. Hae longae fibrae ubique velut in superficie superiori fibrillis connexae.
21. Locus ubi imprimis hae fibrae distinctae apparuere.
22.22. Fibrae ex ultima parte fili cartilaginei anterioris sinistri ortae, super marginem cordis flexae, hic prodeuntes.
23. Earum progressus, fere rectilineus.
24.25. Earum insertio in latus striae, et decursus juxta hoc latus ad finem fere usque.
26.27. Pars fibrarum quae videntur continuatae esse ex tribus ramis magni funis 64. Fig. I.
28.29.30. Earum progressus.
31. Insertio in fibras priores, quibus in hac sede lateraliter se applicant.
32. Ultimarum cum prioribus una et cum illis 25. concursus ad finem striae.
33. Quae videntur ex fibra 66. (Fig. I.) continuari.
34. Earum progressus.
35. Insertio applicando se ad fibras 30.
36. Ubi concurrunt cum fibris prioribus.
37. Fibrillae obliquae in hac inferiori ventriculi parte copiosae, longas fibras connectentes.
38.39. Quae videntur fibrae a ramis 69. 71. Fig. I. magni funis 70. Fig. I. oriri.
40. Harum fere parallelus et simplex progressus, ut jam progrediebantur in superficie superiori.

41. Continuatio inferioris harum fibrarum, quae fibrillis obliquis, traditis ad fibram *34. 35.* superiorem intercludit.

42. Finis hujus fibrae.

43. Fibrae breves obliquae, quibus fibrae longae connectuntur.

44. Ubi fibrae longae ad alias longas se applicant.

45. Quae videtur ex eodem fonte oriri.

46. Ejus continuatio.

47.47. Fibrae singulari directione a fine striae decurrentes, in quas multae longarum *36. 42. 50.* inseruntur.

48.48. Quae quasi ex fibra *86.* Fig. I. continuata esse videtur.

49. Ejus continuatio.

50. Insertio ejusdem in fasciculos *47.*

51.52. Fibrae, quarum neque ortus, neque finis in hac superficie cordis apparet. Incertum unde continuatae fuerint. Hoc certum in margine ipso earum partes medias sitas fuisse, in inferiorem superficiem prorsus non transiisse.

53. Primae fibrae ex principio fili cartilaginei posterioris dextri ortae, quae aliquam partem striae tegunt, at continuo dextrorsum flexae ex margine striae exeunt, transversim fere super planam dextri ventriculi faciem transeunt, et angulares fibras a ventralibus distinguunt.

54.54. Harum fibrarum continuatio ad marginem cordis usque, circa quem flectuntur.

55.56.57.58.59. Fibrae angulares a filo cartilagineo posteriori ortae, angulum cordis involventes, Fig. I. *24. 24. 25.*

55.56. Primae harum fibrarum ex angulo inter filum cartilagineum et striam ortae, Fig. I. *24. 50.*

57. Fibrae sequentes angulis acutissimis successive a filo ortae, Fig. I. *25.*

58. Sequentes fibrae angulares circa supremum angulum flexae.

59. Earum super partem basilarem in superiorem ventriculi superficiem continuatio, Fig. I. *18. 19.*

60.61.62.63.64.70.72.75. Fibrae ventrales ortae a margine dextro striae flexae circa marginem cordis dextrum, insertae in crenam: Fig. I. *M. A. F.*

60.61.62. Prima ventralium portio (Fig. I. *M. 32.*): *60. 60.* Ubi

hae fibrae ex fibris striae continuantur: *61.* Ubi sub iis prodeunt: *62.* Ubi circa marginem flectuntur, Fig. I. *52.*

63. Fibrae partim manifesto ex fibris striae longitudinalibus continuatae partim sub iis prodeuntes.

64. Earum continuatio, Fig. I. *39.*

65. Fibra crassa ex fibris striae longitudinalibus continuata, ex cujus latere aliae fibrae minores secedunt.

66. Earum continuatio, Fig. I. *43.*

67. Alia fibra crassa et separata a stria continuata, ex cujus latere tenuiores fibrae secedunt.

68. Multae fibrae minores ex latere striae exeuntes, quae pariter in ea sede prodire videntur, tectae a fibris superficialibus striae.

69. Earum continuatio, Fig. I. *50. 51.*

70. Tres magnae fibrae crassae in hoc corde distinctae a fibris striae continuatae.

71. Earum continuatio, Fig. I. *52. 54. 56.*

72.72. Crassus fasciculus fibrarum, in quem uti in crassiores illas fibras *70. 75.* stria quasi resolvitur, ex fine potius quam latere striae continuatus. Hujus continuatio, Fig. I. *54. 58.*

73. Interstitium inter magnas illas fibras, egregiis fibrillis obliquis connectentibus repletum.

74. Simile aliud interstitium.

75. Ultimae fibrae ex fine striae continuatae, *58.* Fig. I.

76. Fibrae longitudinales striae, ortae a principiis conjunctorum filorum cartilagineorum posteriorum *4. B. D.* inde versus apicem cordis progredientes variis modis flexae, saepe crispae.

77. Loca, ubi fibrae crispae flexuosae variis modis connectuntur et discedunt a se invicem.

78. Quaedam passim loca, ubi fibrae solutae a superficie super alias laterales ad ventriculum transire videntur.

79.80.81.82. Fascia coronalis posterior sinistra, cujus fibrae a filo cartilagineo ortae oblique dextrorsum et sursum adscendunt, partimque in fibras continuant, quae venam coronariam tegunt, partim immersae subjectis partibus se inserunt.

79. Quae ex superficie sinus anteriori, ex filo anteriori ortae in hanc superficiem transeunt.

80. 80. Quae ex filo posteriori in hac superficie oriuntur.

81. Ubi partim in fibras 112. transeunt, partim se immergunt.

82. Ultima fibrarum pars ex principio fili sinistri orta, super truncum filorum 5. in coronalem fasciam dextram continuata.

83. Alia pars, illi 82. praecedens in tenues fibras longas continuata.

84. Harum continuatio altera in fibram obliquam 89.

85. Altera continuatio in interstitium perforatum a.

86. Fibrae fasciae coronalis posterioris dextrae, uti ex filo suo oriuntur.

87. 88. 89. Fasciae superstratae obliquae quibus basilaris fascia 90. cum coronali connectitur.

90. Fascia basilaris vel superstrata transversalis.

91. Ejus ortus ex superficie interna parietis anterioris sinus sinistri.

92. Notabilis et praecipuus hujus fasciae ramus, quo regio venae cavae inferioris a reliqua auricula distinguitur, et qui intus trunco carneo respondet, ex quo fibrae cancellatae auriculae oriuntur.

93. Ejus finis dentatus.

94. Aliae huic similes fasciae, simili dentatione superius finitae.

95. 95. 95. Columnae dorsi auriculae retiformes, quae fibras intus cancellatas efficiunt.

96. Harum columnarum ortus a fascia basilari.

97. Regio venae cavae inferioris, planis fibris contiguis, in varios processus excurrentibus occupata.

98. 99. 100. Processus harum fibrarum ad venam cavam producti.

101. Levator venae cavae inferioris major, sive venarum cavarum constrictor communis.

102. Ejus principium sinistrum ex pariete sinus sinistri ortum.

103. 104. Principium ejus dextrum ex trapezio auriculae.

105. Ejus finis inferior.

106. Levator venae cavae inferioris minor.

107. Extremitas posterior musculi transversalis sinuum communis.

108. Quo usque se illa extendit.

109. Trapezius musculus venae cavae superioris.

110. Annularis venae ejusdem, qui in hoc corde ad capitulum *Z.* finitur.

111. Pars hujus musculi superior, vere annularis.

112. Fibrae rariores dispersae, venam coronariam tegentes.

113.114.115.116.117.118. Musculus terminalis sinus sinistri: *113.* Fibrae, quae ex transversali anteriori oriuntur, circa marginem sinus flexae in hunc musculum continuant: *114.* Fibrae, quae a regione basis oriuntur: *115.* Earum continuatio: *116.* Earum flexio et penetratio in eam partem venae cavae inferioris, quae ex ramo ejus sinistro, in sinum sinistrum inserto, cum dictum ille foramen ovale efficeret, orta est: *117.* Fibrae extremae, quae saepius solae existunt: *118.* Earum flexio et penetratio in eamdem superius dictam partem.

119.120.121.122. Fibrae ex tota fere facie posteriori sinus collectae, ad latus dextrum sinus descendentes: *119.* Quae a parte inferiori adscendunt. *120.* Quae ex facie anteriori circa latus sinistrum flexae accurrunt, prioribus tectae: *121.* Quae a parte superiori adveniunt: Earum continuatio.

123. Fibrae, ex interstitio inter binas venas pulmonales dextras derivatae, ad latus dextrum sinus pariter ante priores descendentes.

124. Fibrae ad basim venae sinistrae posterioris applicatae, ad sinum pertinentes.

125. Fibrae venae pulmonalis posterioris sinistrae.

126. Quae ad venam pertinent pulmonalem posteriorem dextram.

127. Fibrae venae pulmonalis anterioris dextrae. Sic et portio fibrarum venae anterioris sinistrae apparet. Vacuae venarum sedes *l. m. o. p.* nudas partes venarum indicant, quo usque fibrae carneae se non extendunt.

FIG. IV.

Superficies cordis superior. Fibrae externae.

A. Ventriculus dexter.

B. Sinister.

C.D.E. Margo sinister ventriculi dextri, quo applicato ad ventriculum sinistrum crena effici solet: *C. D.* Pars hujus marginis, quae est simul margo sinister coni arteriosi, quae pariter ac reliquus margo *D. E.* crenae adhaerere solet, ejusque postremam partem efficere. In hoc corde separatus est, ut conus arteriosus *C.D.F.G.* una cum arteria pulmonali elevari et antrorsum reflecti possit. *D. E.* Crena.

C. Marginis ventriculi extremitas superior, apex coni, arteriaeque pulmonalis basis in latere sinistro. Fig. I. *C.*

D. Basis coni arteriosi in latere sinistro, et terminus quo usque conus liber ab adhaesione reflecti potest, Fig. I. *L.*

E. Vallecula inter apices ventriculorum distinctos, in qua finis crenae. Nullus ergo datur communis apex cordis, Fig. I. *D.*

F. Apex coni arteriosi et basis arteriae pulmonalis in latere dextro, Fig. I. *J.*

F. C. Apex coni arteriosi et basis arteriae pulmonalis, Fig. I. *J.C.*

F.G.J. Margo basilaris, Fig. I. *J.K.25*: *G.* Sedes in hoc margine, ad quam usque conus arteriosus in latere dextro reflecti potest.

G. D. Basis coni arteriosi, Fig. I. *O.L.*

G.D.F.C. Conus arteriosus totus, uti in Fig. I. *J.K.C.L.* separatus in hoc corde tota sua superficie a ventriculo sinistro et a septo, sola basi cordi adhaerens.

H. D. Pars media crenae, seu regio pontis, Fig. I. *L. 21.*

I. Angulus cordis dexter, Fig. I. *G.M.*

I.K.F.C. Pars infundibuliformis, Fig. I. *25.28.J.C.*

K. Terminus fibrarum latarum ventriculi dextri ad crenam.

L.M.F.C. Pars arteriosa ventriculi, Fig. I. *G.H.J.C.*

L.A.E.M. Pars venosa, Fig. I. *G.A.D.H.*

L.I.N.30. Pars angularis, Fig. I. *C.M.*

O. A. Pars ventralis, Fig. I. *M.A.N.*

O.M.P. Regio apicis, Fig. I. *N.H.D.*

P. Apex ventriculi dextri papillaris, mire prominens in hoc corde. Videtur a robore musculi *99.100.* quo vallecula *E.* in crenam retrahitur, adeoque interstitium inter binos ventriculorum apices *P.T.* augetur, prominentia pendere apicum ipsorum. Ut ergo validioris, proinde perfectioris structurae indicium sit apicum prominentia.

Q. Angulus cordis sinister, Fig. I. *59.* seu tuber ventriculi sinistri.

Q.p.48. Tuberis hujus seu anguli limites.

Q.C.D.R. Regio funium, Fig. I. *59.C.L.85.*

R.D.S.H. Regio crenae media seu regio pontis, Fig. I. *L.21.85.91.*

S.H.E.T. sive *83.84.88.88.99.98.98.85.* Regio apicis seu regio radiata superior. Fibrae ordinis quarti.

T. Apex ventriculi sinistri (Fig. I. *E.*) marginibus inclusus sinistro *Q.T.* et anteriori *T.E.* Ad hunc apicem proxime, in superiori superficie centrum focorum *102.*

T.B.Q. Margo ventriculi et cordis sinister.

T.E. Anterior margo ventriculi sinistri, brevis, ad quem in inferiori superficie focus inferior, in superiori funiculus terminalis superior *99.100.*

T.E. sive *100.99.108.104.106.* Portio regionis radiatae inferioris. Pars marginis enim *E.T.88.105.104.* magis in icone in superiorem superficiem retracta est, ut focus superior totus in ea et centrum focorum *102.* repraesentari possit. In situ naturali funiculi procurrentes *74.88.* in ipso margine siti sunt *103.104.106.* minimeque in superiori, sed potius in inferiori superficie apparent; et funiculus *99.100.* superficiem superiorem fere terminat cum extremitatibus funiculorum *103.104.* in illum insertis.

V. Pars basilaris, Fig. I. *O.*

W. Arteria pulmonalis.

X. Ejus ramus sinister: *Y.* dexter.

Z. Aorta.

a. Arteria innominata: *b.* Subclavia dextra: *c.* Carotis dextra: *d.* Carotis sinistra: *e.* Subclavia arteria sinistra: *f.* Aorta descendens.

g. Arteria coronaria dextra, in suo situ, super carnes elevata, in adipe dextrorsum antrorsum sublimior progrediens. Fig. I. *b.*

h. Pars sinus sinistri, Fig. I. *i.*

i. Auricula sinistra reflexa, Fig. I. *k.*

k. l. Sinus dexter, Fig. I. *l. 133.*

m. Auricula dextra in suo situ, remota a basi cordis, ubi adeps ad basim remotus.

n. Vena cava superior.

o. Filum cartilagineum dextrum anterius, quod valde obscurum in hoc corde.

p. Filum cartilagineum anterius sinistrum, Fig. I. *w.*

q. Sinus valvulae semilunaris anterioris sinistrae arteriae pulmonalis, Fig. I. *S.*

r. Sinus valvulae dextrae. Fig. I. *T.*

s.t.w.C. Fibrae circumflexae sinistrae (Fig. I. *x. C. L.*) flexae in hoc corde circa marginem sinistrum coni in posteriorem hujus superficiem, in qua oblique descendunt.

t.v.w.x. Fibrae pulmonales anteriores, Fig. I. *y.z.1.2.3.*

w. Foramen pro arteriae coronariae ramo maximo, cujus loco in corde priori ipse truncus sub pontem se recipiebat, Fig. I. *e.*

x. Alterum minus foraminulum pro ramulo minore.

y. Terminus inter circumflexum dextrum superiorem et inferiorem in margine basilari.

y.F.v.2. Circumflexus dexter superior, sive pulmonalis posterior (Fig. I. *4.*) qui primis fibris in basim arteriae pulmonalis et in latam magnam fibram pulmonalem, sequentibus autem continuando in ipsas interjectas fibras *2.* transit.

y.z.1. Circumflexus dexter inferior, sive aorticus (Fig. I. *5.*) cujus primae fibrae in interjectas continuando transeunt (*3*), sequentes in singularem hujus musculi fibram longam (*1.*) qua ipsa ad crenam pervenit, inseruntur.

z. Terminus inter circumflexum dextrum inferiorem et fasciam magnam infundibuli in margine basilari.

1. Fibra longa in hoc corde circumflexi inferioris, in quam reliquae fibrae *7. 7.* inseruntur.

2.3.4.5.6. Fibrae interjectae (Fig. I. *7.*) quarum primae a circumflexo superiori (*2.*), aliae (*3.*) ab inferiori, aliae (*4. 4.*) a fibra longa inferioris (*1.*) oriuntur, inseruntur in pontem (*5. 6.*) ut solent.

7. 7. Insertio circumflexi inferioris.

8.z.9.12.13.14.15.16.17. Fascia magna infundibuli (Fig. I. *8.14. 9. 17. 8. 9.*) Primae ejus fibrae ad crenam pervenientes: *10.11.* Sequentes fibrae ad priores applicatae: *12.13.* Sequentes ad crenam transeuntes: *14.15.* Sequentes ad priores applicatae: *16.17.* Ultimae ad praecedentes partim applicatae, partim productae ad crenam.

18. Fibrillae, fibras connectentes, superficiales.

19.-30. Fascia angularis (Fig. I. *18.24.26.27.28.30.31.*): *19.20.22. 25.* Ejus portio in fasciam infundibuli inserta: *26. 27. 28.* Portio media, longa, in crenam inserta: *29. 30.* Portio tertia, brevior, in priorem inserta.

31.-45. Fasciolae ventrales, inconstantes, quae in hoc corde sequenti modo se habent: *31. 32.* Fasciolae sub angularibus fibris prodientes, interstitium replentes quod ultimae angulares reliquerunt ad suas praecedentes se applicando: *33.* Novae adscendentes fibrae ad primas se applicantes: *35.-38.* Fasciolae fere parellelae oblique adscendentes: *39.-45.* Apicis fibrae. Hae et in corde Fig. I. reperiuntur: *45.* Ultimae apicis fibrae, Fig. I. *58.*

46.66.71. sive *Q.C.D.R.* Funes, sive secundus ordo fibrarum ventriculi sinistri.

46.-50. Funiculi minores, seu primae fibrae ordinis secundi.

51.-57. Funis magnus, sive divisus, seu laceratus (Fig. I. *64.-67.*): *51.55.56.* Portio altera in hoc corde major: *52.54.* Altera portio: *53.* Anastomosis: *57.* Fibrae longitudinales.

58. Interstitium fibrillis repletum transversis.

59. Fibrae nectentes superficiales.

60. 61. 62. Funis râmificatus (Fig. I. *70.–73.*)

63. Fibrillae nectentes profundae.

64. Transversae fibrillae superficiales nectentes in ventriculo sinistro, quae et in fibrillas partim abire videntur, breves, crassae, ex fibris alterius funis in alterius fibras continuatae.

65. 66. Funis applicatus, qui duplex in corde priori (Fig. I. *81–84*): *65.* Ejus origo praecipue ab aorta: *66.* tum et a columna triangulari.

67. Notabilis fovea inter conum arteriosum *C. D.* et funem applicatum *65.* quae retro conum dextrorsum continuat et cujus funis sinisterius oram efficit.

68. Foramen in hac fovea pro primo ramo arteriae coronariae sinistrae.

69. Fibrillae superficiales nectentes.

70. 71. Rami funis applicati.

72. Foveolae, fibrillis nectentibus repletae, fibris distinctae brevibus, crassis.

73. 75. 79. Pontis regio (Fig. I. *87. 17.*)

73. 75. Pons primus imperfectior.

79. Caetera pontis regio, seu pons secundus.

73. 74. 75. 77. 79. 81. 82. Fibrae ordinis tertii: *73. 73. 73.* Funiculus procurrens longus, ex suprema pontis regione, cui applicatus accedit *72. 69.*, ortus, continuatus ad marginem usque: *74. 74.* Ejus ad marginem continuatio.

105. Ejus insertio in fasciculum terminalem inferiorem *104.*, quae extremitas prima fibra est foci inferioris, quam postea ordinis secundi fibrae ordine retrogado sequuntur, *106.*

75. 77. 78. 79. 81. 82. Fibrae reliquae ordinis tertii ad procurrentem longum applicatae: *75. 77. 78.* Quae ex ponte primo in corde ortae, ad procurrentem usque continuatae, in eumque insertae sunt: *76.* Foraminulum pro ramo arteriae coronariae sinistrae: *79. 81. 82.* Fibrae ex reliqua regione pontis subortae, in angulum concurrentes inter procurrentem longum et brevem *84. 88.* sub eosque se

recipientes funiculos procurrentes, insertae tandem in longum.

80. Foramimulum pro ramo arteriae coronariae.

83.-89.101.90.92.95.97.98. Fibrae ordinis quarti, seu radiatae, quae figuram radiatam superiorem inter se concurrendo et focum superiorem efficiunt.

83.-88. Procurrens minor seu brevis; musculus biceps, ortus a prima parte regionis radiatae crenae, ubi ultimis latis primisque tenuibus fibris ventriculi dextri respondet: 83. Ejus alterum caput, posterius, quo fibris angularibus et fasciae infundibuli fibris partim respondet: 84. Capitis hujus continuatio: 85. Caput alterum, anterius, quo primis ventralibus fibris respondet: 86. Fibrae transversales nectentes superficiales, breves crassae, quibus bina capita inter se connectuntur: 87. Binorum capitum conjunctio et progressus ad marginem: 87.88. Cauda procurrentis brevis, sive ea pars qua caeteras radiatas fibras recipit, focumque ea ratione efficit superiorem. Is focus nimirum pennatus est, ut fibrae 89.90.92.-95.97.98. successive ad eum se applicent, non in unum concurrant punctum; deinde ramificatus idem est, ut aliae longiores ad eum ipsum perveniant, aliae breviores ad illas longiores se applicent, cum iisque se tandem in procurrentem inserant.

89.90.91. Primae fibrae radiatae curvatae, pennatim se ad procurrentem ipsum applicantes.

93. Fibra, quae nunc sequitur, radiata longior, procurrentis ramus, alias recipiens breviores fibras, ipsa in procurrentem inserta.

92.94. Fibrae radiatae minorēs in fibram 93.93. insertae.

95.96. Fibra secunda radiata longior, secundus ramus procurrentis minoris, insertus in procurrentem, recipiens omnes reliquas fibras radiatas, pennatim sibi insertas.

97.98. Fibrae radiatae reliquae, transversim fere et minus curvatae, marginem versus tendentes, pennatim in secundum ramum foci ramificati superioris insertae.

99. 100. Fasciculus terminalis superior ortus in inferiori cordis superficie (Tab. CLXXII. Fig. I. *8.*) vel potius in ipsa vallecula aut interstitio inter apices ventriculorum, a fasciculo terminali ventriculi dextri recta in superiorem, quasi attractus, superficiem properans.

100. Extremitas unciformis, seu uncus applicatus ad extremitatem procurrentis funiculi brevis pariter unciformem.

101. Extremitas unciformis funiculi procurrentis brevis applicatus pariter contra uncum fasciculi terminalis.

102. Centrum commune focorum, quod duobus descriptis uncis ad se mutuo applicatis continuatisque formatur, ut circulum inclusa foveola rotunda efficiant.

103. Fasciculus terminalis medius, ortus in inferiori superficie ex vallecula a capitato principio fasciculi terminalis ventriculi dextri, continuatus per marginem prominentem ventriculi sinistri, et oblique flexus in superiorem superficiem *103.* ubi in superiorem fasciculum inseritur.

104. Fasciculus terminalis inferior, ortus in inferiori superficie proxime super valleculam, continuatus maximam partem in inferiori superficie, denique flexus in superiorem, partim in terminalem medium partim in superiorem ante medium inseritur.

105. 106. Portio superior dexterior foci inferioris: *105* Extremitas funiculi procurrentis longi, quae prima fibra foci inferioris est, et extremitatem ejus superiorem sinisteriorem efficit, proximam centro communi: *106.* Pars proxime sequens foci inferioris, ultimis constans fibris ordinis secundi, uti a caeteris hujus ordinis fibris focus inferior reliquus efficitur.

ST. MARY'S HOSPITAL
RADFORD LIBRARY
MANCHESTER.

FIG. V.

Ejusdem cordis fibrae externae in superficie basilari et origines funium; aorta et arteria pulmonali resecta ut in corde priori, cono arterioso reflexo.

a. Aortae abscissae lumen.
b. Angulus dexter aortae ad basim (Fig. II. *13.*)
c. Angulus sinister, cui nodulus cartilagineus sinister insidet.
d. Concavitas aortae anterior.
f. Varietas in hoc corde, defectus fili cartilaginei dextri.
g. Filum cartilagineum anterius sinistrum satis manifestum, nodulo seu basi larga aortae innata (Fig. II. *4.*)
h. Sinus pulmonalis.
i. Auricula sinistra reflexa.
k. l. Rami venae pulmonalis anterioris dextrae.
m. Vena pulmonalis anterior sinistra.
n. Sinus dexter.
o. Vena cava superior.
p. Auricula dextra.
q. Lumen resectae ad basim arteriae pulmonalis.
r. s. Cornua, seu termini utrinque valvulae semilunaris dextrae arteriae pulmonalis: *r.* sedes cornu anterioris: *s.* sedes cornu posterioris.
t. r. Sedes valvulae anterioris: *t.* sedes cornu sinistri: *r.* sedes cornu dextri.
s. t. Valvulae posterioris sedes: *s.* sedes cornu dextri: *t.* sinistri. Valvula ergo anterior tota parieti arteriae anteriori, posterior tota posteriori, dextra lateri dextro partimque anteriori, partim posteriori parieti adhaeret.
u. Portio minor funis applicati (Fig. IV. *66.*) quae retro basim coni ad columnam triangularem transit. Oritur a columna triangulari, ultimumque efficit funem.
v. Orificium pro primo ramo arteriae coronariae sinistrae in hac portione funis.
x. z. 5. 17. Conus arteriosus reflexus, totus liber in hoc corde et

separatus a septo: *x.* Apex coni in latere sinistro: *z.* basis in eodem, qua portioni minori funis applicati adhaeret: *x. z.* Latus coni reflexi sinistrum, liberum ad basim usque seu insertionem fibrae circumflexae.

x. z. 51. 53. 1. y. Fibrae circumflexae sinistrae in posteriori coni superficie.

x. z. 51. 52. 53. Fibrae circumflexae sinistrae, quae a latere anteriori basis arteriae pulmonalis ejusque angulo sinistro oriuntur (Fig. IV. *s. t. C. D.*), circa latus sinistrum coni in hoc corde flectuntur in superficiem ejus posteriorem, in eaque porro descendunt; cum ad ipsum coni marginem in aliis cadaveribus hae fibrae finiantur, insertae in crenam.

x. 53. Fibra ex ipso angulo basis arteriae pulmonalis sinistro orta, in situ naturali vix apparens, ideoque in icone non expressa, quae in aliis cadaveribus prima circumflexa sinistra, omniumque brevissima est, et in supremam partem crenae, ejusque ipsum principium inseritur.

54. 52. Fibra in aliis cadaveribus secunda, in crenam inserta, quae in hoc circa conum flexa in ejus superficie posteriori inseritur (*52*).

z. 54. Reliquae fibrae in anteriori superficie coni a basi arteriae pulmonalis ortae, circa conum flexae et in posteriori ejus superficie insertae.

z. z. Ultima harum fibrarum pariter in posteriorem superficiem flexa, in eaque brevissima, quae in anteriori longissima fuit.

x. y. 1. 53. Prioribus additae in hoc corde fibrae a parte sinisteriori parietis posterioris basis arteriae pulmonalis ortae, juxta priores insertae, in pariete anteriori plane non apparentes.

1. 53. 52. 51. Linea insertionis circumflexarum sinistrarum in pariete coni posteriori.

1. 2. 3. 4. 6. 7. 8. Pulmonalis posterior, seu circumflexus dexter superior.

1. 2. 3. 4. 5. Solita portio longior hujus musculi, a basi arteriae

pulmonalis posterius orta, circumflexa in anteriorem superficiem (Fig. II. *9. 10. 11. 14.*).

1. 6. 7. 8. Eadem, quae in aliis cadaveribus portio brevior, orta a fossa triangulari, ad aorticum minorem applicata, quae maxima parte fibrarum ad aorticum pariter se applicat quidem (*7.*), alias tamen fibras *8.* ad marginem basilarem, et in superficiem superiorem mittit, longiori portioni adjunctas.

9. 10. 11. Portio singularis carnea in hoc corde, quae videtur ad aorticum referenda esse, orta ab aorta, producta ad marginem basilarem, adjuncta aortico majori: *9.* Principium hujus portionis ab aorta: *10.* portio ejus minor ad aorticum majorem applicata: *11.* ejus continuatio, qua tota portio circa conum flectitur.

12. Portio carnea in hoc corde, qua aorticus minor *14.* cum portione circumflexi in hoc corde *9.* conjungitur.

13. Foveola, quam longiorem, fissurae instar, in aliis cadaveribus frequentius vidi, et quae ramulum ab arteria coronaria recipere solet.

14. Aorticus minor constantissimus.

15. 16. 17. 18. Aorticus major aeque constans: *15.* ejus principium ab angulo basis aortae dextro: *16. 17.* terminus inter eum musculum et fasciam infundibuli magnam in principio et margine basilari: *18.* terminus inter aorticum seu circumflexum inferiorem et superiorem.

19. 20. 16. 17. Portio basilaris fasciae magnae infundibuli: *19. 20.* terminus inter fasciam infundibuli et fasciam angularem in hac parte basilari.

21. Portio basilaris fibrarum angularium sive fasciae angularis.

22. Crena basilaris quae non satis recte in Fig. I. expressa est, quae tamen constanter reperitur. Incipit haec a fossula, seu fissura *13.*, continuat per apicem aortici minoris, per medium porro aorticum majorem et fasciam infundibuli in utroque corde.

22.–27. Primae fibrae ordinis secundi, seu funiculi tenues.

28. 29. Fibrae longitudinales interstitii.

30. 31. 32. 38. 39. Funis magnus sive laceratus: *30.* portio funiculi lacerati in hoc corde minor: *31.* interstitium magnum fibris tenuioribus repletum: *32.* portio major: *33.* ramus anastomoticus.

34. Foveola, fibrillis nectentibus repleta.

35. Ramulus anastomoticus.

37. Interstitium, fibrillis solitis nectentibus repletum.

38. Ramus hujus portionis majoris primus (Fig. IV. *55.*).

39. Secundus ramus ejusdem portionis (ibid. *56.*).

40. Interstitium, fibrillis transversis profundis repletum.

41. Fibrae in hoc corde primum inter funes visae, transversae superficiales.

42. Interstitium fibris longitudinalibus repletum.

43. Funis ramificatus (Fig. IV. *60.*).

44. 45. Ejus rami (Fig. IV. *61. 62.*).

46. Interstitium fibrillis repletum.

47. Fibrillae superficiales in fasciculos collectae (Fig. IV. *64.*).

48. u. Funis applicatus.

49. 50. Rami funis hujus: *48.* ejus portio major in hoc corde: *u.* portio minor.

51. Similes fibrillae nectentes.

52. Columna triangulari solita.

53. Solita fossa triangularis.

54. Principium portionis minoris funis applicati.

55. Repetita columna triangularis, varietas in hoc corde.

56. Fossula triangularis repetita, similis varietas.

TABULA CLXXII.

COR

Ex Nov. Act. Acad. Scient. Imper. Petropolit.

FIGURA I.

Ejusdem cordis (Tab. CLXXI. Fig. IV. et V.) fibrae externae in superficie inferiori. Ventriculi sinistri apex, paullisper in superficiem repraesentatam retractus, ut centrum commune focorum, et extremitates funiculorum procurrentium cum aliqua parte fibrarum in illos insertarum appareant.

A. Ventriculus sinister: *B.* dexter.

C. Stria fibris facta superficialibus, superstratis, passim inter se confluentibus.

D. E. F. G. Sinus sinister. Ejus paries posterior (1): *D.* margo sinister: *E.* regio insertionis venae cavae inferioris: *F.* basis parietis posterioris, qua filo cartilagineo posteriori sinistro insidet: *G.* margo, seu superficies pulvinata superior.

H. Vena pulmonalis sinistra anterior: *I.* sinistra posterior. *K.* dextra anterior: *L.* dextra posterior.

M. Sinus dexter. Ejus latus dextrum.

N. Parietis posterioris basis qua filo insidet sinus cartilagineo posteriori dextro.

O. Vena cava inferior: *P.* superior.

Q. Arteria pulmonali sinistra: *R.* dextra.

(1) Cum cl. *Volff* tam in hac Icone, quam in Fig. IV. hujus Tabulae pulmonalis sinus posteriorem superficiem repraesentaverit, opere pretium esse duxi, si Icon ipsa sinum externa tunica spoliatum, et fibrosam ejus fabricam exhiberet, quae ex muscularibus fibris fit admodum intricatis et in retis formam dispositis.

S. Pars arcus aortae, bifurcationi arteriae pulmonalis interposita.

T. Arcus aortae.

V. Arteria innominata.

W. Arteria subclavia dextra.

X. Carotis dextra.

Y. Arteria carotis sinistra.

Z. Arteria subclavia sinistra.

a. Spelunca posterior, seu apertura posterior canalis inter sinum dextrum et sinistrum.

b. Truncus filorum cartilagineorum posteriorum: *c.* filum cartilagineum posterius sinistrum: *d.* posterius dextrum:

e. Fibra striae a parte dexteriori prima, prorsus in hoc corde a caeteris separata, nec obscure naturam indicans harum fibrarum. Oritur a filo cartilagineo posteriori dextro, superstrata proximis fibris ventriculi dextri.

f. Ramus hujus fibrae qui in fibras *90.* continuat.

g. Alter ramus in fibras ad *B.* continuans.

h. Pars fibrarum ventriculi dextri, quâ sub fibra *i. k.* ex profundioribus fibris striae oriuntur.

i. k. Fibra striae in hoc corde secunda, longior, pluribus transversis ventriculi dextri fibris superstrata, denique et ipsa in ejusmodi transversas dextri resoluta: *i.* Duae, quibus e filo oritur, ejus radices: *k.* fibra ipsa ex binis nata.

l. m. Portio hujus fibrae resoluta in trasversas ventriculi dextri *92*: reliqua fibrae portio in fibras *93.* resoluta.

n. Fibra striae profundior, ex qua fibrae transversae *h. 90.* produci videntur.

o. Alia fibra striae sublimis, facile solubilis.

p. Ubi haec fibra cum illa *k.* confluit.

q. Insula, quam confluendo fibrae striae conficiunt, ubi profundiores apparent fibrae.

r. s. Duae aliae fibrae sinisteriores, a filo ortae cartilagineo posteriori sinistro.

t. Ramulus anastomoticus, quo fibrae *r. s.* cum fibra *o.* conjunguntur.

v. Alia insula.

w. Continuatio fibrarum *r. s.* per striam.

x. Earumdem continuatio in fibras ventriculi dextri.

y. Ultima, quae in hoc corde ad striam referri potest fibra, a filo cartilagineo sinistro orta.

z. Ejus per striam continuatio.

1. Ejusdem porro in fibras ventriculi dextri continuatio.

2. 3. Reliquae sinisterioris portionis striae, ex fibris ventriculi sinistri continuatis ortae, continuatio in fibras ventriculi dextri.

4. 5. Fasciculus terminalis inferior: *4.* ejus ortus a fine striae, fibris carneis quidem, at quae fere subtendinescentes videntur: *5.* ejus finis, quo fibrae in medium fasciculum *6. 7.* inseruntur.

6. 7. Fasciculus terminalis medius: *6.* ejus ortus similiter fibris profundis sub prioribus *4.*, et juxta fasciculum *98.*, quo cum una, fibris tamen unius fasciculi ab alterius fibris separatis, emergere videtur: *7.* ejus insertio in fasciculum terminalem superiorem.

8. Fasciculus terminalis superior, ortus a latere fasciculi *98*, insertus unco suo *79.* in procurrentem brevem *78.*

9. 10. 11. 12. F. C. Fibrae ordinis primi a filo posteriori *F.* ortae, in striam *C. 12.* insertae.

13. 14. 15. 16. 18. 19. 21. 22. 53. 55. 68. 69. 72. 75. Fibrae ordinis secundi, seu fibrae funium.

24. 25. 76. Procurrens longus: *25.* ultimae fibrae ordinis tertii in eum insertae.

27. 28. 29. 78. Portio fibrarum ordinis quarti, quae in hac superficie in situ fibrarum naturali non apparent.

Sic fibrae ordinis primi *9. 10. 11. 12. F. C.* in striam; fibrae ordinis secundi *13.* etc., *22. 53.* ad *75.* et tertii ordinis fibrae *24. 25. 76.* in fasciculum terminalem inferiorem, focum formando inferiorem; quarti demum ordinis fibrae in procurrentem minorem, superiorem focum formando, inseruntur.

13. 14. Funiculi seu primae fibrae ordinis secundi.

15. 16. Fibrae ex fune magno resoluto continuatae.

17. Interstitium notabile fibrillis repletum.

18. 19. Continuatio fibrarum, in quas funis ramificatus fere resolvitur.

20. Interstitium inter has fibras simile longum, fibrillis repletum.

21. 22. Continuatio fibrarum funis applicati.

23. Simile interstitium fibrillis repletum, sicuti et *65.*

24. 25. Continuatio fibrarum tertii ordinis, quae in situ naturali in hac superficie non apparent, sed in margine collocatae existunt: *24.* procurrens funiculus longus: *25.* ultimae fibrae ad eum applicatae.

26. Interstitium simile prioribus.

27. 28. 29. Continuatio fibrarum ordinis quarti quae in hac superficie in situ naturali non apparent, collocatae in margine: *27.* funiculus procurrens brevis: *28.* fibrae ad procurrentem ipsum applicatae: *29.* fibrae ad ultimam priorum fibrarum, quo focus pennatus et ramificatus efficitur applicatae.

30. Quae tamquam prima fibra ventriculi sinistri in hoc corde considerari potest proxima praecedente *y.* ad striam relata.

31. Interstitium fibrillis repletum.

32. Secunda fibra in striam inserta, ad eam efficiendam concurrens.

33. 34. 35. Tres fibrae sequentes a filo successive ortae, confluentes, in striam insertae.

36. Fibrae ex prioribus nata, in striam inserta.

37. Fibrae duae passim inter se confluentes inordinata coalitione.

38. 39. Fibra sequens solito ductu a filo ad striam procedens. Videtur sub priores fibras transire uti sequentes, neque continuat in striam.

40. 41. Ultima ad striam applicata fibra ordinis primi.

42. 43. 44. Fibrae hujus ordinis praeter striam transeuntes.

45. Eaedem, ubi in fibras ventriculi dextri continuant.

46. Quae prima et unica hujus ordinis in funiculum terminalem inferiorem, in ejus summam extremitatem quidem, in hoc corde inseritur.

47. 48. Fibra prima ad priorem, quae in apicem funiculi terminalis inseritur, applicata.

49. 50. Secunda ad eamdem applicata, et ultima fibrarum ordinis primi.

Dantur ergo in hoc ordine fibrae *1.* in striam continuatae; *2.* ad striam applicatae; *3.* praeter striam transeuntes in ventriculum dextrum; *4.* ad se mutuo applicatae (*48. 50.*), quae ultimae ordinis primi sunt.

51. 52. Prima fibra ordinis secundi, ab aliis in principio tecta.

53. Proximae fibrae ab aliis partim, partim ab interstitio inter fila cartilaginea sinistra ortae.

54. Prima ex funibus tenuioribus fibra manifesta sublimior (Tab. CLXXI. Fig. IV. *46. a.*).

55. Ejusdem continuatio et insertio in fasciculum terminalem inferiorem.

56. Secunda distincta fibra (Tab. CLXXI. Fig. IV. *Q.*).

56. 57. Quatuor fibrae, quae sunt *Q. 46. 47. 48.* in Fig. IV. Tab. praecedentis.

58. Confluxus harum fibrarum cum fibra *56.*

59. Ultima funium tenuium fibra continuata ex illis.

60. Ubi et haec crassa fibra *59.* cum priori *58.* confluit, eaque ratione fibrae funiculorum omnes in unam *55.* denique continuatae, ceterae in angulum acutum inter illam et fibram *15.* concurrunt, et sic concentrantur.

60. 65. Interstitium seu angulus acutus, in quo concentratae fibrae concurrunt.

61. Simile fere interstitium acutum fibrillis repletum, in quo fibrae concentratae concurrunt, Tab. praecedentis Fig. IV. *49.*, ut *50.* ejusdem Figurae in illam *59.* continuat, illa *49.* ejusdem Figurae concentratione evanescat; sicuti ad sedem *65.* omnes demum funiculorum fibrae concentratae desinunt.

62. 63. 64. Parva interstitia oblonga fibrillis repleta.

65. Interstitium superius dictum acutum, cujus similia minora *17. 20. 23. 26.* occurrunt, quibus fibrae, in quas funes resoluti, et fibrae ordinis tertii, in fascias fere divisae, principio latiores, angustiores fine, distinguuntur.

66. 67. Quatuor insignes fibrae ex magno fune (Tab. CLXXI. Fig. IV. *54. 55. 56.*) continuatae.

68. 69. Earum singularum insertio in fasciculum terminalem inferiorem.

70. 71. Quatuor fibrae ex fune ramificato productae.

72. Earum concentratarum insertio in fasciculum terminalem inferiorem.

73. 74. Quatuor fibrae insignes ex fune applicato productae. *74.* insertio priorum in praecedentem fibram.

75. Caeterarum fibrarum in funiculum insertio.

76. 24. Funiculus procurrens longus: *76.* ejus insertio ad fasciculum terminalem inferiorem (Fig. IV. Tab. praeced. *105.*).

77. 25. Ultimae fibrae ordinis tertii, earum quidem extremitates in procurrentem funiculum longum insertae.

78. 27. Procurrens brevis: *78.* ejus uncus, ejusque cum unco fasciculi terminalis superioris conjunctio.

79. Uncus funiculi terminalis superioris.

80. Centrum commune focorum.

82. Primae fibrae angulares, sub fibris *i. n.* striae ortae.

83. Earum continuatio.

84. Fibrae angulares quasi media, ex media parte fili cartilaginei posterioris dextri ortae.

85. Quae ex fine fili oriuntur.

87. Ex interstitio ortae inter fila cartilaginea dextra.

88. Earumdem in superiorem superficiem flexio.

89. Prima ventralium fibrarum portio sub fibris *i.* orta.

90. Altera portio ventralium.

91. Alia portio partim ex fibra striae *g.* partim a latere striae *91.* orta.

92. Alia portio a latere striae.

93. Portio altera ex stria continuata.

94. 95. Aliae portiones continuatae ex stria.

96. Alia portio partim a stria, partim ex fibris ventriculi sinistri continuata (*44. 45.*).
97. Alia fibrarum portio ab apice fasciculi terminalis inferioris orta.
98. Fasciculus in hoc corde terminalis ventriculi dextri.
99. Fibrae ventrales ultimae ex terminali fasciculo ortae.
100. Apex ventriculi dextri separatus ab apice sinistri.

FIG. II.

Superficies superior cordis. Fibrae mediae, scilicet profundae (1).

A. Apex coni arteriosi in latere dextro: *B* in sinistro.
D. Apex ventriculi dextri papillaris: *5o.* ventriculi sinistri.
E. Terminus crenae.
F. Vallecula inter apices ventriculorum distinctos.
A. Z. D. Ventriculus dexter. *C. H. I.* Ventriculus sinister.
H. Angulus cordis sinister: dexter in *c.* est.
K. Auricula dextra.
L. Pars sinus sinistri.
M. Arteria pulmonalis.
N. Auricula sinistra reflexa.
O. Arteriae pulmonalis ramus dexter.
P. Arteria aorta.
Q. Arteria innominata.
R. Carotis sinistra.
S. Subclavia sinistra.
T. Arcus aortae.
V. Arteria coronaria dextra.
W. Vena cava.
X. Margo basilaris.
Z. Media pars ventriculi dextri.

(1) Cum cl. *Wolff* explicationem Iconum quae sequuntur suis Dissertationibus non addiderit, eam ex *Loderi* Tabulis Anatomicis excerpsi, qui sedula Dissertationum lectione et Iconum contemplatione eam conficiendam curavit.

a. b. d. Fibrae, quae aliquam partem lateris anterioris baseos arteriae pulmonalis insertione sua occupant.

A. a. b. Adductor arteriae pulmonalis minor seu dexter.

a. b. d. e. f. c. h. Adductor arteriae pulmonalis major seu anterior, ortus ex angulo inter fasciam marginalem et filum cartilagineum posterius, hinc in basilarem excurrens superficiem, contiguus margini basilari ab basim coni arteriosi usque, inseritur in partem anteriorem baseos arteriae pulmonalis et in crenam.

a. b. c. Fasciculus superior Adductoris arteriae pulmonalis majoris.

b. d. e. h. k. o. Fibrae in cono arterioso decurrentes.

c. i. h. Fasciculus inferior: *c. i.* fibrae insignes obliquae hos fasciculos inter se jungentes.

c. g. n. Fibrae quae parallelae margini basilari partim juxta hunc marginem, partim in margine ipso *c. g.* versus arteriam pulmonalem decurrunt ad basim usque coni arteriosi *c.* ubi magis magisque curvatae in crenam inseruntur.

l. c. n. Fibrae, quae super angulum ventriculi ex inferiori in superiorem cordis superficiem progrediuntur, ac deinde pergunt in superficie superiori.

c. n. v. x. z. 2. 12. Fibrae, quae ex inferiori cordis superficie in superiorem transeunt, in eaque eam adfectant viam ac si perpendiculariter incursurae essent in basim arteriae pulmonalis.

p. q. r. s. t. 4. 13. 20. Fibrae transversim fere basique arteriae pulmonalis parallelae in crenam incurrentes.

i f. o. h. 14. Fasciae distinctae alterarum in alteras insertione.

p. y. i. r. Fasciae interruptione fibrarum distinctae.

c. n. v. x. Fasciae longae angustae, ubi nulla interruptio apparet.

z. 12. 21. 24. 25. Fibrae solitariae hiatibus ipsis defectu fibrarum formatis, distinctae et a se invicem separatae.

9. 13. 20. 21. Novae fibrae quae superficiei superioris ventriculi dextri partem a crena usque ad hiatum occupant, et propriis suis radicibus ex interna structura emergunt.

m. c. p. Fascia marginalis, seu *musculus marginalis* seu fascia angularis prima, marginis basilaris maximam partem in inferiori et superiori ventriculi superficie cingens, orta ex fasciculo striae transiens in fibras transversas superiores *q. t.* inserta his mediantibus in crenam.

c. n. w. Fascia angularis secunda seu insinuata prima in marginalem *m. c. p.* se insinuans.

n. v. Fascia angularis tertia seu insinuata secunda in marginalem pariter se insinuans.

v. y. x. t. Fascia ventralis prima.

x. 2. 3. 4. Secunda fascia ventralis.

2. 12. 9. Fascia ventralis tertia, perforata, ad ipsam mediam ventriculi partem in superiori et inferiori superficie decurrens, hiatum detegens, penetrantem in cavitatem ventriculi, occupatam fibris internis retiformibus.

6. 7. 8. 11. Fibrae internae retiformes, quae per magnos in media parte ventriculi hiatus conspicuos apparent.

6. 7. 8. 10. 11. 19. Hiatus ventralis, magnus, constans, in strato medio fibrarum adparens.

6. 10. Columnae cavitatis ventriculi, quae manifesto apparent.

D. 22. 23. Fibrae regionis apicis.

16. 17. 25. Minores hiatus in hoc corde, certi tamen et constantes, prope crenam occurrentes, transversalium fibrarum superiorum inferiorumque defectus.

q. t. s. Fibrae transversae superiores vel posteriores, partem infundibuliformen sinisterius occupantes, productae ab angularibus, distinctae ab iis interrupta continuatione, insertae in crenam.

13. 14. 15. 20. 21. Fibrae transversae inferiores seu anteriores, partem ventralem sinisterius occupantes, productae ad ultimas ventrales ex fibris ventriculi internis, in crenam insertae.

12. 22. 23. 24. 25. Fibrae solitariae ventrales, quae ultimae ex stria ortae ad superiorem ventriculi superficiem, immo ad crenam usque perveniunt.

p. y. t. Fines fibrarum fasciae marginalis et primae ventralis transversarum superiorum principiis interpositi.

B.e.26.27. Fibrae quae a parte sinistra baseos aortae oriuntur.

B.E.26.30. Fibrae ab ea regione partis basilaris, quam retro conum arteriosum columna triangularis in strato externo occupaverat.

E.34.36.33.38.39. Fibrae a parte media crenae, quae pontis regio est, prodeuntes.

e.E.H.28. Ordo secundus fibrarum ortus a filo cartilagineo sinistro anteriori et ab interstitio inter hoc filum etpos terius sinistrum.

28.38.39. Ordo tertius fibrarum, ortus a crena, ab ejus principio ad regionem radiatam usque.

28. 31. Ejus fibrae interpositae. Includuntur a funiculis et caeteris fibris, et hinc *interpositae* vocantur.

33.38.39.40. Ejus funiculi et fasciculi crassiores, imprimis ille, qui analogus procurrenti minori strati externi *annullaris fasciculus* dicitur. Oritur ex crena portionibus duabus, inferiori et superiori vel posteriori. Cingit marginem ventriculi ac distinguit ordinem tertium a quarto.

40.41.42.44.45.47.50.I. Ordo quartus fibrarum, cujus fibrae oblique adscendunt versus basim.

41.42.44.F. Ortus fibrarum hujus ordinis a crenae ultima parte, quae radiatae ventriculi regioni in strato externo respondet, deinde a superiori et medio fasciculo terminali.

41. 42. 43. Hujus ordinis fasciae fibrarum duae, prima *41.* secunda *42.43.* ortae a crena in ipsa superiori ventriculi superficie desinentes, neque ad inferiorem pertinentes.

40. 44. 45. Tertia fascia a crena pariter orta in inferiorem ventriculi superficiem transiens.

45.47.48. Quarta fascia orta a fasciculo terminali superiori, transiens in inferiorem ventriculi superficiem. Cum tertia format *fasciam flabellatam majorem.*

48. 50. I. Quinta fascia a terminali fasciculo medio suborta, flexa super marginem ventriculi, formans in superficie inferiori cordis *fasciam flabellatam minorem.*

50.51.52.53. Fasciculi terminales.

45.47.48.49. Media portio fasciculi terminalis.

33. 41. 42. 43. 47. Fibrae radiatae.

54. 55. 52. F. Apertura ventriculi sinistri in strato fibrarum secundo

FIG. III.

Fibrarum basilarium mediarum ventriculi dextri ortus et progressus: cono arterioso antrorsum reflexo.

a. c. Aortae abscissae lumen.

b. Lumen resectae ad basim arteriae pulmonalis.

d. Fossa triangularis (Tab. CLXXI. Fig. V. *53.*).

e. Locus fili cartilaginei anterioris dextri.

f. Fibrae circumflexae sinistrae.

g. Adductor arteriae pulmonalis posterior seu minimus. Ex latere superiori *h.* pulmonalis posterioris *h. i. k.* oblique versus basim arteriae pulmonalis adscendit et in eam se inserit. Parvus musculus sed constans.

h. i. k. z. Pulmonalis posterior, seu Contractor coni arteriosi posterior, ortus ab Adductore majori *s. t. v.* in media ejus parte inter Contractorem interstitii valvularis *o.* et Adductorem minorem *w. x.* ubi flectitur, ut in superiorem superficiem transeat, inde transversim percurrens superficiem posteriorem coni arteriosi, insertus in fossam triangularem: *h.* portio ejus superior, propior basi arteriae pulmonalis angustiorque, in superficiem posteriorem coni arteriosi transiens, eamque totam fere transversim percurrens: *i.* portio inferior, latior, basi propior coni arteriosi, inserens se in oram dexteriorem fossae triangularis *d.*

k. Portio parva, quasi tertia in hoc corde, orta a Contractore interstitii valvularis, inserta in postremam partem fosse triangularis.

l. m. Aorticus, secedens ex posteriori latere Contractoris interstitii valvularis ad basim aortae oblique adscendens, in eamque se inserens.

n. Fibrae fili cartilaginei anterioris dextri, seu Adductor ori-

ficii venosi, secedens a latere posteriori Contractoris interstitii valvularis, insertus in filum cartilagineum anterius dextrum *e*.

o. Contractor interstitii valvularis secedens ab Adductore majori *r. s. t. v.* dum ex interstitio suo oritur longitudinemque superficiei basilaris percurrit.

p. p. q. q. Latior hiatus, fibris internis apparentibus occupatus.

r. s. t. v. Adductor arteriae pulmonalis major seu anterior: *r. s.* latus sinistrum Adductoris majoris, ex quo prodit Adductor minor.

w. x. Adductor arteriae pulmonalis minor, seu dexter: *x.* apex hujus musculi.

v. y. Musculus marginalis.

FIG. IV.

Fibrae mediae scilicet secundae ventriculi dextri. Inferior cordis superficies.

A. B. D. Ut in Fig. I.

E. Sinus sinistri margo sinister.

F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V. W. X. Y. Z. Ut in Fig. I.

a. c. d. e. f. g. Stria a basi cordis ad apicem usque, e qua fibrae mediae oriuntur.

a. b. Fasciculus striae ab ipsa conjunctione filorum cartilagineorum posteriorum, inprimis a principio sinistri, ortus, radicem striae tegens, inde transversim in dextri ventriculi superficiem inferiorem excurrens.

a. c. d. Striae prima pars, in qua fibrae ventriculi sinistri cum fibris dextri ventriculi fere concurrunt.

d. e. Striae media pars, in qua fibrae ventriculi sinistri longius a dextris remotae, demergunt se citius in striam et continuantur in fibras septi, ut interstitium satis largum in hac media parte striae inter ambos ventriculos in secundo hoc strato fibrarum appareat.

e. f. Striae pars tertia, quae eadem est, super quam in strato

externo fibrae ventriculi sinistri in dextrum transeunt, ejus in fibras continuatae. In ea pariter fibrae ventriculi sinistri cum dextri fibris fere concurrunt in strato secundo. Ut ergo in hac et in illa prope basim sede arctius omnino ventriculi, quam in media parte conjungantur.

f. 20. 74. Pars, qua in hoc corde ventriculi separati sunt, insignes apices distinctos formando, quae in aliis cadaveribus quartam striae partem efficit.

g. Fibrillae, quae hanc striae partem occupant.

h. Fasciculus terminalis medius.

l.m.n.o.c. Ordo primus fibrarum in strato secundo, a filo cartilagineo posteriori sinistro et a dimidio interstitio inter bina fila sinistra ortus.

p.q.s.x.1.2.3. Ordo fibrarum secundus, ortus a filo cartilagineo anteriori sinistro et ab interstitio inter hoc filum et posterius sinistrum, maxime tamen a parte sinistra baseos aortae et a sede columnae triangularis ad principium crenae usque.

x.6.10.11.15. Ordo fibrarum tertius. Sedem originis habet in crena, ab ejus principio ad regionem radiatam usque.

x.y.z.4. Fibrae interpositae.

4.5. Ordinis tertii fasciola prima angustior.

5.7. Ejusdem ordinis fasciola secunda, latior, sub angustiorem fibris suis se recipiens.

7.8. Ejusdem ordinis fasciola tertia, angustissima.

8. 11. Fasciola quarta ordinis ejusdem, latior.

x.y.z.6.10.12.15. Insertio fibrarum ordinis tertii in striam.

11.16.17.18.19.20.23.24. Ordo quartus fibrarum, qui distinguit se non solum directione fibrarum, sed sede ventriculi quoque, quam occupant fibrae, a caeteris ordinibus: adscendunt oblique versus basim.

11.14.16.17.18.19. Fascia flabellata major hujus ordinis ab fibras radiatim dispersas ita nominata.

19.20.21.22. Fascia flabellata minor.

23. 24. Apertura ventriculi sinistri in strato secundo.

25. 26. Fibrae quae juxta ipsum filum cartilagineum posterius

transeunt in superficie cordis inferiori. Parallelae margini basilari partim juxta hunc marginem, partim in margine ipso versus arteriam pulmonalem decurrunt ad basim usque coni arteriosi, ubi magis magisque curvatae in crenam inseruntur.

27.28.29.34.25.b. Fascia marginalis, seu musculus marginalis, seu portio fibrarum angularium prima, marginis basilaris maximam partem in inferiori et superiori superficie cingens, orta ex fasciculo striae *a.b.* transiens in fibras transversas superiores, inserta his mediantibus in crenam.

30.31.32.33.34.35.36. Fascia angularis secunda, seu insinuata prima, a prima parte striae in hoc strato adparente plerumque orta, in superiori superficie in marginalem se insinuans.

36.37.38.39. Fascia angularis tertia, seu insinuata secunda, orta ex parte sequente striae, in marginalem pariter se insinuans.

39.40.41.42.43. Fascia ventralis prima, a parte sequente striae orta, in transversales superiores iisque mediantibus in crenam inserta.

43.44.45.46.47. Fascia ventralis secunda, a striae parte sequente orta, in transversales pariter superiores earumque ope in crenam inserta: *46.* filamentum tendineum, ventralem fasciam tertiam claudens.

47.48.49. Fascia ventralis tertia seu perforata, orta ex pare sequente striae, versus marginem in lacinias discedens, ad ipsam mediam ventralem partem ventriculi, in superiori et inferiori superficie hiatum detegens, penetrantem in cavitatem ventriculi, occupatum fibris internis retiformibus.

50. Hiatus, seu foramina minora fibrarum.

50.51.57. Fasciculi plani angustioresque fasciae ventralis tertiae duabus tribusque fibris facti.

52. Fibrae solitariae hiatibus ipsis, defectu formantis, distinctae et a se invicem separatae.

53.54.55.49. Fascia ventralis in simplices fibras resoluta, distincta apertis hiatibus.

56. 59. Foramina majora oblonga.

58. Fibrae quae in cavitatem ventriculi se demergunt.

60. 63. 65. Fasciolae a stria ortae, separatae augustaeque, transversim marginem versus progredientes.

61. 64. 67. Fibrae breviores, quae ubi ad foramina perveniunt, demergunt sese, internisque fibris ventriculi accedunt.

61. 62. Fibrae sub quibus fasciculi 57. recipiuntur.

64. Foramen ovale, in quod aliquae fibrae descendunt.

69. Lamina quasi carnea fibras conjungens.

70. Foramen subrotundum.

72. 73. 74. Fibrae quae apicem ipsum in hoc corde eminentem separatumque a ventriculo sinistro tenent.

TABULA CLXXIII.

COR

Ex Cadavere

FIGURA I.

Cadavere a dextero latere conspecto, costae dextri lateris disruptae fuerunt, et pulmo exemptus. Sinus dexter autem per longum discissus. Quibus peractis is fuit partium apparatus, nempe.

A. Superficies cordis anterior.
B. Arcus arteriae aortae.
C. Truncus communis arteriae carotidi dextrae et subclaviae.
D. Venae cavae inferioris truncus de diaphragmate adscendens.
E. Truncus venae cavae superioris descendens.
F. F. Sinus, seu atrium dextrum.
G. Auricula dextra.
h. Fossa ovalis.
i. i. Isthmus.
m. Valvula Eustachii.
n. Cornu ejus valvulae posterius quo ab isthmo ortum ducit.
o. Anterius cornu gracile et sensim evanescens.
r. Ostium venae coronariae.
s. Valvula ipsimet ostio praeposita.
t. t. t. t. Ostium venosum ventriculi cordis anterioris.

FIG. II.

Ventriculi anterioris paries prope septum in anteriori cordis superficie dissectus et reflexus. Discissus pariter sinus et auricula dextra, ut ostium venosum ventriculi anterioris, et interior ejus fabrica pateret.

A. Cordis anterior facies.
B. Arteria aorta.
C. Pulmonalium arteriarum truncus.
D. Vena cava superior.
E. Truncus cavae venae a diaphragmate adscendens, per longum discissus.
F. Fossa ovalis.
f. f. Isthmus tumens, seu annulus.
g. Valvula Eustachii ab ora sinistra isthmi producta.
G. G. Auricula dextera dissecta.
H. Ostium venae coronariae cum valvula. Fig. I. *r. s.*
h. h. h. Ostium venosum ventriculi pulmonalis seu dextri.
i. k. l. l. Valvulae tricuspidales: *i.* anterior et superior: *k.* posterior quae minor: *l. l.* anterior et inferior seu minima, quae in duas partes divisa.
m. m. m. Musculi *papillares* seu carneae columnae, in quas tendinea fila ad valvulas *i. k. l.* pertinentia sese inserunt.
n. n. n. n. Trabeculae carnae seu musculi retiformes.
N. N. Septum ventriculorum.
O. Ostium arteriosum hujus ventriculi valvulis semilunaribus instructum quod ad truncum *C.* ducit arteriarum pulmonalium.
p. p. p. Valvulae semilunares quae ostio adstant arterioso ventriculi anterioris.

FIG. III.

Cordis superficies posterior, atrium dextrum apertum, posterior paries atrii sinistri a cadavere separatus.

A. Facies cordis posterior.
a. a. Truncus venae coronariae, *p.* Fig. II. Tab. CLXXVI.
B. Arteria aorta.
C. D. Arteriae pulmonales: *C.* dextra, *D.* sinistra.
c. d. Venae pulmonales dexterae: *c.* superior, *d.* inferior.
e. f. - - - - - - - sinistrae: *e.* superior, *f.* inferior.
g.g.g.g. Atrium sinistrum, in quo
E. Ostium auriculae sinistrae,
F.F.F.F. Ostia venarum pulmonalium.
G. Septum quod atrium sinistrum separat a dextro, atque in eo translucens spatium quod fossae ovali respondet.
h. Plica, quae vestigia refert corniculorum ad valvulam pertinentium foraminis ovalis in foetu.
i. i. Ostium venosum ventriculi posterioris seu sinistri.
I. Paries anterior atrii sinistri.
K. Vena cava inferior seu adscendens.
L. Truncus cavae superioris.
M. Atrium dextrum apertum.
m.n.o. Valvula Eustachii: *m.* ejus cornu posterius, *o.* anterius.

TABULA CLXXIV.

COR

Ex Cadavere

FIGURA I.

Atria cordis, ostia venosa, ventriculos cordis repraesentat, a posteriori cordis facie.

A. Arteria aorta.
B. Pulmonalis arteria.
C. Truncus venae cavae superioris seu descendentis.
D. Vena cava inferior seu adscendens.
E. Atrium dextrum; *e. e.* ejus appendix seu auricula dextra.
F. f. Valvula Eustachii: *F.* quâ secta fuit a postica portione: *f.* ejus cornu anterius.
G. G. Ostium venosum ventriculi anterioris albescente circulo indicatum; ex quo circulo valvulae pendent tricuspidales *g. h. i. i.* musculis papillaribus ape filorum tendineorum insertae.
k. k. Musculi papillares, seu carneae columnae.
m. m. Trabeculae carneae et retiformis structura.
N. Via quae ducit ad ostium arteriosum hujus ventriculi.
O. Septum ventriculorum.
o. o. Septum, quod sinus separat seu cordis atria eamdem cum septo cordis directionem servans.
P. Spatium translucens in eodem septo, quod vestigium est fossae ovalis.
p. Plica semilunaris in septi facie atrium sinistrum respiciente. Ad valvulam pertinet, quae in foetu ovale foramen occludebat.
Q. Paries anterior atrii sinistri.
q. Ostium auriculae.

R. R. R. R. Ostia venarum pulmonalium.

r. s. Valvulae mitrales a limbo albescente productae ostii venosi ad posteriorem ventriculum pertinentis, filis instructae tendineis, in hujus ventriculi columnulas infixis.

S. S. Musculi papillares hujus ventriculi.

T. Quâ sanguis viam legit per ostium arteriosum aortae.

t. t. Trabeculae carneae.

V. V. Crassities parietum utriusque ventriculi.

FIG. II.

Cor humanis adulti ab anteriori parte. Prope septum paries anterior ventriculi dextri seu anterioris dissectus et reflexus una cum pariete arteriae pulmonalis.

A. Superficies cordis anterior.

B. Ejus mucro.

C. Arteria aorta.

a. Tubus arteriosus.

D. D. Truncus arteriae pulmonalis apertus.

b. Ramus dexter ejusdem arteriae: *c.* sinister.

d. Auricula sinistra.

e. f. g. Valvulae semilunares arteriae pulmonalis: *e.* anterior, *f.* dextera et superior, *g.* posterior.

i. i. i. Arantii corpusculum.

E. E. E. Interior ventriculi superficies.

F. F. Valvulae tricuspidales ab ostio venoso in ventriculi caveam productae.

G. Via, per quam sanguis ab ostio venoso in ventriculum irrumpit.

FIG. III.

Cordis ventriculus posterior aorticus apertus et aorta discissa.

A. A. Superficies ventriculi interior.

a. a. a. Musculi *papillares* majores filis tendineis alligati valvularum mitralium.

B. Valvula mitralis anterior seu superior filis tendineis connexa columnulis.

b. b. Fila tendinea valvulae mitralis posterioris.

c. c. c. Trabes carneae.

C. C. Ostium arteriosum aortae.

D. E. F. Valvulae semilunares: *D.* anterior, *E.* inferior, *F.* posterior.

e. e. e. Sinus valvularum semilunarium, in quibus insculpta sunt ostia utriusque arteriae coronariae, *f.* posterioris, *g.* anterioris.

h. h. Nodulus Arantii in callosa linea valvularum conspicuus.

G. G. Aorta discissa.

H. Arteria pulmonalis truncata.

I. Auricula sinistra.

K. K. Crassities parietum ventriculi posterioris.

L. M. Vena cava: *L.* truncus ejus superior, *M.* inferior.

TABULA CLXXV.

COR

Ex Freder Ruyschii Epistol.

FIGURA I.

Exhibet partem pericardii anteriorem, expansam ope aciculorum.

A. A. Arteriae pericardio-diaphragmaticae.
B. B. Rami arteriosi ex arteriis diaphragmaticis orti.
C. Surculus arteriosus a parte superiore arteriae mammariae internae prodiens.
D. D. Rami arteriosi a mediastina arteria producti.
E. E. Rami arteriosi pericardio-diaphragmatici per diaphragma disseminati.

FIG. II.

Repraesentat radicem aortae cum suis ramificationibus per cordis humani substantiam ejusque auriculas, necnon per tunicas aortae disseminatis.

A. Radix trunci aortae, e cujs utroque latere emergunt Arteriae coronariae *B. B.*
C. C. Arteriae per cordis auriculas excurrentes.
d. Ramusculi arteriosi ex arteria coronaria oriundi et per tunicas radicis aortae disseminati.
E. E. E. Arteriae numerosissima prole per cordis substantiam dispersae.
f. f. Trunci arteriarum coronariarum abscissi ac pro cordis postica parte destinati.

FIG. III.

Cor pueri cum annexis vasorum truncis.

A. Cor pueri decem circiter annorum.
B. B. Arteriae per cordis substantiam disseminatae.
C. Auricula cordis dextra.
D. Truncus aortae e sinistro sinu emergens et assurgens.
E. Truncus aortae descendens.
F. Arteria subclavia dextra, carotidi dextrae aliquo spatio unita.
G. Arteria subclavia sinistra arteriae cervicali copulata, estque haec precedente diametro minor.
H. H. Utraque arteria carotis.
I. Arteria cervicalis sinistra.
K. Arteriolae ex arteria coronaria oriundae tunicis radicis aortae prospicientes.
L. Truncus venae cavae adscendens.
M. Truncus descendens venae cavae.
N. Arteriae per cordis auriculam dextram distributae, ortae ex arteria coronaria.
O. Radix arteriae pulmonalis, e dextro cordis thalamo prodiens.
P. P. Arteriolae ab arteriis mammariis internis ortae, et per tunicas aortae distributae.

FIG. IV.

Aortae truncus cum abscissis ramis e corpore hominis adulti.

A. Truncus aortae.
B. Arteria subclavia dextra communi cum carotide dextra *C.* ramo emergens.
D. Arteria carotis lateris sinistri.
E. Arteria subclavia sinistra.
F. Rami arteriosi ex arteria coronaria orti.

FIG. V.

Auricula cordis humani sinistra fulcro ligneo innitens.

A. Auricula expansa.

B. Sacculus membranosus, ceu venae pulmonalis basis vel expansio cum auricula communem cavitatem constituens, arteriis conspersus.

C. Locus ubi auricula sinistra dicto sacculo connacta est.

D. D. Venae pulmonalis truncus primus et secundus e dicto sacculo emergentes.

E. Ambitus auriculae cristatus.

FIG. VI.

Auricula cordis humani sinistra ex alio cadavere desumpta, ut differentia figurae conspiciatur in diversis subjectis. Asterisco tertius et quartus truncus vene pulmonalis indicantur e regione eorum adsiti, quos Figura V. exhibet D. D.

FIG. VII.

Cordis auricula dextra hominis plethorici magnitudine et forma naturali, prouti occurrit sanguine vel cera repleta.

A. Auricula.

B. Sacculus membranosus cum auricula communem cavitatem efficiens, arteriolis innumerabilibus donatus, e quo, ceu basi truncus venae cavae *C.* adscendit et truncus *D.* descendit.

E. Fasciculi carnei, prout facie exteriori apparent, mirabili ordine dispositi.

FIG. VIII.

Auricula dextra cordis humani ex alio cadavere exsecta ut differentia appareat circa ejus figuram. E fundo etiam hujus auriculae vena emergit A. partim per auriculam ipsam, maxima autem ex parte per cordis substantiam disseminata.

FIG. IX.

Cordis auricula dextra sacculo membranoso destituta atque inversa ut facies interior accuratissime appareat.

A. Portio trunci adscendentis venae cavae.

Caeterum funiculi carnei hac Icone exhibentur quibus interna auriculae ipsius superficies exasperatur.

TABULA CLXXVI.

ST MARYS HOSPITAL
RADFORD LIBRARY
MANCHESTER.

COR

FIGURA I.

Ex Loderi Tabul. Anatom.

Vasa cordis propria materia ceracea repleta ab anteriori parte.

a. Atrium dextrum.
b. Auricula dextra seu apendix atrii.
c. Atrium venarum pulmonalium.
d. Auricula sinistra.
e. Vena pulmonalis sinistra superior, *f.* inferior.
g. Vena cava superior.
h. Locus ubi rescissa est arteria pulmonalis.
i. Arteria aorta.
k. Truncus communis arteriae carotidis et subclaviae dextrae.
l. Arteria carotis sinistra.
m. - - - - subclavia sinistra.
n. - - - - *coronaria dextra*, seu inferior.
o. - - - - *coronaria sinistra*, seu superior.
p. Ramus *circumflexus* coronarius hujus arteriae.
q. Venae *coronariae magnae* ramus anterior.
r. *Vena cordis minor* in ipsum atrium dextrum desinens.

FIG. II.

Ex Eodem Opere

Vasa propria cordis a posteriori parte.

α. Atrium dextrum
b. Vena cava inferior filo ligata et abscissa.

c. Cava superior.
d. Atrium sinistrum venarum pulmonalium.
e. Appendix hujus atrii.
f. Vena pulmonalis dextra superior.
g. - - - - - - - - - inferior.
h. Sinistra vena pulmonalis inferior.
i. Arteria coronaria dextra.
k. Ramus *circumflexus* arteriae coronariae sinistrae.
l. Ramus hujus rami circumflexi.
m. Venae coronariae magnae *ramus superior* major.
n. n. Rami alii posteriores minores.
o. Ramulus ab atrio dextro adveniens.
p. Venae coronariae magnae truncus in atrium dextrum desinens.

FIG. III.

Ex Halleri *Icon. Anatom. Fasc. IV.*

Puellae paucorum dierum cor et foramen ovale.

a. Cor obiter pictum, reclinatum, et faciem inferiorem dimidiam ostendens.
b. Hepar.
c. Diaphragma.
d. Vena cava inferior.
e. Ostium venae coronariae magnae.
f. Sinus dexter apertus, proxime venas hepaticas.
g. Valvula foraminis retro isthmum conspicua.
h. Isthmus, sive anulus fossae ovalis.
i. Hiatus apertus in parte superiori foraminis ovalis.

FIG. IV.

Ex eodem Opere.

Cor pueri trimestris a parte posteriori spectatum, et ita directum, ut valvulae foraminis ovalis tota latitudo pateat.

a. Cor ut in Fig. III.
k. k. Pulmones.
l. Aspera arteria.
m. m. Sinus sinister apertus.
n. Valvula foraminis ovalis.
o. Corniculum dextrum superius.
p. Corniculum sinistrum inferius.
q. Ostiolum foraminis ovalis patens.

FIG. V.

Ex eodem Opere.

Cor simili fere modo apertum ut in Fig. IV. Erat autem pueri ex matre gravida, inter pariendi labores enecta exsecti.

a. k. k. m. o. p. Ut in Fig. IV. sed cornua *o. p.* ad se mutuo conversa.
r. Musculus in valvulam foraminis ovalis insertus.
s. Linea, quae exprimit quanto latior valvula sit isthmo.

FIG. VI.

Ex eodem Opere.

Similia, sed ex corde fetus sexto mense per abortum editi. Situs inversus, ut melius valvula spectari possit.

a. m. n. q. Ut in Fig. IV.

s. Isthmus pellucens per translucidam valvulam, ut appareat etiam ea aetate valvulam isthmo esse longiorem.

FIG. VII.

Ex eodem Opere.

Pueri sesquiennis cor a latere dextro.

a.g.h.l.d. Ut in Figuris praecedent.

f. Foraminis ovalis valvula a parte dextra conspicua, posterior isthmo.

g. Hiatus jam paulum imminutus valvulae.

FIG. VIII.

Ex eodem Opere.

Fetus quadrimestris cor exemtum, naturali magnitudine, et auris dextra tota resecta.

a. l. Ut in Figuris praecedent.

c. Valvula, ostii liberi claudens fere quartam partem.

g. Isthmus.

h. Hiatus, ovalis fossae tres quartas partes occupans.

s. Arteria aorta.

t. Arteria pulmonalis majori trunco in aortam continuata, ut ductus arteriosus ipsa aorta ubi ex corde exit major sit.

v. x. y. Soliti rami magni aortae.

FIG. IX.

Ex eodem Opere.

Valvulam Eustachii pulcherrimam et latissimam exhibet, ex puero octavo die a partu mortuo. Icon facta est ad natantem in aqua valvulam.

a. c. d. Uti prius.
e. Valvulae Eustachii amplitudo, magna ex parte claudens ostium venae cavae inferioris.
f. Ejus cornu posterius, quo ab isthmo oritur.
g. Cornu anterius, longum et tenue, quo in membranam auris dextrae evanescit.

FIG. X.

Ex eodem Opere.

Cor feminae adultae, ob pulchritudinem summam valvulae Eustachii depictum.

a. a. d. Ut prius.
g. g. Isthmus valde tumens.
f. Fossa ovalis, valvula sua clausa, valde depressa et posterior.
e. Fibrae reticulatae ad latus fossae dextrum.
x. Valvulae Eustachii corpus pulcherrime reticulatum.
y. Cornu posterius, quo ex isthmo oritur, circumflexum.
z. - - - anterius gracile et sensim evanescens.

TABULA CLXXVII.

ARTERIAE PECTORIS, COLLI, BRACHII

Ex Antonii Scarpa sull' aneurisma, et ex cadavere.

Anteriorem pectoris superficiem exhibet ex adolescentis cadavere, arteriis injectione repletis, pectore aperto, costis diffractis, corde, pericardio, pulmonibus avulsis, capite ad dextrum latus converso, sinistro brachio extento.

A. A. Claviculae.
B. B. B. etc. Costae quâ serra dissectae fuere.
C. C. C. etc. Costarum superficies interior, concava.
D. D. Octava et nona dorsi vertebra.
E. E. Diaphragmatis superior facies convexa, qua pectus respicit.
F. Musculus *serratus minor anterior*, seu *pectoralis minor*.
G. - - - - - *serratus major*.
H. H. Musculi intercostales externi.
I. Aorte truncus qua ex cordis ventriculo sinistro erumpit.
K. Truncus arteriae pulmonalis dextro cordis ventriculo egressus.
L. Aspera arteria truncata.
M. Vena cava superior, quae fit ex venis *x. y.*
N. Arteria pulmonalis sinistra.
O. Arcus aortae.
P. Aorta descendens in sinistro latere vertebrarum dorsi.
Q. Quâ ipsamet aorta retro oesophagum excurrit prope diaphragma.
R. Arteria innominata.
S. Carotis sinistra.

T. Subclavia sinistra.

V. Initium asperae arteriae.

W. W. Oesophagus in pectore.

X. Arteria major oesophagea: *Y. Z.* ejus rami.

a.b.c.d.e.g..h.i l.m.o.r.s.t.* Arteriae intercostales.

f.k.k.n.p.q. Rami anastomotici arteriarum intercostalium.

u. Arteria mammaria interna dextra.

v. - - - - mammaria sinistra interna, quae ortum ducit *w.* cum thyreoidea inferiore ab arteria subclavia sinistra. Vide Tab. CLXXVIII. *3.4.5.6.*

x. y. Venae subclaviae in superiorem cavam *M.* confluentes.

1. 2. 3. Ramus *cervicalis adscendens* arteriae thyreoideae inferioris sinistrae (Tab. CLXXVIII. *9.*).

4.5.6.7. Rami *profundi* arteriae cervicalis adscendentis, qui postquam surculis suis musculos nonnullos perreptarunt, foramina illa pervadunt quae cervicalibus nervis exitum praebent, ut per eam meningis partem disseminentur, quae superiorem vestit funiculi spinalis portionem.

8. 9. 10. Anastomoses ramorum *6. 7.* cum arteria vertebrali sinistra.

11. 12. Vertebralis arteriae sinistrae propagines, quae descendentes cum trunco cervicalis adscendentis thyreoideae conjunguntur.

13. 14. Arteria vertebralis.

15. Ramus arteriae thyreoideae inferioris, qui datis surculis musculo recto capitis anteriori, longo colli, et corporibus vertebrarum, prope transversos ipsarum vertebrarum processus cum profundis ramis *4. 5. 6.* coalescunt arteriae cervicalis adscendentis thyreoideae, superius autem cum ramusculis nonnullis arteriae pharingeae descendentis, et cum pharingea inferiori *Halleri*.

16. Ramus arteriae cervicalis transversae thyreoideae (Tab. CLXXVIII. *21.*) cum arteria thoracica *acromiali*, et cum externis arteriae scapularis *superioris* thyreoideae ramis in humerali claviculae regione communicans.

17. Arteria thoracica acromialis (Tab. CLXXVIII. *44.*).

18. Quâ arteria thoracica acromialis cum arteria cervicali transversa thyreoidea, et cum superficialibus ramis arteriae scapularis superioris thyreoideae anastomosi jungitur.
19. Arteria circumflexa humeri anterior (Tab. CLXXVIII. 56. 57.).
20. Circumflexae anterioris propagines per ligamenta humerum cum scapula conjungentia distributae.
21. 22. Rami principes arteriae circumflexae anterioris humeri, qui per sulcum retrorsum flectuntur, quem subit tendo musculi bicipitis, ut tendinibus musculi supraspinati atque infraspinati surculos impertiant, et in ramos arteriae Scapularis superioris thyreoideae, cervicalium et acromialis aperiantur.
23. 24. Truncati rami arteriae circumflexae posterioris humeri (Tab. CLXXVIII. 58. CLXXIX. 43.).
25. Ramus alter arteriae circumflexae anterioris humeri.
26. 26. Insignis ramus arteriae humeri profundae (Tab. CLXXVIII 67. 68. 69.).
27. 28. Anastomosis rami 26. cum arteria circumflexa anteriori 25. tum et posteriori 24.
29. Arteria quae in humeri substantiam sese insinuat.
30. Ramus arteriae humeralis quae pariter os humeri nutrit.
31. 32. Arteriae quae per ossis periostium disseminantur ab arteria humerali suppeditatae, inter se communicantes et cum arteriis humeri circumflexis, anteriori videlicet et posteriori.
33. 34. 35. 36. Anastomoses arteriolarum, quae humeri periostio prospiciunt, cum ramis recurrentium arteriarum quae a radiali arteria et ab ulnari proficiscuntur.
37. Quâ humeralis arteria in radialem dividitur et ulnarem.
38. 43. Arteria radialis.
39. Arteria recurrens radialis.
40. Arteria ulnaris.
42. Arteria recurrens ulnaris.
44. Arteria interossea communis, ab ulnari 45 profecta.
46. Musculus pronator rotundus truncatus.

47. Arteria interossea interna.
48. Externa interossea.
49. Incessus arteriae radialis, quae ramos emittit per musculos et integumenta dispersos.
50. Incessus arteriae cubitalis, quae propagines vicinis largitur musculis.
51. Ramus anastomoticus.
52. Dorsalis ramus arteriae ulnaris.
53. Quâ arteria interossea interna sub musculo pronatore quadrato traducitur.
54. Musculus flexor pollicis longus.
55. Tendo resectus musculi radialis interni.
56. Ramus arteriae radialis, qui ad dorsum manus circumflectitur.
57. Alter ejusdem arteriae ramus, qui continuus ramo 79. ad arcum palmarem externum concurrebat.
58. Divisio arteriae ulnaris in ramum 59., qui continuus dissectae arteriae 60. facit arcum palmarem externum, et in ramum 61. qui sub musculo flexore brevi digitorum flexus ad volam manus pergit 62. et arcum efficit interiorem 63. 64.
65. Ramus anastomoticus qui ab arcu interno palmari productus recurrit et cum ramis arteriae interosseae communicat.
66. Alter anastomoticus ramus inter arteriam digiti minimi 96. et arteriam 85., quae soboles est arteriae ulnaris continua ramo 84., ad externum arcum palmarem concurrenti.

67. 68. 69. 70. Rami interossei.

71. 85. Arteria radialis digiti indicis.

72. Pollicaris arteria.
73. Ejus ramus radialis.
74. Ramus alter ulnaris.

75. 76. Arcus varii.

77. Ramus anastomoticus, quo arteria pollicaris 72. communicat cum arcu palmari externo et cum ramis arteriae 79.

qui abscissi fuere ab arteria *57.* ramo videlicet arteriae radialis.

78. Arcus palmaris externus versus digitos revolutus.

80. 87. Ramus primus ex arcu procedens externo, qui arteriam ulnarem *90.* digiti indicis, et radialem *91.* digiti medii suppeditat.

81. 88. Ramus alter, ex quo ulnaris arteria *92.* digiti medii, et radialis *93.* quarti digiti ortum ducit.

82. 89. Ramus tertius, qui arterias demittit *94. 95.* ulnarem videlicet digiti quarti, et radialem digiti minimi.

83. 96. Ramus ulnaris digiti minimi.

97. 98. 99. 100. Arcus varii arteriosi in digitis.

101. Ramus arteriae interosseae ad metacarpum usque propaginibus suis productus.

TABULA CLXXVIII.

ARTERIAE PECTORIS, COLLI, BRACHII.

Ex Antonii Scarpa Opere citato et ex Cadavere.

Anteriorem pectoris faciem repraesentat, capite nonnihil ad dextera converso. In dextro pectoris latere, dempta clavicula et musculis pectori impositis decursus patet arteriae mammariae internae et intercostalium. In sinistro latere dissectus est musculus pectoralis; omnes autem arteriae cera repletae.

A. Portio musculi Trapetii seu cucullaris in claviculam inserta.
B. Musculus subclavius.
C. Portio musculi pectoralis abscissa et sursum revoluta.
D. Deltoides.
E. Coracobrachialis.
F. Biceps a caeteris musculis ita separatus ut humeralis arteria in conspectum veniat.
(*). Tendo ventris brevioris seu postici musculi bicipitis.
(**). Ejusdem musculi longior tendo seu anterior.
G. G. Musculus brachialis.
H. H. H. Tricipitis brachii ventres.
I. Supinator longus.
K. Musculus radialis longus.
L. Supinator brevis.
M. Musculus pronator teres.
O. Musculus latissimus dorsi.
P. Musculus teres major.
Q. Subscapularis musculus.
R. Serratus anticus minor, seu pectoralis minor.
S. Serratus major.
T. Processus scapulae coracoideus.

U. Ligamentum scapulae proprium.
V. Caput humeri.
W. Bicipitis musculi aponeurosis.
X. Condylus humeri externus.
Y. Superius extremum, seu caput radii.
Z. Internus condylus humeri.
a. Musculus sterno-cleido-mastoideus.
b. b. Musculus scalenus anterior.
c. - - - - - - - medius.
d. - - - - - - - posterior.
e. Musculus levator anguli superioris scapulae.
f. Splenius capitis.
g. g. Musculus omoplato-hyoideus.
h. h. Musculus biventer maxillae.
i. Stilo-hyoideus.
k. Miloyoideus musculus.
l. Pars superior musculi sterno-hyoidei.
m. Musculus hyothyreoideus.
n. Cartilago thyreoidea.
o. Glandula parotis.
p. p. - - - maxillaris.
q. - - - thyreoidea.
r. Pharynx.
s. Os hyoideum.
t. Musculus masseter.
u. M. triangularis, seu depressor anguli oris.
v. M. bucinator.
w. Ductus excretorius glandulae parotidis.
x Musculus levator labii superioris alaeque nasi.
y. M. levator anguli oris.
z. M. zygomaticus.
β. Claviculae dextrae extrema.
γ. γ. γ. γ. γ. Costae lateris dextri.
δ. Arteria innominata.
ε. Carotis dextra.
ζ. η. Arteria subclavia dextra.

θ.θ.θ.θ. Arteria mammaria interna ab arteria subclavia descendens inter costas et pleuram decurrens usque ad mucronatam cartilaginem.

λ. Vena subclavia dextra truncata.

μ. Arteria thoracica longa

π. Truncus descendens, qui et cum thoracica communicat, et in ramos divisus *ρ.* cum ramis inosculatur *σ.σ.σ.σ.* arteriae mammariae internae.

τ. τ. τ. Rami superficiales qui per musculos, mammam et externam costarum faciem disperguntur.

φ. ψ. Ramorum superficialium anastomosis in regione sterni.

1. Arteria subclavia sinistra.

2. Vertebralis arteria.

3. Mammariae internae sinistrae origo.

4. Origo arteriae subclaviae brachialis.

5. Arteria thyreoidea inferior.

6. 7. Ejusdem incessus et in glandulam distributio.

8. Ramus thoracicus thyreoideae inferioris.

9. Cervicalis adscendens ramus ejusdem thyreoideae.

10. Ramus profundus arteriae cervicalis adscendentis thyreoideae.

11.12.13.14.15.16. Rami arteriae cervicalis adscendentis thyreoideae ad musculos coraco-hyoideum, sterno-mastoideum, scalenum anteriorem et medium, scapulae levatorem, splenium capitis, glandulas et integumenta communia contendentes.

17. Anastomosis inter superiores arteriae cervicalis adscendentis thyreoideae ramos et descendentes occipitalis arteriae propagines.

18. Arteria occipitalis.

19. Ramus cervicalis transversus arteriae thyreoideae.

20. Arteriae cervicalis transversae thyreoideae rami, qui in musculum scapulae levatorem, medium et posteriorem scalenum, trachelomastoideum profundius inseruntur.

21. Ramus arteriae cervicalis transversae thyreoideae ad acromium, et humeralem claviculae partem.

22. Arteriae cervicalis transversae thyreoideae rami ad trapezium pergentes.

23. Ejusdem arteriae rami qui in superiorem musculi trapezii portionem, et capitis splenium disperguntur.

24. Rami dorsales arteriae cervicalis transversae thyreoideae.

25. Arteria scapularis superior, quae insignis est thyreoideae inferioris ramus.

26. 27. Scapularis superioris thyreoideae rami subclavium musculum et serratum majorem adeuntes.

28. Superficialis ramus ejusdem Scapularis superioris thyreoideae, qui postquam surculos suos musculo sterno-mastoideo concessit, per sternalem claviculae partem distribuitur, et cum ramis communicat arteriae mammariae internae tum et superioris thoracicae.

29. Arteriae scapularis superioris thyreoideae ramus, ad fossam usque supraspinatam scapulae productus.

30. 31. Arteriae scapularis superioris thyreoideae continuatio.

32. Arteria subclavia brachialis, quâ inter musculum scalenum medium et anteriorem sibi viam facit.

33. Arteria cervicalis transversa profunda ab arteria subclavia brachiali procedens.

34. 35. 36. 37. Arteriae cervicalis transversae subclaviae brachialis rami qui musculis scalenis prospiciunt.

38. Arteria dorsalis scapulae.

39. Arteria cervicalis posterior adscendens, quae soboles est cervicalis transversae subclaviae brachialis.

40. Arteria subscapularis a trunco producta arteriae subclaviae brachialis.

41. Arteria thoracica prima.

42. Thoracica arteria altera acromialis.

43. Ramus arteriae thoracicae acromialis 42. qui datis subclavio musculo surculis nonnullis cum propaginibus jungitur arteriae mammariae internae et cum ramo superficiali arteriae scapularis superioris thyreoideae 28.

44. Arteria thoracica acromialis proprie dicta.

45. 46. Arteria thoracica longa.

47. Ejusdem arteriae thoracicae longae ramus pectorali musculo et serrato minori anteriori tributus.
48. Arteria axillaris.
49. Arteriae ab axillari productae per musculum coracobrachialem, bicipitem, et articulare humeri ligamentum capsulare disseminatae.
50. Arteria scapularis inferior.
51. Ejus rami ad musculum scapularem internum.
52. 53. Arteria thoracica axillaris, *glandulosa* nonnullis dicta.
54. Scapularis arteria inferior, seu scapulae circumflexa.
55. Truncus utrique arteriae humeri circumflexae communis.
56. 57. Arteria circumflexa humeralis anterior.
58. Circumflexa posterior humeralis.
59. Ramus arteriae circumflexae humeralis posterioris, qui longiori musculi bicipitis ventri surculos impertit, et quandoque cum ramis arteriae humeralis profundae communicat.
60. Axillaris arteriae rami, qui partim musculum coracobrachialem, partim superius bicipitis caput, teretis magni tendinem, et dorsalis musculi carnes proprio sanguine alluunt.
61. Arteria humeralis.
62. Humeri arteria profunda.
63. 64. Ejusdem arteriae profundae propagines per longiorem tricipitis musculi extensoris ventrem distributae.
65. Ramus arteriae humeri profundae pro musculo coracobrachiali.
66. Ejusdem arteriae profundae rami ad deltoidem musculum et medium tricipitis extensoris ventrem contendentes.
67. Insignis profundae arteriae humeralis ramus, qui pone humeralem arteriam et musculum coracobrachialem excurrit.
68. 69. Ejusdem insignis rami continuatio. Periosteum adit in humeri superiori extremitate, cum arteria circumflexa anteriori committitur, et nutritiam arteriolam humeri ossi impertit.

70. Arteriae profundae humeralis rami per bicipitem musculum disseminati.

71. Arteriae profundae humeralis ramus longiorem tricipitis ventrem prospiciens.

72. Ejusdem arteriae ramus alter qui secundum tricipitis musculi venter alluit.

73. Quâ profunda humeralis arteria ab interni humeri partibus ad exteriora flectitur et ad externum humeri condylum.

74. 75. Humeralis arteriae rami in musculos brachialem internum et bicipitem distributi.

76. Ramus arteriae humeralis qui postquam musculo brachiali interno surculos suos distribuit, exterius tenet humeri latus et ejusdem ossis periosteum petit.

77. Arteriae humeralis ramus in longiorem et secundum tricipitis musculi ventrem disseminatus.

78. Arteria *collateralis superior*.

79. *Inferior* arteria collateralis.

80. Arteriarum collateralium communicatio inter se.

81. Arteriae collateralis superioris continuatio, quae pone interiorem humeri condylum et in postica ipsius ossis fovea anastomoticam *profundam* cubiti arteriam efficit.

82. 83. Arteriae humeralis rami inferiori brachialis interioris musculi portioni tributi, et humeri periosteum adeuntes. Cum recurrentibus arteriis, radiali videlicet et ulnari communicant.

84. Radialis arteria.

85. Arteria ulnaris.

86. Interossea arteria communis.

87. Arteria recurrens *ulnaris*.

88. Ulnaris profunda recurrens.

89. Arteriae recurrentis ulnaris ramus ad musculum pergens sublimem, ex quo ramo arteria educitur nutrix *superior* ulnae.

90. Ramus arteriae recurrentis *ulnaris* in proximos musculos insertus.

91. Arteria recurrens ulnaris superficialis.
92. Anastomosis inter recurrentem arteriam *ulnarem anteriorem* cum utraque humeri collaterali.
93. Arteria recurrens *radialis*.
94. 95. Ejusdem rami ad musculos supinatorem brevem, primum radialem, et longum supinatorem.
96. Recurrentis radialis rami periosteum percurrentes humeri in inferiori et anteriori ejus extremo, quâ cum ramis profundioribus junguntur arteriae recurrentis ulnaris, et cum humeralis propaginibus *82. 83.*
97. Arteriae recurrentis radialis continuatio, cujus truncus pone exteriorem humeri condylum excurrit, et in arteriam humeri profundam aperitur.
98. Arteria carotis sinistra.
99. Portio musculi cleido mastoidei dextri dissecti.
100. Arteria thyreoidea superior sinistra.
101. Ramus superficialis arteriae thyroideae superioris.
102. Carotis interna sinistra.
103. Externa carotis sinistra.
104. Arteria occipitalis sinistra.
105. Truncus arteriae maxillari externae et linguali sinistrae communis.
106. Lingualis arteria sinistra.
107. Arteria maxillaris externa.
108. Arteria palato-tonsillaris, quae ramus est maxillaris externae.
109. Maxillaris externae rami ad glandulam maxillarem spectantes.
110. Ramus submentalis ab arteria maxillari externa productus.
111. Arteriae labiorum coronariae.
112. Arteria nasi lateralis, maxillari externae continua.
113. Transversa arteria faciei.
114. Arteria temporalis.
115. 116. Arteriae radialis continuatio.
117. Ejus ramus volaris.
118. 119. Arteria ulnaris.

120. Surculus ad musculum abductorem digiti minimi.

121. 122. Arcus volae subcutaneus.

123. Ramus inter pollicis et indicis metacarpum ab arcu volae productus.

124. Arteria radialis pollicis a radiali *128.* et ab arteria *126.* exorta.

125. Ulnaris arteria pollicis.

126. Arteria quae a vola ad dorsum manus reflectitur inter pollicem et indicem.

127. Arteria radialis indicis.

128. Ramus anastomoticus inter radialem *117.* et arcum ab ulnari profectum *122.*

129. Ramus ulnaris indici et tertio communis.

130. Ramus ulnaris indicis.

131. Arteria radialis tertii ab arteria *129.* procedens.

132. Ramus anastomoticus inter radialem et ulnarem arteriam indicis.

133. Arcus ad unguem inter arterias indicis.

134. Arteria communis tertio et quarto digito ab arcu volae ortum ducens.

135. Arteria ulnaris tertii, quae soboles est arteriae *134.*

*. Arcus anastomoticus ad extremum digiti tertii inter ulnarem arteriam *135.* et radialem *131.*

136. Arteria radialis digiti quarti.

137. Arteria ulnaris quarti et radialis digiti minimi.

138. Ramus ulnaris digiti quarti.

139. Arteria radialis digiti minimi.

140. Ramus arteriae ulnaris in duos surculos divisus: *141.* qui ad profundum arcum volae manus efficiendum concurrit, et *142. 143.* qui est ramus ulnaris minimi digiti.

144. Rami arteriae ulnaris digiti minimi inosculati ramis arteriae radialis ejusdem digiti.

145. 145. Arcus anastomotici ad extremum digiti quarti et minimi inter radiales et ulnares arterias.

TABULA CLXXIX.

ST MARY'S HOSPITAL MEDICAL SCHOOL LIBRARY MANCHESTER

Ex Antonii Scarpae *Riflessioni ed osservazioni sull' aneurisma.*

A. A. Musculus cucullaris in sinistro latere.
B. Splenius capitis.
C. Serratus posticus superior.
D. Rhomboideus minor. *E.* major.
F. Longissimus dorsi.
G. Sacrolumbaris musculus.
H. Musculus sternomastoideus.
I. Levator scapulae seu musculus patientiae.
K. Musculus scalenus posticus.
L. Scalenus medius.
M. Musculus omoplato-hyoideus.
N. Superior pars musculi serrati majoris.
O. Deltoides.
P. Musculus teres minor resectus. *Q.* Teres major.
R. Latissimus dorsi.
S. Venter primus seu longior musculi tricipitis brachii.
T. Ejusdem tricipitis venter alter.
U. Musculus brachialis internus.
V. Supinator longus.
W. Musculus radialis primus.
X. Extensor communis digitorum.
Y. Musculus ulnaris externus.
a. Anconeus musculus.
b. Ulnaris internus.
c. Musculus palmaris longus.
d. d. Tendo tricipitis brachii abscissus.
e. Condylus humeri externus. *f.* Internus condylus humeri.
g. Superior ulnae pars.
h. Pars claviculae acromialis.
i. Scapulae processus acromion dictus.

k. Spina scapulae.

l. Cervix scapulae.

m. Caput humeri.

1. Ramus cervicalis *transversus* arteriae thyreoideae inferioris sinistrae (Tab. CLXXVIII. *19.*).

2.3.4.5. Arteriae cervicalis *transversae* a thyreoidea procedentis rami musculis scalenis, scapulae levatori, splenio capitis, et cucullari tributi.

6.7.8.9. Rami per scapulam et dorsum disseminati et truncati ejusdem arteriae cervicalis *transversae* thyreoideae.

10. Arteria cervicalis *transversa* quae soboles est arteriae subclaviae. (Tab. CLXXVIII. *33.*).

11.12.13. Arteria cervicalis *posterior adscendens*, quae datis surculis musculo scapulae levatori, ipsummet levatorem perforat, ut in splenio capitis et colli dispergatur.

14.15.16.17. Recisi rami *superficiales* arteriae cervicalis transversae ab arteria subclavia profectae.

18.19.20. Anastomoses arteriae cervicalis *transversae* subclavearis cum arteria scapulari *superiori* thyreoidea.

21.22.23. Arteria scapulae dorsalis, insignis ramus arteriae cervicalis transversae subclavearis *10.* Nonnunquam ab arteria cervicali *transversa* thyreoidea, ejusve ramis ortum ducit *14.15. Ibi finditur* (sic *Hallerus* Fasc. II. *Art. Thyreoid. inf.* Tab. I. not. *b.*), *et generat ramum dorsi scapulare, quem alias vidi ex Thyreoidea venisse, alias ex intercostali superiori, alias ex cervicali profunda.*

24.25.26. Arteriae scapulae dorsalis rami per mnsculos distributi serratum posticum superiorem, rhomboideum utrumque et cucullarem.

27. Ramus ejusdem arteriae dorsalis scapulae qui postquam surculos suos musculo concessit rhomboideo majori, profundius immergitur et musculos alluit longissimum dorsi et sacrolumbarem.

28.29.30.31. Anastomoses arteriae dorsalis scapulae cum ramis cervicalis transversae, et inferius in scapulae dorso cum ramis circumflexae scapularis, et intercostalis nonae.

32. Arteria scapularis *superior* ab arteria Thyreoidea inferiori (Tab. CLXXVIII. *25.*).

33. Ejus rami superficiales, qui per foveam Scapulae supraspinatam prorepunt, cum ramis scapularibus coeunt et cum cervicali transversa thyreoidea, ut rete vasculorum efficiat in acromii regione, et supra claviculae extremum acromiale.

34. 35. Rami ejusdem scapularis *superioris* thyreoideae, quorum alii sub acromio ad ligamentum migrant humeri capsulare, alii vero (*34.*) ad vasorum rete concurrunt in acromio.

36. Arteria profunda Scapulari *superiori* thyreoideae continua.

37. 38. Insignis arteriae scapularis superioris thyreoideae anastomosis cum *inferiori* scapulari circumflexa, quae soboles est arteriae axillaris.

39. 40. Rami ab anastomosi mox descripta secedentes, et ad capsulare humeri ligamentum perducti. Eorum aliqui per longiorem tricipitis musculi ventrem superiori in sede diffunduntur.

41. Transitus arteriae subclavearis inter musculum scalenum anticum et medium.

42. Arteriae axillaris truncus.

43. Circumflexa humeri posterior (Tab. CLXXVIII. *58.*).

44. Ejus rami ad longiorem tricipitis ventrem contendentes.

45. Anastomosis arteriae circumflexae humeri posterioris cum arteria profunda humeri.

46. 47. 48. 49. Circumflexae posterioris rami, qui articulare humeri ligamentum, teretem musculum minorem, praecipue vero deltoidem musculum penetrant.

50. 51. 52. Profundiores circumflexae posterioris surculi sub deltoide cum arteria scapulari superiori thyreoidea anastomosi conjuncti.

53. Arteria Scapularis inferior.

54. Arteria scapulae circumflexa.

55. 56. Ejus rami musculo tereti majori tributi.

57. Ramus pro musculo latissimo dorsi.

58. Arteria humeralis.

59. Humeri arteria profunda.

60. 61. Profundae rami per longum tricipitis musculi ventrem disseminati.

62. Arteriae profundae *(59.)* continuatio.

63. Ramus radialis arteriae profundae pro musculo supinatori longo, radiali primo, et communibus velamentis.

64. Arteria humeri profunda superiorem humeri condylum patens, ubi cum arteria recurrenti interossea, et collaterali cubiti profunde communicat.

65. Anastomosis arteriae humeri profundae cum recurrenti interossea et cum collaterali profunda cubiti.

66. Arteria collateralis profunda cubiti (Tab. CLXXVIII. *81*).

67. 68. Rami ulnares arteriae profundae humeri, quorum alii ad musculum feruntur tricipitem quâ cubito inseritur, alii vero cum ramis arteriae collateralis profundae cubiti multiplici nectuntur anastomosi.

69. Rami musculares arteriae collateralis humeri, quorum nonnulli in postica humeri fovea sub tricipitis tendine cum arteriolis concurrunt et coalescunt ab arteria collaterali profunda cubiti procedentibus.

70. Arteria recurrens egressa ab interossea.

71. Profundus ramus arteriae recurrentis ulnaris.
(Tab. CLXXVIII. *88.*)

72. Anastomosis rami profundi *71.* cum collaterali arteria profunda cubiti *66.*

73. Rete vasorum quae ab arteria recurrenti interossea, recurrenti ulnari profunda, et collaterali cubiti profunda originem ducunt et anastomoseos ope junguntur inter se.

74. Truncus arteriae interosseae.

75. Ramus dorsalis arteriae intercostalis quartae.

76. Sextae arteriae intercostalis ramus dorsalis.

77. Similis ramos arteriae septimae intercostalis.

78. 79. Rami dorsales arteriae intercostalis octavae.

80. Arteriae nonae intercostalis dorsalis ramus.

81. 82. Ramus arteriae occipitalis cum arteria cervicali postica adscendenti *12. 13.* communicans.

Y. Musculus extensor pollicis manus.

Z. Musculus ulnaris externus truncatus.
n. Abductor pollicis manus.
o. Ligamentum armillare dorsale.
p.p.p.p. Ossa metacarpi.
q. Tendo musculi utriusque extensoris pollicis.
r. r. Tendines musculi extensoris communis digitorum manus ad indicem et medium digitum pertinentes.
s. Tendo extensoris musculi digito minimo tributi.
t. Dissectus tendo extensoris communis digitorum quâ basi inseritur ossis tertii in digito quarto.
u. Capsula articularis detracta in conjunctione metacarpi quarti cum primo osse digiti anularis.
x. y. Connexio ossis primi et secundi in digito quarto detecta sublato ligamento articulari.
83. Arteria recurrens (quae est *70.* in majori figura) ab interossea nata.
84. Continuatio arteriae interosseae.
85. Anastomoses inter superiores ramos et inferiores arteriae interosseae.
86. Ultima interosseae, a qua rami ad musculum bicornem, radium, ulnam.
87. 88. Rami dorsales carpi, qui ligamentum perforant armillare.
89. 89. Anastomoses arteriarum *87. 88.* tam inter se, quam cum ulnari *92.*
90. Arteria ulnaris seu cubitalis.
91. Ejus ramus dorsalis manus.
92. Anastomosis rami dorsalis a cubitali procedentis cum ramo dorsali *88.* ultimae interosseae.
93. Arteriae radialis truncus antrorsum euns.
94. 95. Ramus ejus ad pollicem.
96. Ejus ramus ad indicem.
97. 97. Arteriae dorsales interosseae.
98. 98. Arteria ulnaris indicis, et radialis digiti medii anastomosi juncta *99.* dorsali interosseae primae *97.*
100. Rami in dorso digiti tertii cellulari et tendinibus prospicientes.
101. 102. Rami ad nuda ossa digiti quarti.

TABULA CLXXX.

Ex Halleri *Icon. Anatom.*

Tabula Arteriarum faciei.

A. Carotidis truncus communis.
B. Vena jugularis communis.
C. Carotis cerebralis, seu interna.
D. Carotis superficialis, vel externa.
E. Arteria thyreoidea superior.
F. Lingualis arteria, tecta venis et musculo ceratoglosso.
G. Arteriae labialis principium tectum.
Γ. Γ. Rami pterygoidei.
Θ. Ramus ad linguae dorsum.
H. Arteriae carotidis superficialis truncus in parotide.
I. Arteria occipitalis tecta parotide et musculis.
K. Arteria pharyngea nunc latens.
L. Ramus superficialis arteriae labialis.
M. Arteria submentalis.
N. Rami superficiales labialis.
O. Arteria muscularis labii inferioris.
P. Anastomosis cum maxillari inferiori.
Q. Maxillaris inferior tecta musculis et ex foramine erumpens.
R. Ejus rami ad musculum quadratum et labium inferius.
S. Anastomosis cum submentali.
T. Anastomoses cum coronaria labii inferioris.
V. Rami arteriae labialis inferioris anastomoses cum coronaria labii inferioris.
Y. Coronaria labii inferioris.
Z. Ramus ejus ad musculum masseterem et buccinatorem.
a. Ramos ad cutem.
b. Ad triangularem et angulum labiorum.
c. Ramus carotidis superficialis ad parotidem.
d. Transversalis faciei ex temporali orta.

e. Ramus ejus ad temporalem musculum et orbicularem palpebrae.
f. Alveolaris ramus vix conspicuus comes buccinatoris.
g. Ramus ad zygomaticum, summam parotidem, orbicularem inferiorem, cutem.
h. Rami ad buccinatorem.
i. Ad angulum labiorum.
k. k. Coronaria labii superioris.
l. Nasalis lateralis inde profecta.
m. Anastomosis ejus cum ophthalmica.
n. Alia nasalis duobus ramis legens narium ossis marginem.
o. Alius ramus ad septum narium.
p. Coronaria labii superioris lateris dextri et anastomosis cum sinistra.
q. Ramus ad zygomaticum et jugi sedem.
t. Profundus ramus anastomosim faciens cum comite buccinatoris inde cum infraorbitali.
u. Anastomosis.
x. Sedes trunci infraorbitalis, tecti musculis.
y. Anastomoses rami ejus infraorbitalis cum ramo temporalis.
z. Arteriae infraorbitalis anastomosis cum coronaria labiali.
1. Ramus ad imum nasum.
2. Ejus anastomosis cum ophthalmica.
3. Alia anastomosis.
7. Ramus infimus ad levatorem communem, et communicans cum *f.*
4. Ramus descendens ophthalmicae ad levatorem.
5. Alius ad alas nasi.
6. Truncus ex orbita prodeuns ophthalmicae.
7. Ramus ad palpebram inferiorem.
8. Ad superiorem, musculum corrugatorem etc.
9. Ad glabellam.
10. Ramus cutaneus.
11. Dorsalis nasi.
12. Anastomoses cum nasalibus a coronaria.
Δ. Arteria auricularis posterior.
13. Ex temporali ramus masseteri et parotidi datus.

14. Arteria temporalis profundior.
15. Temporalis.
16. Arteria auricularis anterior.
17. Temporalis interior.
18. 19. Ejus anastomoses cum ophthalmicae ramis.
20. Rami ad frontem, tempora, sinciput.
22. Temporali exterior.
23. Auricularis superior.
24. Arteriae sincipitales.
25. Anastomosis cum occipitali.
26. Vena facialis.
27. Vena temporalis.
28. Facialis vena in facie adscendens.
29. Venae frontales.
A. Vena ophthalmica.
30. Ductus stenonianus.
31. Accessoriae glandulae ductus.
32. Glandula maxillaris.
33. Parotis.
34. Socia parotidis.
35. Masseter musculus.
36. Musculus triangularis.
37. Quadratus.
38. Orbicularis inferior.
39. Superior orbicularis.
40. Nasalis labii superioris.
41. Buccinator.
42. Zygomaticus.
43. Elevator labiorum communis.
44. Levator communis labii superioris et alae nasi.
45. Orbicularis palpebrae.
46. Frontalis.
47. Temporalis.
48. Mastoideus.
49. Sectio asperae arteriae.
50. Medulla spinalis.
51. 52. Verum medium labii utriusque.

TABULA CLXXXI.

Ex eodem Opere HALLERI

A. Aorta.
B. Subclavia arteria dextra.
C. C. Carotides.
D. Carotis vulgo interna.
E. Externa carotis.
F. Thyreoidea superior loco mota et deorsum tracta.
G. Carotidis internae flexiores extra cranium.
H. Ejusdem curvatura intra os petrosum.
I. Sectio ejus ubi perforata dura membrana cerebrum adit.
K. Arteria lingualis obiter indicata.
L. Arteria facialis obiter expressa.
M. Ramus ejus palatinus.
N. Ramuli ad uvulam.
O. Rami, non perpetui, ad postremam partem palati ossei.
P. Superficiales linguae rami, qui ad mentum et labium inferius eunt.
Q. Arteriae infraorbitalis anastomosis cum alveolari a maxillari interna.
R. Temporalis.
S. Arteria occipitalis.
T. Auriculares.
V. Arteriae temporalis ramus interior.
Y. Ejusdem ramus exterior.
Z. Ramus auricularis.
α. Ramus ad musculum masseterem et temporalem.
β. Truncus maxillaris internae.
γ. Ramus meningens.
δ. Ramus maxillaris inferior.
ε. Meningeae ramus pterygoideus.

ξ. ξ. Rami duo pterygoidei ab arteria maxillari.
ζ. Ramus temporalis profundus exterior.
η. Temporalis ramus profundus interior.
θ. Ramus buccalis comes musculi buccinatoris.
ι. Ramus alveolaris.
λ. Infraorbitalis ramus.
μ. Palatinus.
ν. Ramus pharyngeus supremus.
ξ. Ramulus ductus pterygoidei.
ρ. Nasales arteriae.
ς. Ramuli ad periosteum fissurae orbitariae.
τ. Arteria pharyngea adscendens.
υ. Ejus ramus ad linguam.
φ. Ramus ad musculos colli.
χ. Ramulus ad ganglion cervicale superius.
ψ. Rami pharyngei et musculorum uvulae.
ω. Vena jugularis interna.
a. Nervus durus septimi paris.
b. Ejus anastomosis cum nervo octavi paris.
c. Nervus noni paris.
d. Ejus ramus descendens ad colli musculos et nervum phrenicum.
e. Truncus nervi octavi paris.
f. Nervus accessorius.
g. Nervus ab octavo ad basim linguae et plexum pharyngeum.
h. i. Nervi intercostalis duae radices.
k. Trunculus communis.
l. Ganglion ejusdem magnum.
m. Intercostalis vulgo dictus nervus.
n. Nervus maxillaris inferior a tertio rami quinti paris.
p. Nervus lingualis ab eodem.
q. Nervus temporalis ejusdem.
r. Buccalis nervus.
s. Infraorbitalis.
t. Nervus laryngeus.
u. Nervus palatinus.

x. Ramus ab infraorbitali ad sinum Highmori.
y. Quarti paris nervus.
z. Nervus sexti paris.
Γ. Tertii paris nervus.
Δ. Nervus opticus.
Θ. Ductus super alas pterygoideas.
1. 2. 3. Musculi a processu styliformi orti: *1*. Styloglossus: *2*. Stylohyoideus: *3*. Stylopharyngeus.
4. Globus oculi.
5. Trochlea.
6. Musculus patheticus.
7. Rectus superior.
8. Elevator palpebrae superioris.
9. Sinus Highmori pars.
10. Stylus tubae immissus.

TABULA CLXXXII.

Ex eodem Opere HALLERI.

FIGURA I.

Basis cranii cerebro exempto.

A. Tentorium cerebelli.
B. Sinus longitudinalis durae matris, finis posterior bifurcatus.
C. Sinus quartus bifurcatus, et crure uno in dextrum transversum insertus, altero in sinistrum.
D. Falcis cerebri reliquiae.
E. E. Venae magnae tentorii.
F. Venae cerebri insertae transversis sinibus, in ipso tentorio cerebelli, perpetuae.
G. Ostium sinus occipitalis posterioris.
H. H. Sinus occipitales posteriores dexter et sinister cum suis cruribus insertis in fossas jugulares.
I. Falx cerebelli.
K. K. Sinus transversi magni.
L. L. Fossae jugulares.
M. M. Sinus petrosi inferiores his fossis inserti.
N. N. Petrosi sinus superiores.
O. O. Vena cerebelli his sinubus inserta.
P. P. Sinus occipitales anteriores inferiores, non perpetui.
Q. Q. Emissarium eorum cum nervo noni paris exeuns.
R. R. Sinus occipitalis anterior et superior perpetuus.
S. S. Ejus cum cavernosis receptaculis et sinu circulari anastomosis.
T. Ostium petrosi superioris in cavernosum aperti.
V. V. Receptacula, sive sinus cavernosi.
X. Sinus transversalis sellae equinae.
Y. Y. Sinus circularis *Ridleyi*.

Z. Z. Venae cerebri anteriores, insertae sinubus cavernosis, perpetuae.

a. a. Arteria durae matris praecipua.

b. b. Vena ejusdem comes.

c. Locus ubi peculiari foramine cranium perforavit.

d. d. Arteriae carotides in receptaculo, finesque resecti, ubi cerebrum subeunt.

e. e. Arteriola in receptaculo orta ad nervos quinti paris.

f. f. Arteriae ophthalmicae origo ex carotide.

g. g. Processus clinoidei posteriores, angulosi.

h. Crista galli.

i. i. Sinus frontales.

k. k. Nervus quinti qaris duram matrem subeuns.

l. Ejus ramus tertius.

m. Ramus secundus.

n. Primus ramus seu ophthalmicus.

o. Nervus quarti paris.

p. Nervi tertii paris truncus.

q. Sepimentum, quo nervus quinti paris a sexto separatur.

r. Nervus sexti paris.

s. Origo nervi intercostalis.

t. t. Septimi paris ingressus in duram matrem.

u. u. Octavi primae radices.

x. x. Secunda radix octavi.

y. y. Nervus nonus.

Foramen medullae spinalis patet per se. Scalptoris errore nota *L.* in eo sculpta fuit.

In oculo dextro postquam orbitae lacunar et magna pars ossis malae demolita est.

1. 1. Arteria ophthalmica.

2. 2. Ejus ramus exterior, sive lacrymalis, comes nervi cognominis.

3. 3. Surculus interior, qui nares petit.

4. Rami ad scleroticam, quorum aliqui uveam adeunt.

5. 5. Reliquiae musculorum levatorum palpebrae et oculi.

6. Finis levatoris palpebrae.

7. Glandula lacrymalis.

8. Nervus opticus.
20.-29. Uti in altero oculo.

In oculo sinistro.

9. Trochlea.
10. Musculus patheticus.
11. Levator oculi.
12. Musculus oculi internus.
13. Abductor resectus.
14. Ramus tertii paris superior, ad levatores oculi et palpebrae.
15. Truncus reliquus.
16. Ramus ad obliquam inferiorem, *extimus*.
17. Ad rectum inferiorem, ramus *medius*.
18. Ad rectum internum, ramus *intimus*.
19. Ramus ad ganglion ophthalmicum.
20. Primi rami quinti paris ramus superior.
21. Ejusdem surculus exterior. 22. Interior.
23. Primi rami quinti paris ramus exterior.
24. Ramuli ad faciem exeuntes per foramina ossis malae.
25. Rami ad glandulam lacrymalem.
26. Primi rami quinti paris ramus inferior.
27. Ejusdem surculus ad ganglion.
28. Ramulus ad nares.
29. Trunculus antrorsum erepens.
30. Ganglion ophthalmicum.
31. Nervuli ciliares.
7. 8. Uti in dextro oculo.

FIG. II.

Ex eodem Opere.

Basis cerebri ab anterioribus adspecto, lobo postico paulum reclinato, ut fissura Sylvii *pateat, et repulso paulum cerebro, ut ima sedes ventriculi sinistri conspiciatur. Omnes arteriae in basi cerebri distributae.*

A. A. Lobi posteriores cerebri.
B. B. Lobi anteriores.

C. C. Fossa *Sylvii*, quae ad usque bivium ventriculi anterioris adscendit.

D. D. Cerebellum.

E. Medullae spinalis principium.

F. F. Corpora pyramidalia.

G. G. Corpora olivaria.

H. H. Pons *Varolii*, sive nodus cerebri, inscriptus non transversis solum, sed varie se decussantibus sulcis, quos arteriae videntur efficere, sulcis interceptae.

Θ. Pars plexus choroidei.

I. I. Eminentiae mammillares.

K. K. Pars *crurum* cerebri, seu processuum mammillarium.

L. L. Nervi optici prius quam convenerunt.

M. Eorum conjunctio.

N. N. Nervi optici separati.

O. Pars piae matris, seu membranae vasculosae, subjecta ventriculo tertio.

P. Infundibuli sedes.

Π. Callosi corporis pars anterior.

Ξ. Pars lobi anterioris cerebri perpendicularis, objecta conpari.

R. R. Nervi olfactorii.

S. S. Tertii paris nervi.

T. T. Nervi quarti paris.

V. V. Nervi quinti.

X. X. Sexti paris nervi.

Y. Y. Nervi duri, mollesque.

Z. Z. Octavi paris nervi.

a. a. Nervi noni.

b. b. Radices anteriores nervi primi cervicis.

c. c. Arteriae *vertebrales*.

d. Arteria cerebelli *inferior dextra*.

e. Ramus ad faciem inferiorem cerebelli.

f. f. Arteriae spinales anticae.

g. Earum primus arcus.

h. Arteria cerebelli *inferior sinistra*.

i. i. Rami arteriae basilaris ad pontem *Varolii*.

k. k. Rami ejusdem ad cerebellum.
λ. Ramus auditorii nervi comitis.
μ. Nervi quinti ramus.
ν. ν. Arteriae *superiores* cerebelli.
π. Arteria cervicalis aut basilaris.
σ. σ. Profundae arteriae cerebri, a cervicalibus natae.
τ. Ramus inde ad plexum choroideum.
υ. υ. Rami ad eminentias mammillares, et fundum ventriculi tertii.
φ. φ. Arteriae *communicantes*, sive *circulus Willisii*.
ψ. ψ. Trunci carotidum internarum.
ω. ω. Earum rami anteriores.
Λ. Eorum anastomosis, et ramus inde ad ventriculum tertium euns.
Γ. Γ. Rami posteriores carotidum.
Δ. Ramus inde ad plexum choroideum.

FIG. III.

Ex eodem Opere

Remota maxima parte cerebri, tum anterioris, tum posterioris, ad finem usque ventriculi tricornis posteriorem, donec nudum et integrum conspiciatur velum injectum thalamis opticis.

A. A. A. Medulla cerebri.
B. Pars cerebelli.
C. Vermis.
D. Corpus callosum.
E. E. Arteriae ejus corporis resectae.
F. Pars cerebri anterioris media inter corpora striata, confuse expressa.
G. G. Corpora striata.
H. H. Thalami nervorum opticorum.
I. I. Geminum centrum semicirculare.
K. K. Crura fornicis posteriora in se ipsa reflexa.
L. L. Plexus choroidei.

M. Glandulae aliquae in dura matre tentorii.

N. N. Origo *veli* sive *plexus choroidei* interpositi a pia matre lobi posterioris cerebri.

O. Finis ejus veli anterior in eos ipsos choroideos plexus.

P. Glandula pinealis huic medio plexui subjecta, obscure apparens.

Q. Venae magnae *Galeni* truncus dexter.

R. Truncus ejusdem sinister.

S. S. Rami arteriae *superioris* cerebelli per id viscus sparsi.

T. Surculus ejus arteriae ad plexum interjectum choroideis.

V. Alter ejusmodi surculus.

X. X. Arteriae a *cerebrali profunda* ad eum plexum.

Y. Y. Ejusdem plexus rami anteriores, exeuntes in corpora striata.

FIG. IV.

Ex eodem Opere.

Plexu medio remoto, nudati thalami et majori parte cerebri resecta, cerebellum etiam patens. Pondus partium ventriculum anteriorem continentium eos utrinque recedere coegit, ut ipse ventriculus, qui rima est, nunc insigniter pateat.

A. A. Cerebrum.

B. B. Cerebellum.

C. Pars corporis callosi.

D. D. Corpora striata, extus cinerea.

E. E. Geminum centrum semicirculare.

F. F. Thalami nervorum opticorum, quâ pertinent ad ventriculos superiores.

G. G. Quâ spectant ventriculum tertium.

H. H. Linea alba, quae orditur commissuram posteriorem et inseritur gemino centro semicirculari.

I. Commissura posterior cerebri.

K. K. Crura anteriora fornicis resecta.

L. Commissura cerebri anterior.

M. M. Testes. *N. N.* Nates.
O. Glandula pinealis.
P. Linea transversa alba inposita ventriculo quarto.
Q. Pars medullae oblongatae, quâ ventriculi quarti anterior paries est.
R. Calamus scriptorius.
S. Lineae albae, a quibus nervus mollis nascitur.
T. Plexus choroideus quartus.
V. V. Pars crurum cerebri.
X. X. Processus a cerebello ad nates.
Y. Y. Arteria cerebri *profunda* a vertebralibus orta.
Z. Z. Rami ad processus posteriores cerebri, resecti.
a. Ramus inde ad plexum medium et thalamos, primus externus.
β. Secundus ramus ad testem et cum plexum.
b. b. Ramus tertius ad eum plexum.
d. Ramus arteriae *superioris cerebelli* ad nates et testes euntis.
e. Nervus quartus sinister simplici radice natus.
f. Dexter nervus quartus radice duplici oriens.
g. g. Rami ab arteria superiori cerebelli ad id viscus.
h. Arteriae *superioris* cerebelli propago *profundior* sinistra.
i. Arteria ad nates et testes ab arteria superiori cerebelli.
k. k. Ramus ab ea ad quartum ventriculum.
l. Major ramus ad nates, testes, glandulam pinealem, quartum ventriculum.
m. Alius ejus ramus ad nates et testes.
n. Anastomosis rami *a.* et *l.*
a. Ramus ab arteriae cerebelli profundiori trunco ad nates et testes.
a. a. Truncus ejus arteriae dexter.
b. b. Ramus alius ad nates et testes.
o. o. Arteriolae ad plexum choroideum a cerebelli arteria inferiori natae.
p. Arteriae ab anterioribus carotidibus ad cerebri profunda loca, ante commissuram anteriorem surgentes, et retro *q.* eam commissuram adscendentes.
r. Arbuscula vitae.

TABULA CLXXXIII.

Ex Cadavere.

Abdominis caveam exhibet ex cadavere adulti, stomaco pancreate, intestinis, mesenterio depromptis; arteriis autem cera repletis. Hepar ita elevatum fuit, ut posterior facies ejus in oculos incurreret.

A. Arteria aorta quâ inter diaphragmatis carnes viam sibi facit a thorace in abdomen.

B. Coeliacae arteriae truncus, qui ab anteriore aortae pariete procedens statim in tres ramos tribuitur, videlicet

C. Arteria hepatica,

D. Coronaria ventriculi,

E. Splenica.

a. a. Duplex ramus hepaticae arteriae scissuram subeuns transversam hepatis. Tertius ramus in hoc cadavere ab arteria mesentericas ortum ducebat *I.*

b. Arteria gastrica dextera, quae inferiori ventriculi orificio sanguinem suppeditabat.

c. Arteria gastroepiploica dextra, quae omento et ventriculo surculos impertit, ab hepatica producta (Tab. CLXXXIV. *f.*).

d. d. Rami arteriae coronariae, qui in arcu ventriculi superiore considunt.

f. f. Splenicae surculi arteriosi pancreati prospicientes.

g. g. g. Propagines arteriae splenicae, quae per sinistrum ventriculi latus distribuuntur, et una cum sociis venis *vasa brevia* constituunt.

h. Arteria gastroepiploica sinistra inferiori arcui ventriculi et omento tributa, cum dextera per anastomosim conjuncta (Tab. CLXXXIV. *g.*).

F. F. Arteriae diaphragmaticae inferiores per carnes diaphragmatis disseminatae, et cum ramusculo arteriae splenicae in hoc cadavere communicantes.

C. C. L. Arteria aorta abdominalis.

H. Meseraica arteria superior truncata.

I. Ejus ramus ad hepar.

i. i. Arteriae capsulares, quae renes pervadunt succenturiatos.

l. l. Arteria spermatica sinistra, et dextera.

k. k. k. Arteriae renales seu emulgentes cum venis sociis.

K. Y. Vena cava abdominalis.

m. m. Arteriae adiposae, quae in adipem renes circumplectentem transeunt.

M. Arteria meseraica inferior truncata.

N. N. Arteriae lumbares a postica aortae abdominalis facie erumpentes.

O. Quâ arteria aorta in duas iliacas arterias communes propemodum scinditur.

P. Arteria iliaca dextera communis.

Q. Sinistra arteria iliaca communis.

R. Arteria sacra media.

n. Arteriola quae in hoc cadavere ab aortae divisione nata ad dexterum ureterem pergebat in ramos tributa *o. o.*

S. S. Iliacae arteriae exteriores.

T. T. Arteriae hypogastricae, seu iliacae interiores.

U. Ilio-lumbalis arteriae ramus cum ramo *X.* arteriae circumflexae communicans.

V. V. Arteria circumflexa iliûm.

u. u. Arteriae umbilicales.

y. Uracus.

x. Quâ ad umbilicum arteriae umbilicales in angulum conveniunt, et cum uraco colliguntur.

Δ. Δ. Venae iliacae exteriores.

Θ. Vena hypogastrica dextera.

Π. Hypogastrica vena sinistra.

Γ. Vena iliaca communis dextera.

Z. Communis iliaca vena sinistra.

δ. δ. Vena spermatica sinistra, quae in emulgentem venam ejusdem lateris finem habet.

ρ. ρ. Dextera vena spermatica in cavam abdominalem aperta.

τ. τ. Ureteres.

TABULA CLXXXIV.

Ex Cadavere.

Abdomine reserato hepar ita dimotum fuit ut posterior ejus superficies in conspectu esset: parvum omentum demptum est; arteriae autem cera rubra repletae.

A. Sinister hepatis lobus: *B. B.* dexter. *C.* Lobus tertius seu minimus.
D. Funiculus umbilicalis, seu teres ligamentum hepatis.
E. E. Cystis fellea.
F. Isthmus hepatis.
G. G. Ventriculus.
H. Oesophagus.
I. I. Lien.
K. Diaphragma.
L. L. Diaphragmatis carnes hac in sede dehiscentes pro transitu oesophagi.
M. Portio pancreatis.
N. Intestinorum initium.
O. O. Omentum majus.
P. Truncus arteriae coeliacae.
Q. Q. Ramus ejus dexter, seu arteria hepatica.
R. Arteria gastroepiploica dextera ab hepatica descendens.
S. S. Rami arteriae hepaticae substantiam hepatis penetrantes.
T. Arteria cystica, quae ab hepatica procedit.
V. Ramus anastomoticus inter arteriam hepaticam et coronariam ventriculi.
W. Ductus choledocus.
X. Hepaticus ductus.
Z. Ductus cysticus.
a. a. Arteriae diaphragmaticae inferiores.
b. Truncus arteriae coronariae ventriculi.

c. Ramus ejus sinister.

d. d. Alter ejusdem arteriae ramus, qui cum hepatica communicat, et surculos suos *e. e. e.* in arcum ventriculi superiorem dispergit.

f. f. Arteria quae infra ventriculum decurrit orta ab arteria gastroepiploica dextra *R.* (Tab. CLXXXIII. *c.*), et communicans cum arteria gastroepiploica sinistra *g.*, quae a splenica suppeditatur (Tab. CLXXXIII. *h.*).

h. h. h. Rami ad ventriculi fundum ab arteriis procedentes gastroepiploicis.

i. i. i. Rami ad omentum majus, ab iisdem arteriis.

m. Arteria splenica.

n. n. Intestina tenuia, quorum arteriae cera repletae.

TABULA CLXXXV.

Ex Cadavere.

Abdomine aperto et intestinis cum mesenterio separatis ventriculi fundus in superiora revolutus ut arteriae coeliacae distributio alia ratione exhiberetur.

A. A. A. A. Hepar.
B. Fellis vesica.
C. Lien.
D. Ren dexter. *E.* Sinister.
F. Diaphragma.
G. G. Ventriculi paries posterior.
H. Pylorus, seu inferius ventriculi orificium.
I. I. Initium duodenum.
K. Initium tenuium intestinorum a duodeno, quâ mesocoli centrum a posterioribus ad anteriora quodammodo perforat.
L. Caput pancreatis seu dexterum ejus extremum.
M. M. Corpus pancreatis.
N. N. Musculus psoas dexter et sinister.
O. Truncus arteriae coeliacae.
P. P. Arteria splenica, seu ramus sinister arteriae coeliacae.
Q. Arteria gastroepiploica sinistra quae soboles est arteriae coeliacae.
R. Ramus coeliacae ad pancreas.
S. Arteria hepatica, seu ramus dexter arteriae coeliacae.
T. V. W. Arteria gastroepiploica dextra ab hepatica producta.
X. Ejus rami per caput pancreatis distributi.
Y. Truncus arteriae coronariae ventriculi.
Z. Arteria ipsa coronaria inter ventriculi orificia decurrens.
β. Arteriae diaphragmaticae inferiores sinistrae.
γ. Rami arteriosi qui diaphragmati in dextro latere prospiciunt.
δ. Arteria cystica (Tab. CLXXXIV. *T.*).
ε. ε. Mesenterium cum arteriis injecta cera repletis.

TABULA CLXXXVI.

Ex Cadavere.

Arteriarum mesentericarum distributionem exhibet.

A. B. Mesocolon medium sursum reclinatum: *A.* sedes ejus hepati respondens: *B.* Ventriculo.
C. Mesenterii finis, quâ cum mesocolo dextro continuatur.
D. Duodeni intestini pars transversa.
E. Initium intestini jejunii quae emergit sub mesocolo.
F. Finis intestinorum tenuium.
G. Coecum intestinum: *H.* ejus appendix vermiformis.
I. Colon dexterum: *K.* transversum: *L.* sinistrum.
M. Flexus sinister coli ad iliacam regionem.
N. Quâ colon reflectitur in superiora ultra postremam lumborum vertebram.
O. Rectum intestinum.
P. Q. Renes: *P.* dexter: *Q.* sinister.
R. Ureter dexter: *S.* sinister.
T. Funiculus spermaticus sinister, in quo arteria spermatica cum vena socia.
U. Arteria iliaca communis dextera: *V.* sinistra.
W. Vena communis iliaca dextera: *X.* sinistra.
Y. Vertebra quarta lumborum.
Z. Arteriae mesentericae superioris truncus.
Γ. Γ. Ejus vena socia.
Δ. Vena gastro-colica.
Θ. Vena colica dextera.
Λ. Λ. Vena ileocolica.
Π. Π. Rami mesenterici resecti.
Σ. Vena haemorrhoidalis interna sive colica sinistra.
Φ. Ejus ramus adscendens.
Ψ. Arteria colica media.

Ω. Ejus ramus in medium mesocolon transversum.
a. f. k. k. Rami per mesocolon distributi cum venis sociis.
b. Arteria colica dextera.
c. c. Ileocolica arteria.
d. Arcus, quem arteria ileocolica facit cum colica dextera.
g. Colica arteria sinistra sive mesenterica inferior.
h. Ejus ramus adscendens in mesocolon.
i. i. Conjunctio ejus cum Colica media, sive arcus magnus mesentericus.
k. k. Rami ad colon intestinum.
l. Colicae sinistrae truncus medius.
m. m. Rami ejusdem ad colon sinistrum.
n. Inferior ramus sive arteria haemorrhoidalis interna.
o. o. o. Psoas musculus.
p. p. Musculus iliacus interior.
q. Vesica urinaria.

TABULA CLXXXVII.

Ex Cadavere.

Rami Venae portarum.

A. Diaphragma.
B. Hepar.
C. Lien.
D. E. Renes: *D.* dexter: *E.* sinister.
F. Portio dextra ventriculi dissecti.
G. Valvula pylori cum inferiori ventriculi orificio.
H. H. Intestinum duodenum.
I. Initium intestini jejunii, seu tenuis.
K. Coecum intestinum.
L. Portio intestini coli dextri vinculo ligati et dissecti.
M. Colon sinistrum a transverso separatum et ligatum.
N. Flexus iliacus sinister coli.
O. Vesica urinaria.
P. Arteria aorta abdominalis.
Q. R. Arteriae iliacae cammunes.
S. T. Venae iliacae communes.
U. Vena cava abdominalis.
V. Vena mesenterica.
X. Haemorrhoidalis vena interna.
Y. Vena splenica.
Z. Truncus venae portarum, in quem aperiuntur vena mesenterica *V.*, haemorrhoidalis interna *X.*, et splenica *Y.*
a. a. a. Vena colica media per mesocolon decurrens, quae sanguinem in truncum transfert venae mesentericae.
b. b. b. Arcus venosi mesocolici sinistri, qui aperiuntur communi trunco *. in venam haemorrhoidalem internam.
c. c. Venae quae sanguinem accipiunt a sinistro ventriculi latere, et in splenicam venam effundant, cui continuae sunt.

d. d. Venae diaphragmatis et ventriculi, quae in communem truncum *e.* confluunt in portarum venam perductum.

f. Vena gastroepiploica sinistra, splenicae continua.

g. g. Dextera vena gastroepiploica a mesenterica vena descendens.

h. h. h. Venae per mesenterium disseminate, abscissae.

i. Vena colica dextera.

k. Ileocolica vena.

l. Ramus adscendens venae haemorrhoidalis internae.

m. Ramus descendens continuus venae *X.*

TABULA CLXXXVIII.

Ex B. S. Albini Tabula vasis chyliferi cum vena azyga, arteriis intercostalibus, aliisque vicinis partibus.

FIGURA I.

a. b. Radices vasis chyliferi e lacteis et lymphaticis orientes.
c. Vas chyliferum, in fine *d.* curvans se.
e. Ostium chyliferi, quadam valvula instructum.
f. Vas lymphaticum chylifero insertum.
g. Vena subclavia sinistra.
h. Vena axillaris.
i. Ramus seu vena vertebralis.
k. k. Arteria subclavia sinistra.
l. Vertebralis arteria.
m. Vena azyga.
n. Ramus, a quo intercostales dextrae superiores quatuor *o. p. q. r.*
s. t. u. v. w. x. y. Venae intercostales dextrae reliquae.
z. Azygae ramus, a quo intercostales sinistrae inferiores.
α. Aortae ramus, a quo arteriae intercostales dextrae primae due *β. γ.*
δ.-π. Arteriae intercostales dextrae reliquae, et lumbales primae.
ρ.-C. Nervi intercostales.
D. Musculus longus colli.
E. Scalenus prior.
F. Scalenus medius.
G. G. G. ec. Levatores breves costarum.
H. H. H. H. ec. Intercostales musculi externi.
I. I. I. I. ec. Intercostales interni. *L. M.* Longiores duo.
N. N. N. Multifidus spinae.
O. P. Diaphragmatis capita magna.

1. - *12.* Costae.
II. seq. Vertebrae lumborum: *I. seq.* dorsi: Γ. Δ. Θ colli.

FIG. II.

a. Vas chyliferum ex alio cadavere a parte posteriore.
b. c. Hîc fissum in duo, mox rursus confluentia.
d. Ramus ejus cum trunco se inserens.
e. Vena subclavia sinistra.
f. Vena jugularis interna.
g. Valvularum disterminantium indicia.
h. Vena axillaris.
i. Vena vertebralis.
k. Iugularis vena externa.

FIG. III.

a. b. Vas chyliferum, cui lymphaticum *c.* insertum, veniens e glandula *d.*

FIG. IV.

a. b. Radices chyliferi alius, dextra majore (1).

(1) Etsi lymphatica vasa aliis Iconibus repraesentanda sint, malui tamen *Albini* tabulam hîc integram tradere, quae azygam venam exhibet cum vasa chylifero.

TABULA CLXXXIX.

ARTERIAE PECTORIS ET ABDOMINIS EXTERIORES.

Ex Halleri Icon. Anatom. Fasc. VI.

Pectus et abdomen adolescentis, cujus in sinistro latere sola cutis remota est, et pars obliqui exterioris, quae costis incumbit. In dextro latere remota est clavicula, musculique omnes, ut pleura nuda adpareat, et transversus abdominis musculus pariter nudus. Ita etiam ramus musculophrenicus mammariae arteriae punctis expressus, uti in diaphragmate incedit, tectus costis.

Lateris sinistri ossa et musculi.

A. Sternum.
B. Appendix ensiformis.
C. Clavicula.
D. E. F. G. H. I. K. Costa *5. 6. 7. 8. 9. 10. 11.*
L. Deltoides musculus.
M. Pectoralis.
N. Musculus non constans, qui a costa quinta in sternum it.
O. O. Intercostales externi.
P. Pars Serrati magni.
Q. Sedes Recti abdominis tecti aponeurotica vagina.
R. Oblique descendens sub costis.
S. Linea semilunaris.
T. Columna posterior annuli abdominis.
V. Funiculus spermaticus.
X. Pars Serrati minoris.
Y. Scalenus primus.
Z. Thyreoidea glandula.
Γ. Aspera arteria.
Δ. Processus coracoideus.
Θ. Mamma.

Vasa.

a. Carotis sinistra.
b. Subclavia arteria.
c. Vertebralis sinistra.
d. Thyreoidea inferior.
e. Ejus truncus ad glandulam.
f. Ramus ad cervicem.
g. Arteria mammaria.
h. Vena jugularis.
i. Arteria subclavia, postquam a Scaleno primo libera est.
k. Ramulus ad nervos.
l. Ramulus superficialis arteriae Thoracicae acromialis.
l. a. Ramus ad Deltoidem superior: *l. b.* inferior.
m. Ramus ad mammam a ramo Mammariae intervalli primi,
n. a ramo intervalli secundi,
o. a ramo tertii intervalli,
p. et quarti. Haec reliquis major,
q. et quinti.
r. Arteria humeralis.
s. Ejus ramus a quo surculus ad mammam it, majori anastomosi junctus cum ramo *p.*
t. Nervus medianus.
u. Rami intercostalium emergentes ad musculum oblique descendentem.
x. x. Rami Mammariae superficiales.
y. y. Rami emergentes Epigastricae ex musculo Recto.
z. z. z. Et alii ex linea semilunari.
Λ. Vena cruralis.
Ξ. Arteria cruralis.
Π. Ramus ad glandulas inguinales et cutem.
Σ. Epigastricae origo.
Φ. Ramus ad funiculum spermaticum.

Latus dextrum.

A. Scalenus primus.
B. Scalenus lateralis.

C. Trapezius.
D. Deltoides.
E. Serratus minor.
F. Infrascapularis.
G. Latissimus dorsi.
1.-11. Costarum undecim superiorum cartilagines.
I.-IX. Earum partes osseae.
H. H. Pleura nuda.
I. Linea alba.
K. K. Linea metiens diaphragmatis finem anteriorem.
L. Linea metiens hepatis marginem inferiorem.
M. Rectus abdominis musculus obiter expressus, ut vasa quae omnia retro eum posita sunt, per eum quasi pelluceant.
N. Musculus Pyramidalis.
O. Linea semilunaris.
P. Musculus transversus.
Q. Pars ejus inferior resecta, ut adpareant vasa Epigastrica.
R. Musculus Obliquus adscendens.
S. Obliquus descendens.
T T. Funiculus spermaticus.
T. Linea alba.
V. Umbilicus.

Vasa.

a. a. Vena jugularis interna truncata.
a. Arteria carotis dextra.
b. Subclavia dextra.
c. Vertebralis.
d. Thyreoidea inferior.
e. Truncus ejus ad glandulam.
f. Ramus ad cervicem et scapulam.
h. Subclavia emergens ultra Scalenum, sive arteria axillaris.
i. Ramus ad nervum.
k. *Acromialis* seu *thoracica humeralis.*
l. Thoracica prima.
m. Ramus ad costam primam inosculatus hîc cum *o.* inde cum mammaria *V.*

n. Ramus, a quo surculi retrorsum euntes et inosculati intercostalibus, et

o. Ramus inosculatus cum *m*. et cum mammaria *I*.

p. Ramus inferior intervalli primi inosculatus mammariae.

q. Truncus descendens.

r. Ramus retrorsum euns inosculatus intercostali intervalli primi.

t. Ramus unitus cum sequente λ.

u. Ramus ad superficiem.

x. Ramus superior intervalli secundi inosculatus sequenti λ. et mammariae.

y. Inferior etiam inosculatus ramulo λ.

z. Ramus posterior superior intervalli tertii immissus intercostali.

β. Anterior ramus superior intervalli tertii inosculatus mammariae 7. et superius et inferius in intervallo tertio 9.

γ. Ramus inferior anterior inosculatus Thoracicae *II*. ramo ν.

δ. Truncus ejusdem Thoracicae *I*.

ζ. Ramus antrorsum euns inosculatus Thoracicae *II*.

η. Insertus deorsum intercostali inferiori intervalli quarti.

ς. Posterior superior intervalli quarti.

ι. Anterior.

θ. Arteria thoracica altera.

κ. Ramus ad musculos.

λ. Ramus mistus cum *t*. et cum *x*. et *y*.

μ. Ramus muscularis.

ν. Ramus retrorsum euns inosculatus cum γ.

ξ. ξ. Ramus anterior producens tres anastomoses cum mammaria, videlicet *11*. inferiorem secundi intervalli: νν. inferiorem tertii, et superiorem ejusdem intervalli cum 7.

ν. Ramus posterior intervalli quarti inferior.

ν. ν. Anterior ejus intervalli inferior.

ξ. Ramus producens superiorem intervalli quarti inosculatum mammariae *12*.

π. Ramus posterior inferior inosculatus intercostali,

ρ. Anterior ramus inosculatus sequenti.

ρ. ρ. Anastomosis cum Mammaria et intercostali sub costa quarta.
σ. Arteria alaris.
τ. Circumflexa scapulae.
υ. φ. Intercostalis inferior intervalli quarti.
φ. Superior quinti. χ. Inferior.
ψ. Superior sexti. ω. Inferior.
Γ. Superior septimi. Θ. Inferior.
Λ. Superior octavi intervalli.
Ξ. Inferior, innosculate Mammariae.
Π. Superior noni. Σ. Inferior.
Υ. Rami in recto abdominis musculo cum Epigastricis inosculati.
Ω. Arteriae lumbales inosculatae Epigastricis.
Æ. Mammaria.
Œ. Ramus primus inosculatus in primo intervallo cum *m*.
&. Ramus superficialis unde ramus descendens ad mammam.
1. Ramus inferior intervalli primi anulum faciens cum Thoracica prima *o*.
2. Truncus mammariae descendens retro appendices costarum
3. Ramus superior intervalli secundi faciens anastomosim cum λ.
4. Inferior ramus.
5. Ramus ad mammam.
6. Alter ad sternum.
7. Ramus superior intervalli tertii inosculatus cum *x*. *x*.
8. Ramus a *7*. descendens in *9*.
9. Inferior ramus intervalli quarti inosculatus cum *8*. et *x*. *x*.
10. Ramus superficialis.
12. Ramus superior intervalli quinti inosculatus cum Thoracicae secundae ramo.
13. Inferior ejusdem intervalli.
14. Anulus cum intercostali in intervallo quinto.
15. Ramus inferior.
16. Divisio mammariae.
17. Ramus musculophrenicus.
18. Insignis ramus ad diaphragma.

19. Idem ramus 17. nudus.
20. Anulus superior intervalli sexti.
21. Inferior.
22. Superior septimi. 23. Inferior.
24. Superior octavi.
25. Ejusdem inferior.
26. Ramus abdominalis mammariae.
27. Ramulus ad appendicem ensiformem et lineam albam.
28. Surculus in musculum rectum.
29. Alter in ligamentum suspensorium.
30. Anastomosis cum Epigastrica.
31. Ramus exterior.
32. Rami ad transversum musculum.
33. Ad Rectum.
34. Ramus hepaticae pellucens per lineam albam.
35. Anastomosis cum epigastrica.
36. Et cum arteria umbilicali.
37. Vena cruralis.
38. Arteria socia venae.
39. Epigastricae origo.
40. Ramus ejus ad funiculum spermaticum.
41. Ramus ad os pubis et musculum pyramidalem.
42. 42. Ad rectum musculum rami.
43. 43. Ad musculum transversum.
44. Ad rectum et umbilicum.
45. Ejus surculi in ligamentum suspensorium inosculati cum 36
46. Rami alii ad transversum, inosculati cum intercostali decimi intervalli Ω., et cum lumbali prima.
47. Alii rami inosculati in transverso cum intercostalibus inferioribus.
48. Rami ad Rectum inosculati Mammariae.
49. Abdominalis arteria.
50. Ejus rami ad Transversum.
51. Alii ad adscendentem Obliquum.

TABULA CXC.

ARTERIAE FEMORIS

Ex Antonii Scarpa sull' aneurisma riflessioni ed osservazioni.

A. Musculus iliacus.
B. Psoas musculus.
C. Obturator externus.
D. Musculus pectineus, ab osse femoris prope trochanterem minorem nonnihil separatus, ut arteriae circumflexae interioris rami facilius in oculos incurrerent.
E. Adductor longus, seu adductor primus femoris, pariter a femore pollicis spatio circiter divisus ut arteria femoris profunda melius conspici posset.
F. Portio musculi adductoris secundi.
G. G. Adductor magnus femoris.
H. Tendo adductoris magni inferiori femoris condylo valide inhaerens. Ab osse paullum remotus fuit ut arteriae femoralis progressus ad poplitem, et articularis internae superioris origo pateret.
I. Musculus gracilis.
K. . . . semimembranosus.
L. Tendo musculi semitendinosi.
M. Musculus sartorius.
N. N. Vastus internus.
O. Pars inferior musculi vasti interni ab osse femoris separata atque ita revoluta, ut arteriae articularis superioris internae rami principes retegi possent.
P. Musculus cruralis.
Q. - - - rectus cruris.
R. - - - fascialata, sive extensor vaginae femoris.
S. Interior pars musculi gastrocnemii.
T. T. Musculus rectus abdominis.

U. U. Musculus pyramidalis.

X. X. Musculus obliquus exterior abdominis.

Z. Arcus sub quo cruralis arteria transit cum vena aponeurosi tectus obliqui exterioris et musculi fascialatae.

a. Trochanter minor femoris.

b. Genu ligamentum laterale internum.

c. Pars aponeuroseos musculi fascialatae.

d. Capsula mucosa genu aperta.

e. Funiculus spermaticus abscissus.

1. Arteria femoralis.

2. Arteria epigastrica arcu *Z.* partim tecta.

3. Abdominalis arteria seu iliaca externa minor.

4. 5. Rami arteriae abdominalis, qui glandulis, sartorio musculo, et cuti ea in regione prospiciunt.

6. Arteria femoralis *superficialis*.

7. Pudenda *exterior* et *superior*.

8. *Inferior* pudenda et *exterior*.

9. Ramus arteriae pudendae exterioris et inferioris musculo adductori longo femoris superius tributus.

10. Ramus arteriae femoralis superficialis, cujus propagines per musculum cruralem *11.*, per sartorium *12.*, per inferiorem *13.* vasti interni portionem disseminantur.

14. Alter femoralis arteriae superficialis ramus per musculum vastum internum distributus, postquam sartorio musculo ramulum impertivit *15.*

16. Ramus arteriae femoralis superficialis pro musculo sartorio.

17. Ejusdem arteriae ramus, qui musculum gracilem *18.* adit, et semimembranosum *19.*

20. Insignis propago arteriae femoralis superficialis carnes profundius penetrans musculi vasti interni.

21. Quâ femoralis arteria superficialis tendine praetergresso musculi adductoris longi femoris *popliteae* nomine distinguitur.

22. Arteria articularis superior interna, quae carnes perfodit *23.* musculi vasti interni, ut in regione genu ramis suis cum femoralis *profundae* ramis et cum aliis articularibus

arteriis communicet. Ramus est *anastomoticus major* arteriae popliteae.

24. Ramus arteriae articularis superioris internae, qui ramulis vaginae tendinum distributis ad interiora et posteriora genu *25.* producitur, et cum arteriae articularis internae superioris et inferioris propaginibus jungitur *26.*

27. Arteriae articularis superioris internae continuatio.

28. Insignis ejusdem arteriae articularis ramus, qui periosteum adit femoris prope condylos, communi tendine tectus musculorum cruris extensorum, et postquam ejus propagines cum ramis arteriae articularis superioris anastomosi nexae sunt, osseam penetrat interioris condyli femoris substantiam.

29. Profundus ramus arteriae articularis superioris internae periosteum perreptans condyli interioris femoris. Arteria istiusmodi in plures ramulos divisa *30.* substantiam condyli interioris et cartilaginem sanguine alluit, quae extremo condyli ipsius articulari superinducitur.

31. Superficialis ramus arteriae articularis superioris internae.

32. Ejusdem arteriae articularis ramus in margine decurrens exteriori cartilaginis interarticularis, et genu interiora petens retro patellam.

33. Arteriola articularis interna superior, quae quandoque desideratur in nonnullis cadaveribus, cum vero adest rete auget vasorum internum genu latus exornans.

34. Arteria articularis interna inferior.

35. Arteria, quae tibiae periosteo prospicit.

36. 37. 38. Anastomoses, quibus arteriae genu articulares communicant inter se.

39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. Quâ superiores rami arteriae femoralis superficialis cum ramis arteriarum articularium genu frequenti anastomosi concurrunt et coalescunt.

48. Arteria femoris periosteo tributa a poplitea procedens.

49. Arteria femoralis *profunda*.

50. Ejus ramus cutaneus.

51. Arteria femoris *circumflexa interior*.

52. Ejus ramus ad musculum iliacum perductus.

53. Arteria pudenda exterior ab arteria emanans circumflexa interiori femoris, quae postquam musculo pectineo, et superioribus adductoris longi carnibus ramulos concessit pubis penis et scroti petit integumenta.

54. Arteria obturatoria.

55. Internae circumflexae ramus, qui cum arteria obturatoria conjungitur *56.*

57. 58. 59. 60. Rami ab arteria secedentes circumflexa interna, musculis inserti pectineo, adductori brevi, gracili, et supremis carnibus longi adductoris femoris.

61. Arteriae circumflexae inferioris ramuli sub scroti radice cum externa inferiori pudenda convenientes a femorali superficiali prodeunte.

62. 63. 64. 65. 66. Rami arteriae circumflexae internae musculos adeuntes adductorem brevem et longum femoris.

67. Arteriae circumflexae internae continuatio, quae retro minorem trochanterem ad foveam properat trochanteris majoris, ubi trochantericae *posterioris* nomine distinguitur.

68. Arteria femoris circumflexa exterior.

69. Femoralis profundae ramus pro sartorio musculo saepius ab exteriori circumflexa erumpens.

70. Arteria descendens, insignis propago circumflexae exterioris.

71. 71. Ramus transversus superficialis ejusdem arteriae circumflexae, qui partim musculo fascialatae et gluteo medio sanguinem suppeditat, partim *72. 72.* perfosso fascialata in proxima cute distribuitur.

73. Ramus transversalis profundus arteriae circumflexae exterioris, seu arteria trochanterica *anterior.*

74. Circumflexae exterioris ramuli musculo iliaco tributi. Eorum aliqui pone musculum decurrunt et cum ramis coeunt erteriae circumflexae internae supra ligamentum femoris capsulare disseminatis.

75. Ramus insignis arteriae circumflexae exterioris a quo mino-

res rami progignuntur: videlicet *76.* ramus pro musculo vasto externo et superioribus carnibus recti cruris: *77.* propago crurali musculo inserta: *78.* surculi intra musculum vastum internum desinentes: *79.* ramusculus prope rectum cruris musculum descendens.

80.81.82. Rami arteriae circumflexae exterioris, qui perforata musculi recti substantia in cutem femoris disperguntur.

83. Progressus arteriae femoris profundae.

84.85.86. Arteriae femoralis profundae rami, qui ad musculos pergunt femoris adductores et gracilem.

87. Arteria perforans *prima*.

88. - - - - - - *altera*.

89. - - - - - - *tertia*.

90. - - - - - - quarta, seu truncus arteriae femoralis profundae continuatus.

91. Ramus arteriae profundae femoris musculo vasto interno prospiciens, a quo praecipua arteria progignitur pro femoris periosteo.

92.93. Arteriae dorsales superficiales penis quae a communi pudenda arteria demittuntur.

94.95.96.97. Arteriae dorsales profundae penis.

98. Arteria obturatoria.

99. Ejus ramus internus.

100. Continuatio obturatoriae, a quo rami prodeunt ad capsulam articulationis.

101. Ramus superficialis.

102. Circumflexa interna.

103. Ejus ramus ad musculum psoam, et acetabulum, arcum efficiens cum

104. Ramo arteriae superficiali *101.*

105. Anastomosis rami arteriae epigastricae cum ramo *104.*

106. Rami ad musculos exteriores.

107. Circumflexus ramus, et arcus circumflexae cum obturatoria.

108. 109. Rami ad internum obturatorem.

TABULA CXCI.

ARTERIAE FEMORIS

Ex eodem Opere et ex Cadavere.

A. A. Musculus sartorius.
B. B. Rectus cruris.
C. Cruralis.
D. Musculus vastus externus.
E. Gluteus magnus.
F. Gluteus minor.
G. Iliacus extra pelvim in sinistro latere.
H. Pars musculi fascialatae resecti.
I. Pars longior bicipitis cruris.
K. Ejusdem musculi portio brevis.
L. Pars musculi vasti interni.
M. Musculus tibialis anterior.
N. Extensor longus digitorum pedis.
O. Musculus peroneus longus.
P. Soleus.
Q. Gastrocnemius.
R. Gracilis.
S. Adductor femoris.
T. Ejus tendo.
V. Vastus internus.
X. Iliacus musculus in pelvi.
Y. Aorta abdominalis.
Z. Vena cava.
Γ. Δ. Arteriae iliacae: Γ. sinistra: Δ. dextra.
Θ. Quâ vena cava adscendens seu abdominalis ex duabus venis coalescit Π. Σ. Φ. ab artubus inferioribus provenientibus.
Λ. Arteria cruralis dextra seu iliaca externa.

Ξ. Hypogastrica arteria dextra seu iliaca interna.
Η. Vena iliaca externa seu cruralis.
Σ. Hypogastrica vena dextra.
Φ. Vena iliaca sinistra.
Ψ. Arteria sacra.
Ω. Iliolumbalis arteria, cum vena socia.
β. Arteria circumflexa iliûm.
γ. Ejus rami ad musculum iliacum.
δ. Anastomosis circumflexae cum iliolumbali.
ε. ζ. Arteriae epigastricae truncus dexter et sinister.
η. Rami arteriae cruralis superficialis ad glandulas lymphaticas.
λ. Superior pudenda exterior.
a. Trochanter major.
b. c. Externa genu ligamenta.
d. Musculi fascialatae aponeurosis, quae genu tegit.
e. Capsula mucosa genu aperta.
1. Arteria femoralis superficialis.
2. Arteria profunda femoralis.
3. Circumflexa exterior.
4. Ramus transversalis superficialis arteria circumflexae externae musculis fascialatae, gluteo minori et iliûm integumentis prospiciens.
5. Ramus transversalis profundus arteriae circumflexae externae, seu trochantericus anterior.
6. Trochanterici rami anterioris distributio supra majorem trochanterem.
7. Ramus arteriae circumflexae externae pro musculo iliaco.
8. Ejusdem circumflexae ramus musculo iliaco et ligamento femoris capsulari tributus.
9. Circumflexae ramus musculo crurali insertus.
10. Ramus descendens arteriae circumflexae externae.
11. Descendentis arteriae surculus pro musculo recto cruris.
12. Ramus descendens juxta musculum rectum cruris.
13. Circumflexae externae ramus musculum penetrans vastum internum.

14. Arteriae femoralis superficialis propago (Tab. CXC. *11.*), quae ad musculum fertur cruralem.

15. 16. 16. Arteriae ab externa circumflexa descendentis rami in musculum vastum externum et cruralem dispersi.

17. Truncus arteriae articularis *externae superioris* genu.

18. Ejusdem arteriae *profundus* ramus.

19. Rami alii profundi, partim cum articularis superioris internae ramo *28.* Tab. CXC. sub communi musculorum extensorum tendine anastomosis ope conjuncti, partim vero per periosteum decurrentes prope femoris condylos.

20. Quâ profundus arteriae articularis ramus in minores surculos finditur, qui osseam exterioris condyli substantiam perforant in limbo crustae cartilagineae.

21. Arteriae articularis superioris externae ramus *superficialis*.

22. Arteria articularis externa *inferior* quae exteriorem limbum legit cartilaginis semilunaris inter tibiae caput et femoris condylum positae.

23. Ejus arteriae surculus cum profundo ramo communicans arteriae articularis superioris externae.

24. Arteria tibialis anterior.

25. Recurrens arteria et adscendens a tibiali anteriore.

26. 27. 28. Conjunctiones propaginum ab arteria recurrenti prodeuntium cum articulari externa inferiori, et cum ramo superficiali articularis superioris externae.

29. 30. 31. 32. Arteriarum perforantium rami transversi, qui a posterioribus ad anteriora musculi vasti externi et cruralis carnes perfodiunt: ut cum ramis coeant arteriae descendentis ab externa circumflexa productae, et cum ramis arteriae femoralis superficialis.

33. 34. 35. 36. Anastomoses inter perforantes arterias et descendentem.

37. Insignis conjunctio tertiae perforantis arteriae cum ramo arteriae femoralis superficialis intra musculum cruralem.

38. Conjunctio alia perforantis arteriae tertiae cum ramo *12.* circumflexae externae, qui ad genu protenditur juxta musculum rectum cruris.

39. Arteriae perforantis inferioris continuatio, ab arteria femorali superficiali proveniens, antequam superficialis ipsa popliteae nomine distinguatur.

40. Anastomosis arteriae perforantis inferioris cum arteria descendente.

41.42.43.44.45. Quâ ramus superficialis et profundus arteriae articularis superioris externae cum perforantibus arteriis, cum descendente, et cum femoralis profundae et superficialis ramis illis coalescunt qui per musculos decurrunt vastum internum, rectum cruris, et cruralem.

TABULA CXCII.

Arteriae Pelvis ac Femoris.

Ex Opere citato et ex Cadavere.

A. Musculus vastus internus truncatus.
B. Cruralis musculus ab osse femoris separatus et sursum revolutus.
C. Os pubis dexterum serra recisum.
D. Os sacrum.
E. F. Vertebrae lumborum inferiores.
G. Intestinum rectum resectum.
H. Glandula prostrata.
I. Aorta abdominalis.
K. Arteria iliaca sinistra.
L. Iliaca arteria dextra.
M. Arteria iliaca externa sinistra.
N. Hypogastrica arteria seu iliaca interna sinistra.
O. Funiculus spermaticus.
P. Vena iliaca externa sinistra.
Q. Arteria iliûm circumflexa sinistra.
R. Vena socia arteriae iliûm circumflexae.
a. a. Arteria periostei femoris a ramo procedens circumflexae externae ad musculum cruralem pertinente (Tab. CXC. *77.*).
b. Arteria quae a femorali profunda gignitur pro femoris periosteo.
c. Ramus arteriae popliteae (Tab. CXC. *48.*) periosteo tributus.
d. e. Anastomosis arteriarum periostei cum ramo arteriae articularis superioris internae (Tab. CXC. *28.*), qui communi extensorum tendine tectus prope femoris condylos decurrit.

f. Quâ ramus arteriae articularis superioris internae osseam et spongiosam penetrat interni condyli substantiam.

g. Earumdem arteriolarum conjunctio cum arteria articulari superiori externa.

h. i. k. Communicatio arteriarum quae periosteum penetrant in interno femoris latere cum iis quae in externo latere distributae sunt.

l. Arteriola ab hypogastrica emanens et decurrens ad postremam lumborum vertebram.

m. m. Rami ad os sacrum et in ejus foramina.

n. Arteria iliaca posterior.

o. Ischiadica.

p. Arteria umbilicalis.

q. Obturatoria.

r. Nervus obturatorius.

s. Arteria pudenda communis.

t. Arteriae prostatae.

u. Rami ad rectum intestinum ex pudenda communi.

v. x. Arteriae ad penem ex hypogastricis.

TABULA CXCIII.

Distributio arteriarum in facie posteriore femoris et sub cute cruris.

Ex citato Opere ANTONII SCARPA *et ex Cadavere.*

A. Os ilium sinistrum.
B. Trochanter major.
C. Tuber ischii.
D. Processus seu spina ischii.
E. Ligamentum sacro - ischiadicum.
F. Pars inferior femoris a parte posteriori.
G. Condylus internus femoris.
H. Pars musculi glutei majoris.
I. Glutei medii portio.
K. Musculus gluteus minimus.
L. Musculus pyriformis.
M. M. Gemelli musculi.
N. Obturator internus.
O. Ejus tendo.
P. Musculus quadratus.
Q. Erector penis.
R. R. Musculus urethrae transversus duobus fasciculis constans.
S. S. Compressor bulbi urethrae seu accelerator.
T. Levator ani.
U. Bicipitis cruris pars longior.
V. Ejusdem musculi pars brevior.
W. W. W. Adductor magnus femoris.
X. Musculus semimembranosus.
Y. Musculus semitendinosus.
Z. Z. Z. Vastus externus.
a. Musculus plantaris.
b. b. Gastrocnemius musculus.
c. Tendo tenuiori ventri additus musculi adductoris magni femoris.

d. Tendo musculi gracilis.

e. Sartorii musculi tendo.

f. Quâ tendo musculi bicipitis cruris inseritur.

1. Arteria iliaca posterior, seu glutea.

2. Haemorrhoidalis arteria externa, seu pudenda communis.

3. Superficialis ramus pudendae communis, sive arteria perinei.

4. Ramus arteriae perinei pro ani sfinctere.

5. Arteriae perinei productiones quae musculum bulbi compressorem perreptant.

6. Ramuli ejusdem arteriae truncati, qui cuti prospiciebant perinei et scroti.

7. Profundus ramus arteriae pudendae communis.

8. Pudendae ipsius rami urethrae bulbum perforantes.

9. Rami ejusdem arteriae musculo tributi penis erectori.

10. 11. 12. Arteriae minimae a communi pudenda procedentes, et per musculum obturatorem internum et ischii tuber disseminatae.

13. 14. 15. 16. 17. Rami alii pudendae communis pro musculo ani levatore, sfinctere superiori, et cellulosa pingui, quae recti intestini extremum circumdat.

18. Ramus insignis arteriae pudendae communis, qui in regione majoris trochanteris cum ramis communicat arteriae circumflexae tam internae quam externae, et cum ramo trochanterico arteriae primae perforantis.

19. Insignis ramus arteriae ischiadicae, quae comes nervi cruralis postici descendit, ramulos ipsimet nervo elargitur, et *20.* cum arteria circumflexa interna anastomosis ope conjungitur.

21. Ischiadicae arteriae ramus pro musculo gluteo majori, et natium cute.

22. Continuatio arteriae circumflexae internae (Tab. CXC. *67*)

23. Ramus trochantericus *adscendens* arteriae circumflexae internae.

24. Ejusdem arteriae circumflexae ramus trochantericus *descendens*.

25. Anastomosis rami trochanterici adscendentis arteriae circumflexae internae cum ramo *18.* ab arteria pudenda communi procedente, ramo trochanterico circumflexae externae (Tab. CXCI. *6.*) et ramo trochanterico arteriae perforantis primae *38.*

26. Arteriae circumflexae internae ramus alter, qui in fovea majoris trochanteris cum ramo coalescit trochanterico arteriae circumflexae exterioris.

27. Arteriola, quam ramus descendens circumflexae internae quadrato musculo impertit, cum ramo trochanterico adscendente ejusdem arteriae concurrens.

28. Arteria a descendente ramo profecta circumflexae internae, et supremis fibris inserta musculi adductoris magni femoris.

29. 30. 31. 32. 33. Distributio rami descendentis ab arteria circumflexa interna per musculos semimembranosum, semitendinosum, et longiorem ventrem bicipitis cruris.

34. Arteria perforans *prima*.

35. Arteria nutritia superior ossis femoris.

36. Ramus trochantericus arteriae perforantis *primae*.

37. Rami trochanterici *36.* distributio per musculum gluteum majorem et cutem.

38. Anastomosis rami trochanterici *36.* cum ramis utriusque arteriae circumflexae et pudendae communis *18.*

39. Conjunctio altera ejusdem rami trochanterici *36.* cum ramis arteriae circumflexae internae.

40. Distributio rami transversalis arteriae perforantis *primae*, qui ab *Hallero descendens* appellatur, per carnes musculi vasti externi. Nonnullae hujusce rami propagines cum ramis coeunt arteriae circumflexae externae (Tab. CXCI. *29. 30.*).

41. Arteria quae duos ramos precipuos arteriae perforantis primae jungit inter se.

42. Arteria perforans secunda.

43. Ejus ramus pro musculo semimembranoso.

44. 45. Perforantis arteriae secundae surculi longiori ventri tri-

buti musculi bicipitis cruris.

46. 47. Ejusdem perforantis secundae rami musculo prospicientes adductori magno femoris.

48. Ejus ramus musculum petens semitendinosum.

49. Arteria perforans *tertia*. Istiusmodi arteria, quemadmodum et de *prima* perforante dici potest, postquam plures propagines per musculi vasti externi carnes demisit, nonnullis ramis suis ramos incurrit arteriae circumflexae exterioris cum quibus communicat (Tab. CXCI. *31. 32.*).

50. Arteria perforans *quarta*, quae vix orta in duos ramos dividitur.

51. 52. 53. Arteriae *quartae* perforantis rami utrumque ventrem musculi bicipitis cruris adeuntes.

54. 55. Rami ejusdem perforantis *quartae* pro musculo semitendinoso.

56. 56. Arteria perforans *inferior*, quem femoralis superficialis paulo supra poplitem gignit. Insignis hac arteria postquam musculo vasto externo surculos elargita fuit (Tab. CXCI. *39.*) cum ramis arteriae circumflexae externae, et articularis *superiorris externae* prope genu per anastomosim agglutinatur.

57. Arteria nutritia inferior ossis femoris.

58. Ramus arteriae perforantis inferioris ventri breviori insertus musculi bicipitis cruris.

59. Ramus arteriae perforantis inferioris, qui sanguine breviori ventri musculi bicipitis suppeditato cum arteria articulari superiori externa genu communicat (Tab. CXCI. *45.*).

60. Rami arteriae perforantis inferioris pro musculo semitendinoso.

61. Arteria poplitea.

62. Truncus a quo arteriae procedunt articulares superiores internae.

63. Quâ arteria inferior periostei femoris ortum ducit (Tab. CXC. *48.*).

64. Arteriae popliteae rami qui ad musculum feruntur semitendinosum.
65. Arteria articularis *superior externa*.
66. Ejus ramus.
67. Arteria articularis *media*, seu *azyga* HALLERO dicta.
68. Arteria articularis *inferior externa*.
69. Articularis altera arteria superior interna tenuis.
70. Arteria articularis inferior interna.
71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. Arteriae popliteae rami surae musculis prospicientes.
78. Arteria cutanea surae a poplitea descendens.
79. Tendo musculi peronei longi dissectus.
80. Solei musculi pars inferior separata.
81. Ramus externus posterioris peroneae, postquam musculum flexorem longum pollicis perforavit.
82. Ramus arteriae tibialis posticae.
83. Anastomosis inter cutaneam arteriam surae et peroneam.
84. Ramus arteriae cutaneae qui jungitur ramo tibialis posticae.
85. Rami ad calcaneum.
86. Ramus tibialis posticae sub externo malleolo decurrens ad dorsum pedis.

TABULA CXCIV.

Ex Cadavere.

FIGURA I.

Arteriae per Tibiam sinistram anterius visam disseminatae.

1. Patella.
2. Condylus internus femoris.
3. Ejusdem condylus externus.
4. 4. Caput tibiae.
5. Ligamentum patellae.
6. Pars tibiae inferior.
7. Ejus epiphysis.
8. Malleolus externus.
9. Talus.
10. Os naviculare.
11. Metatarsus pollicis.
12. Os primum pollicis.
13. Secundum os pollicis.
14. Os cuboideum.
15. Secundum os metatarsi.
16. Tertium os metatarsi.
17. Quartum. 18. Quintum.
19. Musculus vastus externus.
20. Rectus cruris anterior.
21. Vastus internus.
22. Musculus biceps cruris.
23. Gastrocnemius internus.
24. Tibialis anticus.
25. Ejus insertio.
26. Extensor pollicis.
27. Ligamentum interosseum.
28. Extensor digitorum longus.
29. 29. Ejus tendines.

30. Peronens brevis.
31. Extensor brevis digitorum pedis.
32. Ejus tendo ad pollicem.
33. 34. Tendines ad proximos digitos.
35. Arteria articularis superior externa.
36. Articularis externa inferior.
37. 37. Superior articularis interna.
38. Inferior interna arteria articularis.
39. 40. Rami tibialis anterioris ad articulationem et ligamenta genu.
41. 41. Arteria *tibialis anterior.*
42. 42. Rami ejus ad musculum tibialem anticum.
43. Ejus rami ad extensorem longum digitorum.
44. Rami alii ad extensorem pollicis.
45. Profundiores rami qui pollicis extensorem musculum perforant.
46. 46. Rami alii ad extensorem longum digitorum.
47. Surculi ad epiphysim tibiae.
48. Ramus magnus interior in imam tibiam.
49. Ejus surculus adscendens.
50. Ramus ad malleolum internum.
51. Alii rami ad abductorem pollicis et pedis plantam.
52. Surculus rami *48.* inosculatus cum surculo tibialis anticae *60.*
53. Ramus exterior ad imam tibiam et fibulam, qui inosculatur peroneae.
54. Alter ramus exterior anastomosim habens cum peronea.
55. Peroneae ramus cum ramo tibialis anticae inosculatus.
56. Ramus tibialis anticae *tarseus*, communicans surculis suis cum peronea *55.*
57. Ultimus finis metatarseae.
58. Arteria dorsalis pollicis.
59. Truncus anticae tibialis descendens in plantam pedis.
60. Ramus in talo natus tibialis anticae.
61. Quâ dorsalis arteria pollicis in ramos dividitur, videlicet 62. ramum pollicarem externum, et *66.* ramum ad indicem.

63. Rami adrepentes a planta pedis.
64. 65. Corona ad radicem unguis.
67. Ramus interosseus primus.
68. Ramus plantaris furcae secundae.
69. Ab anastomosi arteriarum 67. 68. natus ramus exterior digiti secundi, et internus tertii 70.
71. Arcus secundi digiti ad unguem.
72. Ramus interosseus secundus.
73. Arteria plantaria.
74. Ramus ad digitum tertium.
75. Alter ramus ad quartum.
76. Ramus interosseus tertius.
77. Ejus surculus ad digitum quartum.
78. Ramus ad digitum quintum interior.
79. Surculus a plantari externa natus qui cum arteria 78. arcum facit ad radicem unguis.

FIG. II.

Tibiae sinistrae facies posterior.

A. Musculus gastrocnemius internus.
B. Gastrocnemius externus.
C. Pars solei
D. Musculus plantaris.
E. Popliteus.
F. Peroneus longus.
G. Flexor longus digitorum pedis.
H. Flexor longus pollicis.
I. Tendo peronei brevis.
K. Tendo Achillis.
L. L. Vagina tendinea quae musculorum tendines complectitur.
a. Arteria *poplitea*.
b. Articularis arteria superior interna.
c. Externa et superior articularis.
d. Ramus ad gastocnemium musculum internum.
e. Alter ramus ad externum gastrocnemium.

f. Articularis inferior interna.
g. Ramus ad musculum plantarem.
h. Divisio arteriae popliteae.
i. Arteria *tibialis postica*.
k. Ramus ejus ad musculum popliteum.
k. 2. Alter ad soleum.
l. Truncatus ramus pro inferiori parte solei.
m. m. Rami ad tibiam, popliteum, et gastrocnemium internum.
n. n. Rami ad nervum.
o. q. Rami ad cutem, qui anastomosis ope *p.* jungitur in cellulosa.
r. Ramus alius anastomoticus.
*. Ramus tibialis posticae in interna et anteriori tibiae facie distributus.
s. Ramus anastomoticus cum peronea.
t. Anastomosis rami *u.* a tibiali procedente cum peronea *x.*
y. Ramus ad calcaneum anastomoses habens cum ramis peroneae, Achillis tendine tectus.
β. Ramus anticae tibialis.
γ. Anastomosis ejus cum tibialis posticae ramo.
δ. Ramus ad calcaneum.
ε. Rami ad abductorem pollicis.
ζ. Truncus communis arteriae tibialis anticae et peroneae.
η. Ramus ad soleum musculum.
θ. Alter ramus qui musculum adit peroneum longum.
κ. Arteria tibialis antica quae trans interosseum ligamentum fertur ad anteriora cruris. *λ.* Peronea.
μ. Rami ad soleum et gastrocnemium externum.
ν. Ramus profundus.
ξ. ξ. Arteriae ad flexorem digitorum longum.
π. Ramus superficialis.
ρ. Quâ peronea superato musculo pollicis flexore inferius procedit.
σ. Rami ad musculorum vaginas.
z. Finis posterior peroneae habens anastomoses cum tibiali postica.
τ. Ramus in periosteo calcis decurrens.

TABULA CXCV.

ARTERIAE PEDIS

Ex Halleri *Icon. Anatom. et ex Cadavere.*

FIGURA I.

Arteriae subcutaneae pedis. Innumeri rami cutanei resecti fuerunt.

A. Calcanei tuber.
B. Musculus abducens pollicis.
C. Abductor digiti minimi.
D. Aponeurosis plantae.
E. Ejus pars pollicaris.
F.G.H.I.I. Pars fissa ad transmittendos tendines musculi flexoris.
K. Tendo flexoris longi pollicis.
L.L.L.L. Tendines flexoris longi digitorum.
Ξ. Caro quadrata nonnullis fibris tendineis intermixta.
a. Arteria tibialis postica.
b. Ramus superficialis ad cutem ed adipem.
c. Ramus erumpens ad interiora aponeurosis et euns calcaneum.
d. Rami ad calcem.
Latet sub aponeurosi plantae divisio arteriae *a.* in plantarem externam et internam. Vide Fig. II.
g. g. Rami plantaris internae emergentes ad exteriora abductoris pollicis, et ad interiora ejusdem *h. h. h.*
i. i. Ramus praecipuus superficialis plantaris internae.
m. Ejus rami minores.
13. Vena radialis volaris ejusdem digiti.
14. Ulnaris vena volaris digiti medii.
15. Truncus venosus communis digiti medii et anularis.
16. Arcus unguicularis venosus digiti anularis.
17. Vena radialis volaris digiti anularis.
18. Ulnaris vena volaris ejusdem digiti.
19. Communis venae digiti anularis et auricularis.
20. Communicatio cum arcu volari profundo.
21. Arcus unguicularis venosus digiti auricularis.
22. Vena radialis volaris digiti auricularis.
23. Vena ulnaris volaris duplex digiti ejusdem.
24. Communicatio cum arcu volari profundo.
25. Rami venosi a musculis procedentes digiti minimi.
26. Arcus volaris superficialis manus.
27. Ramuli emergentes sub musculis pollicis.
28. Rete venosum carpi.
29. 29. Ramus duplex volaris venae radialis internae profundae.
30. Ejusdem venae ramus dorsalis.
31. 31. Vena radialis interna profunda duplex.
32. Ramulus ex musculo supinatore longo.
33. Quâ vena ulnaris interna profunda cum interossea interna cubiti communicat cum vena radiali.
34. Vena ulnaris interna profunda duplex.
35. Ramuli accedentes a musculis digiti minimi.
36. Venae ulnaris internae profundae ramus dorsalis.
37. Progressus venae ulnaris internae profundae adscendentis.
38. Rami ex musculo ulnari interno.
39. 40. Ex profundo flexore digitorum ramuli.
41. Connexio venae interosseae profundae cum ulnari.
42. Rami ex pronatore terete.
43. Vena recurrens ulnaris.

44. Truncus communis adscendens ad venam brachialem.
45. Ramus volaris venae interosseae internae cubiti, duplex.
46. Ejus communicatio cum ramo volari venae radialis internae profundae.
47. Communicatio cum ramo volari venae ulnaris internae profundae.
.. Membrana capsularis carpi.
48. Vena interossea interna cubiti.
49. Rami ex flexore longo pollicis.
50. Venulae ex profundo.
51. Vena nutritia radii.
52. 52. Vena brachialis.
53. Rami ex bicipite.
54. Vena circumflexa anterior humeri.
55. Conjunctio venae brachialis cum vena basilica.
56. Vena basilica truncata .
57. 57. Truncus venae basilicae.
58. Finis basilicae in venam axillarem.
59. Rami ex Anconaeis.
60. Vena collateralis ulnaris in basilicam desinens.
61. Alter ramus ex Anconaeis.
62. Rami ex latissimo dorsi.
63. Vena subscapularis.
64. 64. Venae cephalicae truncus.
65. Cephalicae ramus radialis internus.
66. Vena mediana truncata.
67. 68. Arteriae brachialis truncus.
69. Arteria radialis.

TABULA CCI.

Ex Cadavere.

FIGURA I.

Venae superficiales brachii dextri cera impletae et ab exteriori brachii parte conspectae.

A. Clavicula dextra.
B. Musculus deltoides.
C. Serratus anticus minor, seu pectoralis minor resectus.
D. Tendo pectoralis magni.
E. Coracobrachialis.
F. Anconaei sub vagina membranacea humeri.
a. Rete venosum dorsale pollicis.
b. Vena dorsalis radialis pollicis: *c.* vena ulnaris dorsalis.
d. Rete venosum dorsale indicis.
e. Ejusdem digiti vena dorsalis radialis: *f.* ulnaris vena socia.
g. Rete venosum dorsale digiti tertii.
h. Vena ejus dorsalis radialis: *i.* ulnaris dorsalis socia.
k. Rete venosum dorsale digiti anularis.
l. Vena ejusdem digiti dorsalis radialis: *m.* ulnaris dorsalis vena.
n. Rete venosum digiti minimi.
o. Vena dorsalis radialis digiti ejusdem: *p.* ulnaris dorsalis socia.
q.r.s.t. Venulae istiusmodi cellulosam perforant, ut cum interosseis venis et volaribus communicent. Scalptoris autem errore venulae istiusmodi truncatae adparent ostio sursum revoluto, quod a Lectoribus benigne excusandum.
u.u. Arcus venosum dorsalis manus.
x. Vena cephalica pollicis in venam radialem externam continuata.
y. Vena salvatella.

z. δ. Venae communicantes cum rete profundo dorsali carpi.
β. Rete carpi dorsale supeficiale.
γ. Vena radialis externa.
ε. Rete venosum superficiale.
ζ. ζ. μ. Vena ulnaris externa.
η. Ramorum communicatio cum vena ulnari interna.
θ. θ. Vena cephalica, super deltoideum musculum decurrens *ϰ*, et desinens *λ.* in venam subclaviam Γ.
ξ. Vena arcum constituens in regione cubiti, et ramos recipiens cutaneos ac musculares; ulnaris vena cum cephalica per eum arcum communicat.
π. π. Venae subcutaneae in venam ulnarem terminatae.
ρ. Vena a deltoidei musculi superficie procedens.
σ. σ. Vena basilica.
τ. Mediana vena.
Δ. Θ. Δ. Anastomoses: Δ. inter venam radialem externam et ulnarem: Θ. inter basilicam venam et cephalicam: Λ. inter surculum venae cephalicae et alterum basilicae.
Φ. Venae brachialis finis in axillarem.
Ψ. Vena circumflexa humeri anterior, duplex.
ω. Venae subscapularis ramus insignis a Latissimo dorsi et Serrato majori ramos advenientes colligens.

FIG. II.

Venae profundiores brachii a posteriori parte spectati.

A. Scapula sursum ducta.
B. Clavicula.
C. Caput humeri membrana tectum articulari.
D. Humeri collum.
E. Musculi infraspinati tendo.
F. Musculus teres minor abscissus.
G. Tendo musculi supraspinati.
H. Deltoidei musculi per medium discissi pars superior: *H. 2.* inferior portio, deorsum revoluta.

I. Musculus biceps.
K. Brachialis internus.
L. M. Portio inferior musculi tricipitis truncati; sive *L.* Anconeus longus; *M.* Anconeus externus.
N. Ulnae processus olecranon dictus.
O. Condylus humeri internus.
P. Anconeus parvus.
Q. Extensoris communis digitorum reliquiae.
R. Os ulnae.
S. Radium.
T. Membrana cubiti interossea.
V. V. Supinator brevis dissectus.
X. Supinator longus truncatus.
Y. Z. Radialis externus: *Y* longus: *Z.* brevis.
Γ. Abductor longus pollicis.
Δ. Extensor minor pollicis.
Θ. Musculus indicator truncatus.
Λ. Ulnaris externus.
Ξ. Abductor digiti minimi.
1. 2. 3. 4. Venae dorsales superficiales digitorum abscissae.
5. 6. 7. Venae interosseae dorsales manus, *5.* prima, *6.* secunda, *7.* tertia.
8. 9. 10. Interosseae venae perforantes inferiores.
11. 12. Aliae venae perforantes superiores.
13. Ramus dorsalis venae radialis internae profundae, duplex.
14. Vena superficialis ad cephalicam pollicis pertinens, abscissa.
15. Venula decurrens super musculum abductorem indicis et communicans cum ramo dorsali venae radialis internae.
16. 17. 18. 19. Rete dorsale carpi profundum.
20. Venae salvatelle abscissae residuum.
21. Pollicis vena cephalica truncata.
22. Vena radialis externa.
23. Ramus venosus communicans cum rete carpi dorsali, et cum ramo venae interosseae internae cubiti, et desinens in venam radialem externam.
24. Rami venae radialis externae cum venis cubiti interosseis inosculatae.

25. Venae cephalicae truncus resectus.
26. Ramus anastomoticus ejusdem venae cephalicae abscissus.
27. Venae cephalicae ramus communicans cum collaterali radiali primaria.
28. Ramus dorsalis venae interosseae internae cubiti. Est vena perforans cubiti inferior.
29. Magnus arcus quo vena cubiti interossea interná et externa cubiti coeunt.
30. Conjunctio venae *28.* cum ramo procedente a rete carpi dorsali profundo, ex quibus vena coalescit *23.*
31. Ramus venulas colligens a membrana interossea, a musculo indicatore et pollicis extensoribus et communicans cum vena radiali.
32. Rami procedentes a musculo Supinatori longo et Radialibus.
33. Alii rami ex ulnari externo.
34. Ramus superior sive recurrens venae interosseae externae.
35. Ramus ex musculis supinatoribus adveniens et in ramum recurrentem *34.* terminatus.
36. Vena collateralis radialis primaria.
37. Secundaria vena collateralis radialis.
38. Vena brachii profunda quae nata ex confluxu venarum collateralium in venam brachialem aperitur.
39. Vena ex principio musculi Radialis externi longi et Supinatoris longi ortum habens, in basilicam terminata.
40. Venae brachialis truncus.
41. Vena circumflexa humeri posterior.
42. Basilica vena, paullulum ex situ dimota.
43. Truncus venae subscapularis.

TABULA CCII.

Ex Cadavere.

Venae pelvis cum cava inferiori, cera repletae, ex cadavere hominis adulti.

A. A. Peritonaeum musculos abdominales obtegens.
B. Crista ossis iliûm.
C. Syncondrosis pubis dissecta.
D. Tuber ossis ischii.
E. Ejusdem ossis spina.
F. Ligamentum spinoso-sacrum.
G. Aliud ligamentum tuberoso-sacrum.
H. Incisura lunata.
I. Musculus iliacus internus.
K. Superficies lateralis sinistra ossis sacri, qua cum osse iliûm sinistro nectebatur.
L. Os coccygis.
M. M. Musculus quadratus lumborum.
N. Psoas sinister truncatus.
O. Ren dexter. *P.* Sinister.
Q. Ureter sinister resectus.
R. Capsula suprarenalis sinistra.
S. Diaphragma.
T. Arteria aorta abdominalis truncata.
V. Arteria coeliaca.
X. Meseraica arteria superior.
Z. Nervus obturatorius dexter.
a. Vena obturatoria dextra.
b. b. Circumflexa iliûm duplex.
c. Vena cruralis dextera.
d. Truncus, a quo venae suppeditantur pone os pubis et vesicae urinariae.
e. Ramus ab obturatore musculo interno dextro procedens.

f. Communicatio cum venis haemorrhoidalibus externis.
g. g. Venae ex plexu vesicali natae.
h. Vena ischiadica dextra.
i. Iliaca vena posterior, seu glutea.
k. Truncus ex confluxu venarum minorum enatus et in hypogastricam venam desinens.
l. Vena sacra media in angulum venae cavae terminata quâ iliacae venae concurrunt ad invicem.
m. Vena sacralis prima ex primo dextero foramine ossis sacri prodeuns.
n. Sacralis vena secunda sinistra, ex secundo foramine procedens sinistro ossis sacri.
o. Tertia vena sacralis sinistra exeuns ex tertio foramine sinistro ejusdem ossis.
p. Anastomosis inter ischiadicam venam et gluteam.
q. Altera anastomosis inter ischiadicae ramos principes.
r. Ramus comes nervi ischiadici.
s. Conjunctio anastomotica venae sacrae mediae cum ischiadicae ramo.
t. Vena hypogastrica sinistra.
u. Cruralis vena sinistra.
v. Vena iliaca sinistra. *x.* Dextra.
y. y. Venae ileolumbales dextrae, quae in venam iliacam ejusdem lateris immerguntur.
z. Vena ileolumbalis sinistra truncata.
β. Truncus communis venae ileolumbalis sinistrae, et lumbalis quintae *γ.* et quartae.
δ. Vena lumbalis quarta.
λ. λ. Communicationes inter venas lumbales.
ε. ε Vena cava inferior.
ζ. η. Venae lumbales.
θ. κ. Venae a musculo psoa et a superioribus lumborum vertebris procedentes.
μ. Vena emulgens seu renalis sinistra.
ξ. Spermatica vena sinistra resecta.
π. Vena suprarenalis sinistra in emulgentem sui lateris terminata.

TABULA CCIII.

Ex Cadavere.

VENAE CRURIS ET PEDIS

FIGURA I.

Extremitas inferior dextra, venis superficialibus cera repletis et integumentis remotis, ab interiori facie spectata.

1. 1. 1. Venulae a planta pedis accedentes ad venas dorsales pollicis.
2. Vena dorsalis interna pollicis.
3. Externa vena dorsalis ejusdem digiti.
4. Secundi digiti vena dorsalis interna.
5. Externa vena dorsalis ejusdem digiti.
6. Tertii digiti interna vena dorsalis.
7. Externa ejusdem digiti vena dorsalis.
8. Dorsalis interna vena digiti quarti.
9. Externa vena dorsalis ejusdem digiti.
10. Dorsalis vena interna digiti quinti.
11. Ejusdem digiti vena dorsalis externa.
12. Vena dorsalis ossis metatarsi primi.
13. 14. 15. 16. Venae dorsales superficiales intervalli primi, secundi, tertii, quarti.
17. Arcus dorsalis superficialis pedis.
18. Prima origo rami majoris venae saphenae internae.
19. Origo prima rami minoris ejusdem venae.
20. Communicatio inter venas *18.* et *19.*
21. Ramus major venae saphenae internae.
22. Minor ramus ejusdem venae saphenae.
23. Ramus accedens ad minorem ramum 22.
24. Ramus communicans inter venam saphenam internam et externam.

25. Confluxus rami minoris et majoris venae saphenae internae.

26. 26. Truncus venae saphenae internae per internam femoris faciem adscendens.

27. 28. 29. Rami communicantes inter venam tibialem posticam, et ramum minorem venae saphenae internae.

30. 31. 32. 33. Venae prodeuntes ex subjectis musculis in venam saphenam internam inserti.

34. Vena prodeuns ex rete venoso articulari genu, cum superficialibus conjuncta.

35. Vena alia quae sub patella sese prodit et in superficiales aperitur.

36. Trunculus, qui venis conflatur 34. et 35. et in truncum inseritur venae saphenae internae.

37. 38. 39. 40. Venae ex subjectis musculis erumpentes et cum superficialibus conjunctae.

41. Truncus venarum subcutanearum in venam saphenam insertus.

42. 43. 44. Rami alii venosi in truncum desinentes ejusdem saphenae.

45. Venae abscissae a venis productae pudendis exterioribus.

46. Quâ vena saphena interna in cruralem venam aperitur.

47. Insignis ramus, qui ex pluribus venis cutaneis enatus, inferius communicat cum vena saphena, superius vero desinit in venam cruralem.

48. 49. Venae cruralis truncus sub vagina femoris inter musculos emergens.

FIG. II.

Extremitas inferior dextera ab exteriori parte spectata, venis superficialibus cera repletis.

1. Vena dorsalis externa digiti primi.

2. 3. 4. 5. Eadem vena in unoquoque digito, secundo scilicet, tertio, quarto, quinto.

6. 7. 8. 9. Venae communicantes cum venis plantaribus.

10. 10. Venae aliae a planta pedis ad dorsum assurgentes.

11. 12. 13. 14. Venae dorsales superficiales intervallorum metatarsi: *11.* intervalli primi: *12.* secundi: *13.* tertii: *14.* quarti.

15. Arcus dorsalis superficialis pedis.

16. Prima origo rami minoris venae saphenae internae.

17. Communicatio inter hanc venam et originem rami majoris.

18. Continuatio rami minoris venae saphenae internae.

19. Ramus communicans cum venis profundioribus.

20. Venae saphenae externae initium.

21. Ramus qui musculos perforans communicat cum vena tibiali antica.

22. 23. 24. 25. 26. 27. Rami ex musculis prodeuntes in crure positis et in venam saphenam externam inserti.

28. 29. Communicationes venae saphenae externae et internae.

30. Saphenae internae truncus.

31. Confluxus venae saphenae externae cum vena poplitea.

32. Truncus venarum superficialium in regione femoris externa, qui in hoc cadavere in externam saphenam aperiebatur.

33. Vena communicans cum vena perforante superiori.

34. Haec, ut plures aliae venae minores, ex subjectis musculis prodit.

TABULA CCIV.

VENAE CRURIS ET PEDIS PROFUNDIORES

FIGURA I.

Venae pelvis posteriores.

1. 1. Crista ossis iliûm dextri.
2. Incisura ischiadica.
3. Os sacrum.
4. Os coccygis.
5. Ossis ischii tuber.
6. Ligamentum tuberoso-sacrum.
7. Femoris trochanter major.
8. Pars musculi obturatoris interni resecti.
9. Ejusdem musculi tendo.
10. 11. Gemini superioris partes resectae.
12. 13. Partes gemini inferioris abscissae.
14. Musculus piriformis reclinatus.
15. 15. Gluteus minimus.
16. 16. Gluteus medius a propria sede remotus.
17. Maximus gluteus reclinatus.
18. 19. Quadratus femoris per medium dissectus: *19.* pars ejus reflexa.
20. Obturator externus.
21. Portio adductoris magni.
22. Biceps femoris.
23. Musculus semitendinosus.
24. Semimebranosus.
25. Truncus communis venae gluteae et ischiadicae.
26. Vena glutea.
27. Anastomosis inter venam gluteam et ischiadicam.
28. Vena circumflexa externa ossis iliûm superior.

29. Circumflexa altera inferior.
30. 30. Rami ex glutaeo medio abscissi.
31. Ramus major confluens cum vena glutaea.
32. Rami ex glutaeo medio et piriformi prodeuntes.
33. 33. Vena ischiadica.
34. Ejus rami ex glutaeo maximo truncati.
35. Ramis a pudendis procedentes.
36. Alii rami a membrana capsulari et obturatore interno femoris.
37. Venae ex quadrato femoris.
38. Venae aliae ex adductore et musculo bicipite.

FIG. II.

Venae pedis et cruris dextri profundiores.

1. Tibiae pars superior.
2. Ejus extremitas inferior
3. Maleolus externus.
4. 4. Musculus tibialis anticus situ nonnihil dimotus.
5. 5. Extensor longus digitorum communis.
6. Ejus tendo truncatus.
7. 7. Extensor proprius pollicis.
8. Tendo ejus.
9. Tarsus.
10. Portio reliqua musculi abductoris digiti minimi abscissi.
11. 12. 13. 14. Venae dorsales digitorum superficiales truncatae.
15. 16 Venae communicantes cum superficialibus abscissae.
17. 18. 19. 20. Communicatio ramorum dorsalium cum plantaribus.
21. 21. Venae quae a planta pedis ad dorsum interius feruntur.
22. Venae saphenae internae ramus major.
23. 23. Interossea vena dorsalis intervalli primi.
24. Ramus communicans cum vena 16.
25. Vena perforans intervalli primi.
26. 26. Interossea vena dorsalis intervalli secundi.
27. Vena perforans intervalli secundi.

28.29. Communicatones venae 26. cum vena 16.
30. Vena interossea dorsalis intervalli tertii.
31. Alia vena communicans cum vena 26.
32. Vena perforans anterior intervalli tertii.
33. Interossea vena dorsalis intervalli quarti.
34. Vena perforans posterior intervalli quarti.
35. Vena superficialis abscissa.
36. Confluxus ramorum communicantium inter venas 16. et 22.
37. Arcus dorsalis venosus profundus.
38. Venae tibialis anterioris principium.
39. Vena malleolaris interna.
40. Vena malleolaris externa duplex.
41. Insignis communicatio venae tibialis anticae cum ramo 42.
42. Ramus venae peroneae qui trans ligamentum interosseum cruris a posteribus fertur ad anteriora.
43.43. Venae tibialis anterioris truncus duplex, ramos colligens a proximis musculis.
44.44. Vena recurrens tibialis.
45. Rami ab Extensore digitorum communi procedentes.
46. Arteria tibialis antica venarum comes.

FIG. III.

Venae profundiores ejusdem cruris dextri a posteriori parte.

1. Musculus gracilis.
2. Bicipitis caput longum.
3. Semitendinosus.
4. Semimembranosus.
5. Bicipitis caput breve.
6. Gastrocnemii interni rescissi pars suprema.
7. Externus gastrocnemius.
8. Plantaris resecti pars.
9. Solei truncati portio.
10. Popliteus.
11. Tibialis posticus.

12. Flexor longus pollicis, cujus inferior pars abscissa.
13. Peroneus longus.
14. Malleolus externus.
15. Tendo flexoris longi communis digitorum, truncati.
16. Tendinis Achillis reliquia.
17. Calcaneus.
18. 19. Vena peronea, primum duplex, dein simplex superius cum arteria socia.
20. Ramus communicans cum vena malleolari externa.
21. Rami a fibula et musculis peroneis.
22. Rami ex Tibiali postico et Flexore longo digitorum communi.
23. Alii ex Flexora longo pollicis.
24. Surculi a calcaneo et a parte inferiore tendinis Achillis.
25. Venae tibialis posticae initium ex plantaribus.
26. Ramus communicans cum vena peronea.
27. Communicationes cum vena saphena.
28. 29. Rami ex Tibiali postico.
30. Vena nutritia tibiae cum arteria socia.
31. Rami ex Gastrocnemio interno abscissi.
32. 32. Ex parte suprema ejusdem musculi rami alii.
33. 33. Venae peroneae truncus duplex.
34. Quâ trunci confluunt in unum.
35. 35. Venae tibialis posticae duplex truncus.
36. Truncus implex venae ejusdem tibialis ex duplici productus.
37. Rami ex Soleo.
38. Vena poplitea cum arteria socia.
39. Vena articularis superior externa cum recurrente.
40. Articularis vena interna inferior.
41. Vena ex musculo Plantari.
42. Vena articularis interna superior.
43. Ramus ex Semimembranoso et superius ex Bicipite descendens et in venam popliteam insertus.
44. 45. Venae ex Semitendinoso et Gracili cum recurrente 39. communicantes.

FIG. IV.

Venae profundiores plantae pedis dextri.

1. Calcaneus.
2. Ligamenta quae astragali et navicularis osse revinciunt.
3. Primum os metatarsi.
4. Tendo peronei longi.
5. Flexoris longi pollicis tendo.
6. Flexor pollicis minor.
7. Abductor digiti minimi.

8.9.10.11.12. Arcus unguicularis venosus digitorum.

13. Vena digitalis interna pollicis.
14. Externa vena ejusdem digiti.
15. Vena externa digiti minimi.

16.17.18. Trunculi venarum superficialium plantae pedis abscissi.

19. 19. Anastomoses venarum digitalium, arcum venosum minorem plantarem constituentes.

20.21.22.23. Venae interosseae plantares: 20. intervalli primi; 21. secundi: 22. tertii: 23. quarti.

24. Arcus plantaris venosus.
25. Vena plantaris interna.
26. Internae venae pollicis communicatio cum vena interna plantari.
27. Vena plantaris externa.
28. Ramuli ex musculis digiti minimi advenientes.
29. Vena tibialis postica duplex cum arteria socia.
30. Truncus dissectus cum superficialibus continuus.

FINIS

Sectionis primae Partis tertiae.

VASA
LYMPHATICA
SIVE
ABSORBENTIA

TABULA CCV.

ST MARY'S HOSPITAL
RADFORD LIBRARY
MANCHESTER.

VASA LYMPHATICA, EORUM VALVULAE, GLANDULAE.

Ex Pauli Mascagni Vasorum lymphaticorum corporis humani Historia et Ichnographia.

FIGURA I.

Exhibet diversos truncos vasorum lymphaticorum partim mercuriore pletos, partim secundum longitudinem dissectos.

a. a. Truncus ex tibiali posteriori resectus.
b. b. Truncus ex superficialibus cruris.
c. c. Binae eminentiae quae sinubus valvularum respondent.
d. Angulus, ad quem eaedem eminentiae uniuntur.
e. e. Truncus ex cruralibus secundum longitudinem apertus, ut valvulae intus positae conspiciantur.
f. Angulus, quo valvulae ad invicem concurrunt, cum angulo conveniens, quem externe efficiunt eminentiae.
g. Margines fluctuantes.
h. Margines semicirculares quibus adhaerent vasis parieti.
i. Sinus inter parietes et facies externas valvularum interpositus.
k. k. Facies valvularum, qua se mutuo respiciunt.

FIG. II.

Ostendit duas glandulas poplitis cum suis vasibus inferentibus et efferentibus resectis.

a. Truncus tibialium posteriorum resectus.
b. Parva glandula, quam subit fasciculus ramorum in quos idem truncus disimitur.

c. Duo trunci efferentes qui ex hac glandula in aliam majorem glandulam pariter in ramos divisi se immittunt.

e. e. Trunci resecti qui ex quibusdam aliis glandulis poplitis in praedictam glandulam se conferunt.

f. Truncus major enascens ex concursu ramorum, qui ex glandula poplitis emergunt circa mediam coxae partem resectus.

g. g. Sinus glandularum per quos lymphaticorum rami majores in substantiam glandulae producuntur.

FIG. III.

Glandula poplitis superficialis in anteriore et posteriore facie visa, ut plexus vasorum in conspectum veniat, quem aliquando supra ipsas glandulas efformant lymphatica.

A. Glandulae facies anterior.

a. Parvum vas saphaenum resectum.

b. Ipsius rami, qui in substantiam glandulae se demergunt.

d. Plexus quem efformant rami majores ex ipsa glandula prodeuntes.

e. Trunci duo efferentes resecti, qui ad glandulas profundas poplitis tendebant.

D. Ejusdem glandulae facies posterior.

f. Truncus saphaenus parvus.

g. Substantia glandulae.

h. Plexus supra faciem posteriorem glandulae protensus.

i. Duo trunci efferentes.

FIG. IV.

Repraesentat glandulam inguinis cum unico vase lymphatico inferente, ac duobus efferentibus, quae ad invicem distinguit nodulorum positio. Nimirum in efferentibus minor eorum distantia, et projectior pars glandulam respiciens, contra in inferente.

a. Truncus ex pede proveniens in coxa resectus. Hic antequam subeat glandulam in fasciculum ramorum divi-

sus per ipsius faciem anteriorem ac posteriorem dispergitur.

b. Trunci efferentes, quorum rami ex facie posteriore glandulae exeunt.

FIG. V.

Profert tres glandulas abdominis, quarum duo cera repletae, tertia mercurio sed exsiccata.

A. Glandula ex iis quae circum vasa sanguinea iliaca jacent, cera repleta.

a. Vasa inferentia resecta.

b. Vasa efferentia.

c. Rami majores, qui per sinus glandularum penetrant, acu aliquantisper evoluti.

d. Cellulae seu dilatationes, quas efformant rami iidem majores *c.*

e. Ramuli majores qui in cellulas aperiuntur.

B. Glandula cera repleta ex earum agmine, quae sub aorta jacent, in qua deletis cellulis ac vasis exterius positis centrum glandulae conspicere licet.

f. f. Vascula, quae glandulam exterius componunt, partim deleta, partim vero evoluta ac extrorsum reclinata.

g. g. Cellulae, quas efformant vasa dilatata.

C. Glandula mercurio prius repleta ac dein exsiccata.

h. Cellulae apertae, ut earum cavitas et interna superficies conspiciatur.

i. i. Ostia ramulorum, qui in cellularum cavitate patula observantur.

FIG. VI.

Sistit glandulam mesenterii mercurio repletam secunda lente microscopii Dollondiani auctam, in qua praeter lymphatica apparent vasa sanguinea glutine cinnabare colorato injecta.

a. a. Vascula inferentia suis vasis sanguineis circumdata.

b. Efferentia eodem modo vasis sanguineis induta.

c. Eminentiae quae cellulis seu dilatationibus respondent, ubi vasa sanguinea magis acervata conspiciuntur.

d. d. Trunculi vasorum sanguineorum, qui ramulis minoribus per superficiem disperguntur, ac majoribus in substantiam penetrant.

FIG. VII.

Ostendit portionem intestini jejuni, in qua vasa lymphatica superficialia, profunda, ac praeterea arteriae et venae conspiciuntur.

a. a. Intestinum resectum.

b. b. Arteriae.

c. c. Venae.

d. d. Lymphatica profunda, quae maxima ex parte vasorum sanguineorum ductum sequuntur.

e. e. Superficialium trunci, qui secundum intestini ductum longo tramite decurrunt, et tandem introrsum reclinati in mesenterium producuntur.

f. f. Ramuli qui ex opposito undatim excurrentes in ramos majores influunt.

g. g. Rami majores, qui pariter ex opposito ad truncos serpentino cursu diriguntur.

FIG. VIII.

Tres glandulas repraesentat vasorum sanguineorum iliacorum lateribus accumbentes, quas trajiciunt lymphatica vasa, quae ex inguinalibus glandulis procedunt.

a. b. c. Vasa, quae in eas se demergunt.

d. e. Vasa quae ab iisdem prodeunt.

FIG. IX.

Exhibet portionem intestini jejunis cum suo mesenterio resecto ductam ex cadavere grassatoris cujusdam, qui in carcere quatuor horis a pastu solito copiosiori, laqueo peculiari artificio sibi comparato se suspendens, sibimet mortem conscivit. Lymphaticorum trunci majores, qui in hac figura conspiciuntur supra intestina mercurio injecta sunt. Antea vero rami chylo repleti delineati fuerunt, qui optime oculis se offerebant, at numerosiores ac pictor expresserit.

a. a. Portio intestini jejuni resecti.
b. b. Portio mesenterii simili modo resecti.
c. Truncus arteriae mesentericae superioris, qui in praedictam portionem dispergitur.
d. Venae mesentericae truncus, qui ex eadem intestini portione prodit.
e. e. e. Tres glandulae, in quas lymphatica praedicta se immittunt.

TABULA CCVI.

GENERALIS VASORUM LYMPHATICORUM DISTRIBUTIO

Ex Cruikshank *Anatomie des Vaisseaux absorbans du corps humain.*

Corpus humanum repraesentat, in quo lymphatica vasa trans cutem apparere fingit. Ut autem profundiora a superficialibus facillime distinguantur, illorum decursus punctis exiguis indicatur, dum haec obscuris lineis descripta sunt.

In cruribus nempe lymphatica conspiciuntur profunda et superficialia; penis et testium. Plexus iliacus externus, lymphatico renis sinistri, tum et ventriculi.

Lymphatica hepatis, qui septem truncos efformant, cordis pariter et pulmonum vasa absorbentia delineata fuere.

Ductum thoracicum a lumborum vertebris initium ducere patet, et intestinorum absorbentia vasa cum eo cummunicare.

Brachiorum vasa lymphatica, capitis, et colli, et glandulae thyreoideae. Trunci tandem qui tam in dextro quam in sinistro colli latere inter jugularem et subclaviam venam aperiuntur in oculos facillime incurrunt.

TABULA CCVII.

VASA LYMPHATICA ARTUUM INFERIORUM

Ex Pauli Mascagni Vasorum lymphaticorum Corporis humani Historia et Ichnograhpia

FIGURA I.

Pedis et cruris partem externam ac anteriorem repraesentat cum coxae portione communibus integumentis expoliatam, ut in conspectum veniant vasa lymphatica mercurio injecta per eamdem plagam reptantia.

A. A. Tegumenta dissecta ac utrinque reclinata.
a. a. a. Trunci vasorum lymphaticorum, per quos injectio instituta fuerat.
b. c. d. e. f. g. Trunci, qui extrorsum ad partem posteriorem tendunt.
h. i. l. m. Trunci, qui ex parte interna ac inferiore coxae in posteriorem migrant.
1.-17. Trunci, qui in faciem internam cruris producuntur.
18.-23. Alii trunci, qui ex parte interna ac inferiore coxae in anteriorem transeunt.

FIG. II.

Interna et anterior facies pedis, cruris et coxae cum vasis lymphaticis, quae ex digitis, dorso, et partim ex planta pedis proficiscuntur.

A. A. Integumenta communia dissecta ac extrorsum revoluta.
a. Novem vasorum lymphaticorum trunci, per quos injectus fuerat mercurius, ex planta pedis provenientes.

b.c.d.e.f. Trunci, qui ex facie posteriore cruris ad internam se conferunt.

h.i.l.m. Alii trunci, qui ex posteriore coxae facie ad internam migrant.

n.n. Duo lymphaticorum trunci qui ex pollice proficiscuntur, per quos pariter immittebatur mercurius.

1.-17. Trunci vasorum lymphaticorum, quae ex anteriore in internam tibiae faciem producuntur.

18.-23. Trunci eorumdem vasorum quae ex externa in anteriorem coxae plagam veniunt.

o. Truncus, qui inter musculum sartorium et vastum internum ad lymphatica profunda cruralia se confert, ut cum iis conjungatur.

p.p. Sex glandulae conglobatae, in quas incurrunt lymphatica vasa.

q. Vena saphaena major, ejusdem ramis resectis.

TABULA CCVIII.

Vasa lymphatica artuum inferiorum repleta hydrargyro per duos tantum truncos immisso.

Ex eodem Opere

Dorsum pedis ostendit, faciem internam cruris et coxae.

A. A. A. Tegumenta extrorsum revoluta.

C. Os ilium.

D. Truncus saphaenae resectus.

E. Tres glandulae inguinales, in quas omnes lymphaticorum divisiones immittuntur.

1. Truncus lymphaticus, cujus rami ex tribus digitis minoribus procedebant.

2. Alius truncus, cujus rami ex pollice et primo minorum digito prodibant.

3. - 11. Trunci ex divisione priorum *1.* et *2.* enati, qui inter se communicant, et areas diversae magnitudinis intercipiunt, ac demum ab externa per anteriorem cruris faciem in internam porriguntur.

12. 12. Bini trunci qui subter vaginam tendinosam se insinuant.

13. 13. Locus, ubi iidem trunci *12. 12.* e vagina tendinosa emerguNt.

14. Truncorum divisiones qui profundius ac pinguedine obducti decurrentes, oculis paullisper se subducunt antequam glandulam subeant.

TABULA CCIX.

Vasa Lymphatica artuum inferiorum.

Ex Eodem Opere.

FIGURA I.

Cruris facies postica communibus integumentis denudata ac vagina tendinosa induta.

A. A. Malleoli.
B. Genu.
C. C. Clunium pars.
D. Portio musculi Glutaei majoris pinguedine obtecti.
E. Pars abductoris magni femoris.
F. F. Gracilis cruris.
G. G. Semimembranosus.
H. H. Semitendinosus.
I. I. Caput longum bicipitis cruris.
M. Ejus caput breve.
L. N. Vastus externus.
O. O. Musculus gemellus internus.
P. Gemellus externus.
Q. Soleus musculus, qui cum gemellis tendinem Achillis efformat *R.* calcaneo insertum.
a. a. Nervus saphaenus parvus ex poplitaeo interno derivans, qui vanam saphaenam parvam comitatur.
b. Alius nervulus poplitaei externi soboles, qui supra gastrocnemium externum decurrebat prope saphaenam parvam, ac cum alio saphaeno parvo *a. a.* infra malleolum externum in dorsum pedis porrigebatur.
c. c. Vena saphaena parva, quae cum socio nervo in externam pedis regionem producitur.

d. Ejusdem ramus qui ad internam pedis faciem et ad plantam transit.

l. l. Duo trunci lymphatici, qui ramis ex planta nascuntur, ac ab interna ejusdem facie ad externam transeunt; dein trajecto Achillis tendine in internam reclinantur.

n. n. n. n. Quatuor trunci, qui ex facia externa cruris in posteriorem veniunt, quorum, bini superiores in tres truncos *o. o. o.* dirimuntur, qui ad externam faciem coxae migrant; inferiores cum iis consociantur, qui ad latus internum coxae porriguntur.

p. Truncus, qui ex facie posteriore cruris in internam infra genu provehitur.

q Octo trunci ex iis, qui in posteriore cruris regione coadunantur, atque obliquo itinere poplitem transgressi in faciem internam coxae producuntur.

r. Truncus parvus saphaenus, qui inter pinguedinem poplitis oculis se subducit.

s. s. s. Octo lymphaticorum trunci qui ex facie posteriore coxae nascuntur ac ad internam ejusdem faciem se conferunt.

t. t. Sex lymphaticorum trunci, qui ab eadem facie enati per externam ad anteriorem coxae regionem feruntur.

u. Truncus ex clunium parte inferiore enatus per latus externum ad anteriorem coxae faciem tendens.

v. v. Duo trunci superiores, qui aeque ac praedictus *u.* in anteriorem coxae faciem se conferunt.

x. Truncus qui partim ex inferiore loco clunium, partim ex superiore coxae derivat, ac ad interiorem, ac superiorem coxae faciem porrigitur.

y. y. Duo trunci, qui ex inferiore clunium parte descendunt, ac dein superiora versus retorquentur ut in internam coxae faciem veniant.

FIG. II.

Planta pedis communibus velamentis denudata.

I. Pollex.

II. III. IV. V. Quatuor digiti minores.

S. S. Expansio plantaris.
T. Musculus abductor pollicis.
U. Abductor digiti minimi.
X. Tendo flexoris longi pollicis.
e. e. Lymphaticorum rami ex planta orti qui surculorum unione efformantur, et in truncos rediguntur, ut ad dorsum pedis per faciem externam migrent.
f. Rami qui ex eadem planta derivant, ac in quatuor truncos *g. g.* redacti ex facie interna ad pedis dorsum tendunt.
h. h. h. Tres trunci lymphatici qui ex ramis *e. e.* derivant, et in dorsum producuntur.
i. Truncus, qui ex planta procedit, ac dein juxta faciem cruris posteriorem decurrens in internam producitur.

FIG. III.

Detractis tegumentis, ac vagina tendinosa, atque musculis tibiali anteriore, extensore communi, et extensore proprio pollicis diductis, pedem, crus, et coxae portionem anterius sistit, ut in conspectum prodeat decursus vasorum lymphaticorum tibialium anteriorum cum nervis, ac vasis sanguineis gypso injectis.

A. A. Coxae pars.
B. Rotula.
C. C. C. Os tibiae.
D. D. Condyli tibiae.
E. E. Malleoli, scilicet internus, et externus.
I. Pollex.
II. III. IV. V. Digiti minores.
F. Portio vasti interni, qui sua expansione tendinosa cum rotula conjungitur.
G. Portio vasti externi, qui suo extremo tendinoso rotulae inseritur.
H. Tendo musculi recti cruris, qui in faciem anteriorem rotulae inseritur.
I. Ligamentum rotulae ex facie hujus anteriore in tuberculum tibiae productum.

K. Tendo bicipitis cruris, qui capitulum superius fibulae amplectitur.

L. Portio gastrocnemii.

M. Portio solaei.

N. N. Peronaeus longus partim ab extensore communi supra eum reclinato obtectus.

O. Tendo ejusdem peronaei longi.

P. Peronaeus brevis.

Q. Q. Extensor longus digitorum pedis a tibiali anteriori diductus, ac supra peronaeum longum reclinatus.

a. Tendo peronaei tertii, qui basi metatarsi digiti minimi inseritur.

b. c. d. e. Quatuor tendines extensoris communis, qui in ultimam digitorum minorum inseruntur phalangem.

R. R. Extensor proprius pollicis pedis.

f. Tendo ejusdem, qui in ultimam pollicis phalangem immittitur.

S. S. Tibialis anterior ab extensore communi diductus, ac supra os tibiae reclinatus.

g. Ejusdem musculi tendo, qui in os cuneiforme majus, ac in basim metatarsi pollicis inseritur.

T. Gastrocnemius internus.

U. Portio interna solaei.

X. Abductor pollicis

Y. Abductor digiti minoris.

Z. Ossa tarsi suis ligamentis insimul colligata.

h. Extensor brevis digitorum pedis in quatuor partes divisus.

i. Prior pars, quae suo tendine basi primae phalangis pollicis inseritur.

k. l. m. Ejusdem extensoris brevis reliquae partes, quae suis tendinibus usque ad ultimam phalangem trium digitorum subsequentium pertingunt.

n. o. Duo interossei externi, qui utrinque lateri basis primae phalangis primi digiti minorum innectuntur.

p. Interosseus externus ad secundum digitum minorum pertinens.

q. Quartus interosseus tertio minorum digito inserviens.

r. Ramus nervi, qui ex crurali procedit, et in faciem anteriorem, ac superiorem cruris per integumenta distribuitur, cujus rami dissecti conspiciuntur.

s. Nervus saphaenus ex ipso crurali enatus.

t. Ramus ejusdem anterior, ac superior, qui in anterioris faciei cruris tegumenta dispergitur.

u. Alius ramus, qui suis ramulis hic resectis per faciem anteriorem, et inferiorem cruris usque ad dorsum pedis producebatur.

w. Tertius, et major truncus, qui saphaenam comitatur, ac in dorsum, et in plantam pedis usque ad digitos suis ramis hic rescissis protenditur.

v. Ramus saphaeni *w*., qui cum alio ipsius saphaeni *u*. conjungitur.

x. Idem saphaenus truncus *w*., cum suis ramis resectis.

y. Nervus poplitaeus externus.

z. Ramus major poplitaei externi inter extensorem communem longum et peronaeum longum ad integumenta protensus.

1. 2. 3. Tres rami, in quos idem poplitaei ramus *z*. supra tibiae cum pede articulationem dispescitur. Quivis ramus in dorso pedis pluries bifariam divisus, usque ad digitorum extremitatem pertingit.

4. Nervus saphaenus parvus, qui infra malleolum externum in externam dorsi pedis plagam suis ramis porrigitur.

5. Ramulus ex poplitaeo interno eductus, ac in faciem anteriorem cruris cum sanguineis protensus, qui exinde in dorsum pedis producebatur.

6. Arteria tibialis antica.

7. Ramus ejusdem arteriae, qui ad musculum abductorem pollicis, et ad tegumenta faciei internae pedis protenditur.

8. Truncus ejusdem arteriae tibialis in pedem continuatus, qui paullo post a musculo extensore brevi contegitur.

9. Ramus major ejusdem trunci *8*., qui inter metatarsum pollicis, ac digiti proximi ad plantam pedis migrat, ut cum tibiali posteriore conjungatur.

10. Ramus, qui ex superiori 9. derivat, et in pollicem ac digitum proximum evanescit.
11. Ramus ab arteria tibiali anteriori in suprema ejus sede emissus, qui musculum tibialem anticum perforat, superiora versus ascendit, ut ad tegumenta genu obtegentia se producat.
12. Alius ramus, qui ex poplitaea in genu dispertitur.
13. Vena saphaena major, quae per internam faciem cruris decurrit usque in dorsum pedis.
14. Vena saphaena parva, quae dum ad dorsum pedis tendit, plures patitur divisiones, quae cum denuo conveniant, areas quasdam intercipiunt.
15. Saphaenae majoris 13., et saphaenae minoris 14. conjunctio supra mediam metatarsi sedem arcum maximum constituens, in quem influunt plures venosi rami ex digitis, planta pedis, et finitimis locis prodeuntes.
16. Ramus saphaenae parvae sub musculum extensorem brevem protensus, ut cum venis tibialibus anticis communicet.
17. Ramus saphaenae majoris cum iisdem tibialibus communicans.
18. Vena tibialis anterior intorsum arteriae accumbens.
19. Vena tibialis anterior eidem arteriae extorsum attigua.
20. Truncus lymphaticus tibialis anticus internus, qui ex planta pedis proficiscitur, ac inter metatarsum pollicis, ac digiti proximi cum vasis sanguineis in dorsum assurgit, per quod decurrens ad crus porrigitur.
21. Alius truncus, qui ex abductore pollicis proveniebat.
22. Concursus truncorum 20. 21. Hic truncus pone extensorem pollicis transit, juxta latus internum vasorum sanguineorum usque ad mediam cruris sedem protenditur, hinc pone vasa sanguinea ad externum eorumdem latus se confert, unde per eamdem plagam producitur ad
23. Plexum quemdam, qui hic loci nonnunquam reperitur, inde autem illius rami in unum concreti, cum
24. Trunco, qui ex musculo tibiali anteriori procedit,

25. Glandulam paullo supra vasis sanguineis extorsum accumbentem ingrediuntur.

26. Truncus ex glandula procedens, qui in duos ramos divisus cum vasis sanguineis per rimam superne inter tibiam, et fibulam interjectam ex anteriore cruris facie in posteriorem migrat, ut ad glandulas poplitis perveniat.

27. Alius truncus tibialium anteriorum, qui ex dorso pedis profectus hucusque pone vasa sanguinea decurrit, atque hic tantum ad latus externum eorumdem vasorum in conspectum prodit. Hinc vero redit pone vasa sanguinea, et cum ad mediam tibiae partem pervenerit ab iisdem vasis separatur, ac perforato ligamento interosseo cum lymphaticis peronaeis conjungitur.

FIG. IV.

Tegumentis detractis, flexore musculo brevi cum expansione plantari resecto, ac antrorsum reclinato, discisso et paullisper diducto musculo abductore pollicis, exhibet interiorem plantae pedis sedem, ut pateat decursus lymphaticorum profundorum eodem in loco, cum vasis sanguineis gypso repletis, ac nervis.

A. Calcaneum.

I. Pollex.

II. III. IV. V. Quatuor digiti minores.

B. Portio flexoris brevis, ac expansionis plantaris tuberi calcanei adhaerens.

C. Flexor brevis antrorsum revolutus.

a. b. c. Tres tendines ejusdem musculi flexoris brevis, ad primam phalangem trium priorum digitorum minorum scissi, ut tendinibus flexoris longi transitum concedant, qui secundae phalangi singuli duobus extremis innectuntur.

d. Quartus flexoris brevis tendo ad digitum minimum pertinens resectus.

D. Tendo flexoris longi digitorum pedis.

E. Eiusdem caput breve, qui ex calcaneo duobus distinctis originibus enascitur.

e. f. g. h. Tendines, in quos flexor longus dividitur, qui per rimas tendinum flexoris brevis transeuntes ultimae digitorum phalangi inseruntur.

i. i. Lumbricalis primus a primo tendine flexoris communis enascens.

l. l. Lumbricalis alter a primo et secundo tendine ejusdem flexoris ortus.

m. m. Lumbricalis tertius a secundo, et tertio ipsius musculi tendine profectus.

n. n. Lumbricalis quartus a tertio, et quarto tendine proveniens.

Omnes hi musculi suis tendinibus innectuntur tuberculo primae phalangis pollicem respicienti, et cum extensoribus communicant tenui quadam expansione.

o. Musculi interossei interni portio inter pollicem, ac digitum prossimum sita.

p. Musculi interossei externi portio ad tertium digitum minorum pertinens.

q. q. Interosseus internus ad eundem digitum spectans.

F. Abductor pollicis in sua origine resectus, ac Paullisper diductus.

G. Tendo ejusdem abductoris pollicis, qui sesamoideo interno, ac basi primae phalangis inseritur.

H. Flexoris brevis pollicis portio ad sesamoideum internum pertinens.

I. Alia ejusdem flexoris brevis pollicis portio ad sesamoideum externum pertinens.

K. Tendo flexoris longi pollicis ultimae ejusdem phalangi insertus.

L. Musculus transversalis pollicis, qui a capitulo metatarsi digiti minimi ad sesamoideum externum pollicis producitur.

M. Abductor digiti minimi.

N. Expansio tendinosa, qua tegitur abductor digiti minimi, tuberositati metatarsi, ejusdem digiti inserta.

O. Pars carnea ejusdem musculi nuda, quae tendinem emittit

faciei externae basis primae phalangis digiti minoris insertum.

P. Flexor brevis digiti minimi.

r. Nervus plantaris externus poplitaei tibialis soboles.

s. Ramus major ejusdem plantaris, qui deinde pone tendines flexoris communis longi, ac lumbricales occultatur.

t. Alius nervi plantaris externi ramus, qui inter digitos *IV.* et *V.* dividitur, ac juxta eorundem latera, quibus se respiciunt, decurrens per tegumenta evanescit.

u. Tertius nervi plantaris externi ramus, qui bifariam dividitur.

v. Ramus tertii nervi plantaris resectus, qui ad tegumenta faciem externam pollicis obtegentia properabat.

w. Alter ramus ejusdem nervi tertii plantaris, qui rursus dispescitur in

x. y. Duos ramos, quorum prior *x.* ad digitum minimum per plantam progreditur, alter *y.* protenditur in dorsum pedis.

1. Ramus plantaris internus in tres alios diremptus, quorum.

2. 2. Duo rami resecti fuerunt.

3. Tertius autem ramus denuo divisus in dorsum pedis producitur.

4. Truncus ejusdem nervis plantaris major.

5. Primus ejusdem trunci ramus.

6. Alter ramus, qui in duos alios dividitur.

7. Ramus, qui secundum latus internum pollicis decurrit.

8. Ramus alter, qui supra primum lumbricalem excurrens inter *I.* ac *II.* digitum bifariam dividitur, ut altero ramo per latus externum pollicis, altero per latus internum primi minorum progrediatur.

9. 10. Rami ex primo nervi plantaris interni ramo *5.* procedentes eodem modo ac superiores in digitos *II.*, *III.*, et *IV.* distributi.

11. Arteria tibialis postica, ubi ex crure in plantam pedis porrigitur.

12. Ejusdem arteriae tibialis truncus plantaris externus.

13. 13. Truncus arteriae plantaris internae.

14. Ramus trunci plantaris interni qui sub caput breve flexoris longi se subdit.

15. 16. Arteriae plantaris internae rami, qui ad pollicem, et primam digitum minorem pertingunt.

17. Ramus arteriae plantaris externae, qui ad digitum minimum porrigitur.

18. Ramus major ejusdem arteriae plantaris externae, qui sub flexores, et lumbricales se infert, ut profundius cum arteria tibiali anteriore concurrens arcum efformet, unde plurimi nascuntur rami, inter quos.

19. 19. 19. Tres rami, qui subter musculum transversalem pollicis transeunt, quorum unusquisque bifariam divisus in latera se mutuo respicientia duorum proximorum digitorum, scilicet *II.*, et *III.*, *III.*, et *IV.*, *IV.*, et *V.* dispertitur. Cum autem accesserint ad digitorum apicem, uterque ramus ad eundem digitum pertinens socium versus flectitur, ut ambo in arcum uniantur.

20. 20. Duo venae tibiales posticae, quae in plantam productae inter se communicant, ac alios edunt truncos, ramosque, quorum bini singulos truncos ramosve arteriarum perpetuo comitantur.

21. 21. 21. Lymphaticorum trunculi, qui ex digitis procedunt, ac profunde in planta pedis occultantur.

22. 22. Alii trunci lymphatici ex pollice, et digito *II.* prodeuntes, qui in truncum unicum majorem rediguntur.

23. Truncus ex truncorum *22. 22.* unione efformatus, qui sanguinea vasa plantaria interna comitatur, et postquam sua divisione aream quandam efformaverit in

24. Truncum rursus coalescit, qui ad tibiam protensus, et cum aliis lymphaticis conjunctus truncos tibiales posteriores edit.

25. Truncus ex digito minimo procedens.

27. Alius truncus abscissus, qui ex tegumentis plantae pedis prodibat.

28. Truncus ex concursu ramorum *25. 26.* et *27.* enatus.

29. Idem truncus ad tibiam decurrens.

30. Truncus, qui pone caput breve flexoris longi ex profundioribus plantae pedis locis emergit.

31. Ramus, qui ex pinguedine caput breve flexoris longi extrorsum obtegente prodit.

32. 33. Diversi rami, per quos praedicti trunci majores inter se communicant.

TABULA CCX.

Laeva clunium pars communibus velamentis denudata cum lymphaticis superficialibus.

A. A. A. A. A. A. Tegumenta in latera revoluta.

B. Clunium pars dextera suis tegumentis obtecta.

C. C. Lumbi communibus integumentis adhuc obducti.

D. D. Coxae pars suprema.

E. Musculus glutaeus major.

F. Glutaeus medius.

G. Tensor vaginae femoris.

1. Lymphaticus truncus, qui ex inferiore clunium parte, ac e superiore coxae suis ramis proficiscitur, et in anteriorem coxae faciem protenditur.

2. 3. 4. 5. 6. 7. Lymphaticorum trunci, qui ex parte media ac inferiore clunium procedunt.

8. Truncus, qui ex inferiore ac posteriore clunium facie enatus superiora versus ascendit; dein in arcum extrorsum revolutus sensim flectitur deorsum, ut obliquo cursu ad extimam ac supremam coxae faciem veniat. In hunc truncum tres majores trunci confluere observantur.

9. 10. 11. 12. 13. Alii trunci, qui ex superiore clunium facie in anteriorem, ac superiorem coxae oblique descendunt. Qui supremo in loco sedent suis ramulis ex lumbis etiam derivant.

14. Truncus, qui musculum glutaeum majorem perforat, ac ad profundos musculorum clunium migrat.

15. 16. 17. Tres trunci, qui ex inferiore clunium facie profecti ad superiorem et internam coxae faciem descendunt. Omnes hi trunci in inguinis glandulas concurrunt, quorum continuationem Tabula exhibet, quae statim hanc sequitur.

TABULA CCXI.

Facies anterior abdominis, superior et anterior coxae sinistrae cum pene, scroto, glandulis inguinalibus.

A. A. Communia integumenta dissecta et extrorsum revoluta.

1.- 12. Duodecim lymphaticorum trunci, in Tabula praecedenti iisdem notis indicati, ut pone qui a clunibus procedunt.

13.- 18. Sex trunci ex lumbis provenientes.

a. b. c. d. e. f. g. h. i. l. m. n. Duodecim vasa abdominis superficialia.

o. o. Bini trunci penis superficiales.

p. Truncus ex scroto ad glandulas inguinales tendens.

q. q. q. Tres trunci, qui ex inferiori clunium parte, ac ex suprema et interna coxae regione ad easdem glandulas veniunt.

r. r. r. Continuatio vasorum, quae ex artubus inferioribus ad glandulas inguinales procedunt.

s. s. s. s. Glandulae inguinales, in quas trunci praedicti se immittunt.

t. Vena saphaena, discissis ramis, qui ex glandulis, ac ex circumposita pinguedine prodibant.

u. u. Trunci lymphatici, qui ex glandulis inguinis sub Falloppii ligamento se insinuant, ut in cavitatem abdominis ingrediantur.

TABULA CCXII.

Lymphatica artuum inferiorum profunda a plantae pedis usque ad glandulas poplitis.

FIGURA I.

Facies externa pedis et posterior cruris cum coxae portione, et decursus truncorum lymphaticorum, quos parvos saphaenos nominant.

A. A. A. A. Integumenta communia dissecta, ac in latera reclinata.

B. Malleolus externus.

C. Portio musculi bicipitis cruris.

D. Portio semimembranosi.

E. Portio semitendinosi.

F. Plantaris.

G. Gastrocnemius externus.

H. Gastrocnemius internus.

I. Solaeus.

L. Tendo achillis.

a. Nervus ischiadicus, qui in poplitaeos dividitur.

b. Nervus poplitaeus externus, qui per faciem interiorem bicipitis ad caput fibulae producitur.

c. Poplitaeus internus resectus.

d. Ramus, qui ex divisione ischiadici prodibat, ac ad musculos gastrocnemios properabat, hic resectus.

e. Nervus parvus saphaenus ex poplitaeo interno ortus, qui per faciem posteriorem cruris decurrit, ac pone malleolum externum ad latus externum pedis protenditur.

f. Arteria poplitaea.

g. Vena poplitaea.

h. h. h. Vena saphaena parva cum sua origine a poplitaea hic se-

secta, quae per faciem posteriorem inter gastrocnemios excurrens ad pedem producitur pone malleolum externum.

i. Vas lymphaticum parvum saphaenum, qui ab externa pedis facie huc appellit.

l. Truncus superficialium, qui cum praedicto *i.* conjungitur.

m. Alius ramus, qui ex profundioribus locis derivat.

n. n. Truncus ex praedictorum unione efformatus, qui cum vena saphaena parva ad poplitem producitur, et in

o. Glandulam latentem in pinguedine immittitur.

p. p. Aliud lymphaticum saphaenum parvum, qui venam saphaenam ab interno latere comitatur, ac ad eamdem glandulam *o.* se confert.

q. Truncus ex glandula *o.* proveniens, qui in alios diremptus ad glandulas profundiores poplitis tendit, ubi cum tibialibus, et peronaeis conjungitur.

r. Binae glandulae ex profundioribus poplitis.

s. Truncus ex peronaeis, qui in easdem glandulas se demergit.

t. Alius truncus ex tibialibus posticis, qui in praedictas glandulas se inserit.

u. Truncus, qui ex iisdem glandulis procedit, ac inter venam ac arteriam poplitaeam se occultat.

v. Alius major truncus ex iisdem glandulis procedens, qui supra poplitaeam venam decurrit.

1. Truncus ex superficialibus, qui ab externa cruris facie ad posteriorem migrat, atque bifariam dispescitur.

2. Prior truncus ex hac divisione procedens, qui supra saphaenos transit, ac denuo in

3. 3. Duos alios dirimitur truncos, qui posteriorem transgressi ad internam cruris faciem migrant.

4. Alter truncus, qui supra faciem externam solaei, ac supra gastrocnemium decurrens in plurimos dividitur ramos, qui omnes supra saphaenos parvos transeundo ad gastrocnemium internum veniunt, ac deinde ex posteriore cruris facie in internam cruris et coxae provehuntur.

5. 5. Duo trunci ex praedicto *4.* enati, qui ad internam cruris faciem se conferunt.

6. 6. Quatuor trunci ex eodem *4.* orti, qui ad interiorem coxae faciem transeunt.

FIG. II.

Lymphatica profundiora plantae pedis.

I. Pollex.
II. III. IV. V. Digiti minores.
A. Os calcanei.
B. Os cuboide.
C. Cuneiforme majus.
D. Apophysis, quae latus externum basis metatarsi digiti minimi occupat.
E. E. Articulationes metatarsorum cum primis digitorum phalangis.
F. Ossa sesamoidea, quae ad articulationem metatarsi pollicis cum sua phalange inveniuntur.
G. Ligamentum calcanei.
H. Vagina a ligamento laterali interno efformata juxta faciem anteriorem et internam astragali sita, per quam transit musculus flexor longus digitorum.
I. Alia vagina ab eodem ligamento in calcaneo efformata, per quam transit flexor longus pollicis.
K. Musculi tibialis postici tendo.
L. Tendo peronaei longi, qui per sinum cuboidis ad plantam pedis migrat.
M. Tendo peronei brevis tuberositati metatarsi digiti minimi insertus.
N. Tendo flexoris longi digitorum antrorsum reclinatus.
O. Caput breve ejusdem resectum, ac eidem tendini adfixum.
O. † Ejusdem portio tuberculo calcanei minori adnexa.
P. P. Tendo flexoris longi pollicis ultimae phalangi insertus.
Q. Communicationes inter tendines flexoris pollicis, ac digitorum minorum.
a. b. c. d. Quatuor tendines, in quos dirimitur tendo flexoris lon-

gi, ultimae digitorum minorum phalangi inserti.

e. f. g. h. Portiones tendinum flexoris brevis digitorum.

i. l. m. n. Quatuor musculi lumbricales suis tendinibus tuberculis primae phalangis digitorum minorum, quibus pollicem respiciunt, inserti.

R. Abductor pollicis resectus.

S. Portio transversalis pedis sesamoideo externo adhaerens.

T. Portio flexoris brevis pollicis ad sesamoideum internum pertinens.

U. Alia portio, quae sesamoideo externo inseritur.

V. Portio adductoris pollicis, quae sesamoideo externo innectitur.

W. Portio abductoris digiti minimi.

X. Flexor brevis digiti minimi a ligamento quodam lato enascens, ac basi primae phalangis ejusdem digiti insertus.

o. p. q. Tres interossei interni pedis.

r. s. t. u. Quatuor interossei externi.

1. Nervus poplitaeus internus tibialis, qui in plantam pedis producitur, ac in tres dividitur ramos majores.

2. Primus ramus resectus, qui pluries diremptus per tegumenta calcanei, ac per abductorem pollicis dispergebatur.

3 Alter ramus plantaris internus dictus, pariter resectus.

4. Tertius ramus, seu plantaris externus.

5. Ramus plantaris externi resectus, qui in abductorem digiti minimi, ac in caput breve flexoris longi dividebatur.

6 6. Alii rami ejusdem nervi pari modo resecti.

7. Continuatio ejusdem plantaris externis.

8. Primus ramus ejusdem inter digitum *IV.* et *V.* decurrens, qui suis ramulis in flexorem brevem digiti minimi, in interosseum internum sive inferiorem ejusdem digiti, ac in interosseum externum digiti *IV.* distribuitur.

9. Secundus ramus, qui inter digitos *III.* et *IV.* decurrens per interosseum internum digiti *IV.*, ac per externum digiti *III.* dispergitur.

10. Tertius ramus, qui in duos alios dirimitur.

11. Prior nempe, qui inter digitum *III.* et *II.* excurrens se di-

vidit ad interosseum internum digiti *III.*, ac ad interosseum externum secundum digiti *II.*

12. Alter, qui inter pollicem, ac digitum proximum in interosseum primum hujus digiti dispertitur.

13. Ramuli, qui ex trunco plantaris externi proveniunt, ac in basim interosseorum se dividunt.

14. Ramus resectus, qui pariter ex eodem trunco separatim prodit, ac in adductorem pollicis dividebatur.

15. Arteria tibialis postica, quae in plantarem externam, et internam dirimitur.

16. Plantaris interna.

17. Plantaris externa.

18. Tibialis antica.

19. 19. Trunci qui ex eodem arcu ad digitos tendunt.

20. 20. Rami ex eodem arcu provenientes, qui in musculos interosseos disperguntur.

21. 21. Venae tibiales posticae, quae arterias suis divisionibus per plantam ac digitos ubique comitantur, ac cum tibialibus anticus conjunguntur.

22. 22. Lymphaticorum trunci, qui ex digitis, ac ex musculis interosseis derivant.

23. Truncus lymphaticus major ex superiorum *22. 22.* confluxu enatus, qui ex planta pedis ad dorsum cum venis tibialibus anticis transit.

24. 24. Alii trunci ex digitis, ac ex musculis interosseis profecti, ac in duos truncos coeuntes, qui ad formationem tibialium posticorum concurrunt.

FIG. III.

Lymphatica tibialia postica et peronaea ex pede ad glandulas poplitis exporrecta

A. Portio ossis femoris.

B. Facies interna ossis tibiae.

C. C. Portio fibulae.

D. Malleolus internus.
E. Tuberositas posterior ossis calcanei.
F. Astragalus.
G. Pollex.
H. Portio musculi bicipitis cruris.
I. Portio semimembranosi
L. Portio semitendinosi.
M. Musculus popliteus, qui ex latere externo condyli externi, ac ex dorso cartilaginis falcatae externae nascitur, ac faciei posteriori et superiori tibiae inseritur.
N. Portio gastrocnemii interni cum portione solei conjuncta.
O. Portio gastrocnemii externi.
P. Portio musculi solaei cum tendine achillis conjuncta.
Q. Musculus plantaris ex radice condyli externi ortus, ac suo tendine in expansionem producto lateri interno calcanei insertus.
R. Pars musculi peroneai longi.
S. Peronaei brevis pars.
T. Tibialis posticus.
U. Flexor longus digitorum, qui ex tibia ortus suo tendine ad plantam pedis per canalem in facie interna astragali insculptum migrat.
V. Flexor longus pollicis paullisper diductus, qui suo tendine per canalem in calcaneo insculptum ad plantam pedis transit.
W. Abductor pollicis.
a. Nervus ischiadicus in duos truncos divisus.
b. Major ejusdem ischiadici ramus, ischiadicus tibialis, tibialis posticus, vel poplitaeus internus aliis dictus.
c. Alter ramus minor ischiadici, ischiadicus externus, ischiadicus minor, tibialis anterior, aut poplitaeus externus etiam appellatus.
d. Ramus resectus, qui ex divisione ischiadici ortus ad musculos gastrocnemios, ac solaeum tendebat.
e. Parvus saphaenus pariter resectus.
f. f. Poplitaeus internus, qui per tibiam vasis sanguineis ex-

trorsum accumbit, ac in plantam pedis pone originem abductoris pollicis transit.

g. Poplitaeus externus, qui pone musculum peronaeum longum se occultat.

h. Arteria poplitaea resecta, ac extrorsum revoluta.

i. Rami resecti, quos eadem arteria in poplite emittit.

k. Ejusdem arteriae divisio in tibialem posticam, ac in truncum tibiali anticae, ac peroneae communem.

l. Tibialis postica, quae juxta tibiam decurrens primo supra musculum poplitaeum, dein supra flexorem longum digitorum transit, ac ad plantam pedis cum nervo poplitaeo interno *f.f.* producitur, cujus rami maxima ex parte prope eorum originem resecti apparent.

m. Truncus tibiali anticae ac peroneae communis

n. Tibialis antica, quae inter tibiam et fibulam ex posteriore in anteriorem cruris faciem transit.

o. o. Peronaea, quae pone musculum flexorem longum pollicis occultatur, ac denuo inter tibiam et fibulam infra eundem musculum apparet.

p. Arteria nutrititia, quam peronaea suppeditat fibulae. Alii rami, quos ad musculos, et alias partes emittit, prope originem resecti fuerunt.

q. Vena poplitaea resecta, ac extrorsum reclinata. Haec suis divisionibus arterias ubique comitatur continuo binis truncis aut ramis, qui utrinque arteriae truncos, et ramos sequuntur.

r. Truncus lymphaticorum tibialium posteriorum, qui directae juxta latus externum venae externae decurrens in glandulam ad latus internum venae popliteae sitam se immittit.

s. Alius tibialium truncus, qui in plures dividitur ramos vasa sanguinea vario modo amplectentes, quorum aliqui denuo conjunguntur, ac cum praedicto communicant, ut tandem partim in glandulam praedictam, ac partim in aliam vasis sanguineis antrorsum ipso in poplite appositam se inserant.

t. Tertius truncus, qui pone sanguinea decurrens tandem extrorsum prodit, ac cum praedicto *r.* conjungitur.

u. Truncus peronaeorum, qui circa tibiam in duos dividitur ramos.

v. Ramus internus, qui cum trunco *r.* conjungitur.

w. Alius ramus, qui cum tibiali antico coalescit.

x. Alius peroneorum truncus.

y. Truncus ex osse fibulae adveniens, qui cum praedicto conjungitur.

z. Tibialis anticus, qui cum venis ex facie anteriore cruris in posteriorem migrat.

1. Truncus ejusdem resectus in figura prima litera *s.* indigitatus, qui ad alias glandulas superius vasis sanguineis in poplite accumbentes in eadem prima figura litera *r.* indicatas tendebat.

2. Alius truncus, qui in glandulam latus externum venae popliteae occupantem se immittit.

3. Trunci resecti, qui ex glandulis litera *r.* in figura prima expositis prodibant.

4.4.4. Glandulae, ubi concurrunt lymphatica profunda cruris, quae latera vasorum sanguineorum occupabant.

5.5. Glandulae, quae pone sanguinea vasa jacebant.

6.6. Trunci resecti, qui ex duobus supremis glandulis prodibant.

TABULA CCXIII.

Vasa lymphatica artuum inferiorum profunda ex poplite, quo adducta fuerunt in praecedentibus iconismis, per coxam usque ad glandulas inguinales profundas.

A. A. A. A. Integumenta dissecta, ac in latera reclinata.
B. Os Ilium.
C. Os Pubis.
D. Coxa supra genu resecta.
E. Musculus tensor vaginae femoris.
F. Musculus sartorius inferius extrorsum revolutus.
G. Rectus cruris.
H. Vastus internus.
I. Portio iliaci interni cum psoa.
L. Musculus pectinaeus.
M. Adductor longus femoris, qui ex synchondrosi ossium pubis, ac ex eorumdem tuberculo ortus lineae asperae circa mediam femoris longitudinem inseritur
N. Portio adductoris magni.
O. Gracilis.
P. Vena saphaena cum quibusdam lymphaticis superficialibus ac glandulis introrsum reclinata.
a. Nervus cruralis resectus, ac extrorsum reclinatus.
b. Ejusdem portio inferior resecta, ac extrorsum pariter deducta.
c. Vena cruralis a suo situ ad latus externum arteriae cruralis supra nervum cruralem, ac musculum iliacum internum adducta ut lymphatica, quae pone eandem venam sedent, conspiciantur.
d. Trunci qui ex musculis in eamdem venam confluunt.
e. Vena cruralis circa poplitem cum aliis partibus cox e resecta.

f. Arteria cruralis.

g. Eadem arteria circa tertiam coxae partem resecta.

h. Alia portio ejusdem arteriae.

i. Lymphatica, quae ex glandulis poplitis procedunt, ac secundum vasorum sanguineorum cruralium ductum decurrendo in plures dispertiuntur ramos, qui eadem vasa vario modo amplectuntur.

l. Quaedam glandula, quam unica tantum vice hoc loco inveni.

m. Lymphaticorum rami ex divisione truncorum *i.* enati, qui inter venam, ac arteriam decurrebant paullisper in latus internum ducti.

n. Binae glandulae superficiales inguinis in latus internum ductae.

o. Binae glandulae inguinales profundae inferius sitae, ex quarum suprema plexum lymphaticorum ad glandularum superficialium infimam emittitur.

p. Quinque aliae glandulae inguinales profundae, quae inter se, cum reliquis profundis *o.*, et cum binis superficialibus *n.* plexuum ope conjunguntur.

q. Lymphaticorum trunci, qui ex supremis glandulis pone venam cruralem sitis in abdominis cavitatem per anteriorem coxae faciem penetrant.

r. Alii trunci, qui supra arteriam cruralem, ac ad ipsius latera decurrentes sub ligamentum Poupartii in abdomen penetrant.

s. Alii trunci, qui venae antrorsum accumbentes per eamdem viam in abdomen transeunt.

TABULA CCXIV.

Demonstrat glandulas poplitis profundas suo in situ cum lymphaticis, quae ad eas appellunt, atque exinde assurgunt; glandulas sanguineis vasis appositas, et lymphatica ex musculis glutaeis per easdem trajicientes; eadem lympatica ex incisura ischiadica ad pelvis glandulas adducta; obturatoria; circumflexa coxae; demum cruralium concursum circa vasa sanguinea cruralia, eorumque in abdomen transitum, atque decursum usque ad postremam lumborum vertebram.

FIGURA I.

B. Crista ossis ilii.
C. C. Tuberositates ossium ischii.
D. Trochanter magnus femoris, seu externus.
F. Portio nuda fibulae.
G. Portio coccygis.
H. Facies posterior penis.
K. Portio glutaei majoris dexteri.
L. L. Gluteus internus proxime ad suam insertionem rescissus, ac superius, et in latus internum revolutus ut faciem anteriorem, seu internam ostendat.
M. Portio ejusdem glutaei, quae ex coccyge provenit.
N. Originis pars ejusdem musculi a crista ossis ilii.
O. Pars tendinea ejusdem musculi fibris carneis interspersa resecta, qua inseritur parti superiori eminentiae, quae incipit a radice trochanteris externi, ac deorsum porrigitur.
P. P. Glutaeus medius proxime ad suam insertionem recisus, ac superius, et extrorsum revolutus ut conspiciatur facies anterior seu interior ejusdem.
Q. Tendo ejusdem resectus ubi trochanteri majori a sua radice ad apicem oblique inseritur.

R. Musculus plantaris a suo tendine separatus, ac extrorsum revolutus.

S. Portio gastrocnemii externi circa suam a condylo externo originem dissecta.

T. Portio gastrocnemii interni pariter dissecta circa suam a condylo interno originem.

U. Portio solaei recisa circa originem ejusdem a facie posteriore capitis fibulae.

V. Alia portio pari modo resecta, qua originem sumit ab eminentia obliqua, quae in facie posteriore ac superiore tibiae invenitur.

W. Musculi peronaei longi portio, qua a fibula oritur.

X. Portio flexoris pollicis.

a. a. Musculi levatores ani coccygi adfixi.

b. b. Sphincter ani externus, qui ex apice coccygis derivat, ac bulbo urethrae inseritur.

c. c. Sphincter ani internus.

e. e. Corpora cavernosa.

f. Glans penis.

g. Urethrae orificium.

h. Vallecula, in quam frenulum inseritur.

i. † *i.* † Acceleratores, qui bulbum, ac principium urethrae suis fibris obliquis amplectuntur.

i. i. i. i. Erectores penis, qui ex facie interna tuberis ischii nascuntur, ac in corpora cavernosa, eadem tendinea expansione amplectentes, inseruntur.

k. k. Transversi perinaei.

m. m Glutaeus minor, qui oritur a dorso ossis ilium, ac faciei anteriori, ac exteriori trochanteris majoris adnectitur extremo tendineo.

n. n. Musculus pyriformis, qui per incisuram ischiadicam ad trochanterem majorem producitur, ac suo tendine parti internae, ac anteriori ejusdem infigitur.

o. o Geminorum superior a precessu acuto ischii ortus.

p. p. Geminorum inferior a facie externa tuberis ischii enatus.

q. q. Obturator internus, qui ex cavitate pelvis per sinum luna-

tum inter tuberositatem ac processum acutum ischii egreditur, ac inter geminos decurrens, tandem cum iisdem geminis conjunctus tendine communi facici internae ac anteriori trochanteris majoris innectitur.

r. r. Quadratus femoris ab exteriore margine tuberis ischii ortus, ac insertus oblongae eminentiae, quae e posteriore parte radicis trochanteris majoris, ac infra eam in femore observatur.

s. s. Adductoris magni a tuberositate ischii provenientis portio, quae a communibus tegumentis tantummodo obtegitur.

t. t. t. t. Idem adductor magnus infra musculos semitendinosum, et semimembranosum lineam asperam versus exporrectus.

u. u. Alia ejusdem musculi portio, qua ad condylum internum femoris producitur.

v. Rima ab ejusdem musculi divisione efformata, per quam vasa sanguinea ac lymphatica transeunt.

w. w. Vasti externi portio.

x. Biceps cruris.

y. Caput longum bicipitis, quo oritur a facie posteriore et interna tuberis ischii cum musculo semitendinoso conjunctum.

z. Caput breve ejusdem, quod ab inferiore parte lineae asperae oritur infra insertionem musculi glutaei majoris, ac statim cum capite longiore conjungitur.

1. 1. Tendo, qui ex capitum concursu emergit, ac caput fibulae amplectitur, cui inseritur.

2. 2. Musculus semimembranosus partim a semitendinoso obtectus.

3. Tendo ejusdem, qui tibiae capiti juxta latus internum inseritur.

4. 4. Musculus semitendinosus a facie postica tuberis ischii ortus.

5. Tendo longus ejusdem musculi semitendinosi, qui supra faciem posteriorem condyli interni transit, ac ad ipsius latus internum flectitur ut ad radicem tuberculi tibiae porrigatur.

6. 6. Musculus gracilis, qui a margine ossis pubis, ac a ligamen-

to synchondrosis nascitur, ac suo tendine ad radicem tuberculi tibiae producitur.

7. 7. Portio carnosa musculi sartorii usque ad condylum femoris producta, cujus tendo exinde antrorsum reclinatus gracilis et semitendinosi tendines tegit, ac radici tuberculi tibiae innectitur.

8. 8. Nervi, qui ex plexu nervorum sacrorum derivant, ac supra musculum pyriformen per incisuram ischiadicam ad glutaeum medium, ac minorem feruntur.

9. 9. 9. Nervi, qui ex ischiadico enati per glutaeum majorem dividuntur.

10. 10. Rami eorum resecti, qui pone musculum glutaeum majorem ad integumenta coxae progrediebantur.

11. Truncus resectus, qui ad tegumenta coxae, ac cruris producebatur; raro invenitur.

12. 12. Nervus ischiadicus, qui dum ad poplitem producitur in duos dividitur truncos.

13. Prior ac minor, seu poplitaeus externus.

14. Locus, in quo idem nervus supra fibulae caput a tegumentis tantummodo contegitur, unde in rimam peronaei longi se occultat.

15. Ramus quem ad tegumenta faciei posterioris cruris emittit.

16. 16. Alter major truncus a nervo ischiadico procedens, seu poplitaeus internus.

17. 17. Ramus, qui ab eodem popliteo prodit, seu saphaenus parvus.

18. 18. Duo rami ejusdem poplitaei interni, qui ad musculos gastrocnemios, ac solaeum ferebantur.

19. 19. Alius ramus ex eodem nervo ortus, qui cum arteria tibiali antica ex posteriore in anteriorem cruris faciem migrat.

20. 20. Ejusdem poplitaei per superiorem tibiae partem decursus.

21. 21. Ramus, qui in flexorem longum digitorum ac policis, et in tibialem posticum dividitur.

21. † 21. † Nervus pudendus inferior.

22. 22. Nervuli per urethram decurrentes.

22. † Truncus arteriae iliacae posticae, qui supra musculum pyriformen per incisuram ischiadicam ad musculos glutaeos producitur.

23. 23. Primus truncus ejusdem arteriae iliacae posticae, qui exteriora versus protenditur, ac suis ramis in glutaeum medium, minorem, ac pyriformem dispertitur.

24. Alius truncus, qui pone musculum glutaeum medium se occultat.

25. Tertius truncus, qui in duos dividitur ramos, quorum prior per glutaeum medium, alter per majorem dividebatur.

26. Hujus rami resecti, qui per tegumenta dispergebantur.

27. 27. Quartus, et quintus truncus ejusdem iliacae posticae, qui in glutaeum majorem dividuntur.

28. Arteria ischiadica, quae cum nervo ischiadico infra musculum pyriformem ex pelvi egreditur.

29. Ramus ejusdem arteriae, qui in musculos pyriformem, ac geminos dividitur, et supra trochanterem majorem suis ramis producitur.

30. Alius ramus, qui per musculos geminos, obturatorem internum, quadratum, ac per nervum ischiadicum dirimitur. Hic cum superiori communicat.

31. Tertius, qui pluries diremptus in substantiam glutaei majoris se occultat.

32. Quartus et major truncus, qui per interiorem aut anteriorem glutaei majoris faciem longius protenditur ubi in plurimos ramos dispertitus maxima ex parte in substantiam musculi se demergit.

33. 33. Rami ejusdem trunci resecti, qui ad tegumenta producebantur.

34. 34. Arteria haemorroidaea externa, sive pudenda communis.

35. Rami ejusdem arteriae, qui supra faciem posteriorem tuberis ischii. ac in musculos proximos disperguntur.

36. Rami, qui in musculos erectores penis se immittunt.

37. Truncus, qui in plures dividitur per musculum accelera-

torem ac bulbum urethrae, cujs major ramus per integumenta perinaei dividebatur.

38. Ramus profundus, et major arteriae pudendae, seu arteriae penis.

39. 39. Rami, qui tegumenta, ac musculos podicis dividuntur.

40. Rami profundiores, qui per musculos elevatores ani, ac per pinguedinem iis circumpositam dirimuntur.

41. 41. Rami arteriae penis, qui ex facie anteriore in posteriorem producuntur.

42. Arteriae circumflexae ramus, qui per quadratum ac caput longum bicipitis dividitur.

43. Ramus ejusdem resectus, qui ad glutaeum majorem tendebat.

45. Alius ramus, qui ad faciem posteriorem pari modo producitur, ac cum praedicto conjunguntur.

46. Rami ex praedicto *45.* resecti, qui per glutaeum majorem, ac per integumenta dispergebantur.

48. 48. Continuatio ramis *45.*, quae in adductorem magnum, in caput longum bicipitis, in semimembranosum, ac semitendinosum suis ramis dividitur, ac in eorumdem substantiam se demergit. Aliqui ramuli ad tegumenta producebantur.

49. Truncus arteriae cruralis, qui ex facie interna coxae per rimam adductoris magni in faciem posteriorem venit, ac arteriae popliteae nomen adsciscit.

50. 50. Arteria popliteae maxima ex parte a vena obtecta.

51. Ramus arteriae popliteae, qui in musculum semimembranosum maxima ex parte dividitur.

52. Alius ramus, qui sub bicipitem se occultat.

53. 53. Rami articulares superiores genu, externus nempe, atque internus.

54. 54. Articulares inferiores tibiae.

55. 55. 55. 55. Rami resecti, qui per musculos gastrocnemios, faciem posteriorem solaei, ac tegumenta faciei posterioris cruris dividebantur.

56. Arteriae popliteae divisio in tibialem posticam, ac truncum communem arteriae peroneae, ac tibiali anticae.

57.57. Tibialis postica.

58. Truncus communis tibiali anticae, ac peroneae.

59. Tibialis antica, quae ad faciem anteriorem transit.

61.61.61. Rami resecti, qui ad musculum solaeum tendebant. Alii rami, quos tibialis postica, et peronaea ad alios musculos emittunt, cum facile pateant, eos notis indicare supersedeo.

62. Vena iliaca postica.

63. Vena ischiadica.

64. Vena haemorrhoidalis, seu pudenda communis.

66. Vena saphaena parva resecta, quae in hac praeparatione cum circumflexa interna confluebat.

67. Vena poplitaea, quae ex poplite per rimam abductoris magni ad internam coxae faciem migrat.

68. Popliteae divisio in truncum externum, et internum.

69. Truncus lymphaticus ex saphaenis parvis resectus.

70. Glandula superficialis poplitis, in quam praedictus truncus concurrit.

71. Tres trunci ex eadem glandula prodeuntes, qui in unum confluunt, ac inseruntur in

72. Glandulam ex supremis profundarum poplitis lateri, externo venae accumbentem.

73. Alius truncus ex eadem glandula 70 procedens, qui se immittit in

74. Aliam glandulam venae paullo infra appositam.

75. Tertius truncus, qui ex glandula 70. pergit ad

76. Tertiam glandulam infra praedictam lateri externo venae popliteae, ac musculo plantari accumbentem.

78.78. Rami, per quos iisdem ad invicem communicant.

80. Truncus qui se immittit in

81. Glandulam circa insertionem tendinis musculi semimembranosi ad latus internum vasorum sanguineorum locatam.

82. Rami, qui pone vasa sanguinea se occultant.

83. † Tertius tibialium posticorum truncus, qui ex facie anteriore vasorum sanguineorum emergit circa divisionem arteriae popliteae, ac subit glandulam 76.

84. Quartus tibialium posticorum truncus, qui statim cum trunco peronaeorum conjungitur, ac dein cum duobus aliis ex facie anteriore vasorum sanguineorum in hanc posteriorem advenientibus.

85. Duo trunci, qui ex articulatione genu, et finitimis partibus in eandem glandulam *81.* concurrunt.

86. Truncus lymphaticus peronaeorum, qui supra venam peronaeam internam decurrens, dein supra musculum tibialem posticum reflectitur inferiora versus, ac demum paullisper retorquetur, et cum quarto tibialium posticorum trunco *84.* conjungitur.

88. Truncus, qui pone vasa sanguinea ex quodam tibialium anticorum trunco, et peronaeorum alio compingitur, ac ubi ad divisionem arteriae popliteae pervenerit cum trunco tibialium posticorum confluit.

89. Truncus ex unione tibialis postici *82*, et praedicti *88.* enascens, qui bifariam divisus in glandulam *76.* se inserit.

90. Truncus, qui ex glandula *74* pergit ad

91. Glandulam arteriae popliteae lateri interno, venae, ac origini musculi gastrocnemii interni accumbentem.

92. Truncus, qui ex glandula *91.* ad aliam glandulam pone arteriam poplitaeam locatam se confert.

93. Alius truncus ex confluxu duorum vasorum efformatus, quorum alterum ex glandula *91.*, alterum ex glandula *75.* emergit, qui arteriam, et venam poplitaeam oblique retrorsum secans influit in

94. Truncum a glandula ex supremis poplitis *72.* prodeuntem.

95. Truncus major, qui ex duobus truncis *93*, et *94.* compingitur, atque per rimam adductoris magni in coxae faciem internam producitur.

96. Truncus, qui ex glandula *74.* adit

97. Aliam glandulam ex supremis poplitis arteriae accumbentem.

98. Alius truncus, qui ex glandula *75.* pone vasa sanguinea ad eorum latus internum producitur, ac exinde in glandulam *97.* se inserit.

ICONUM

ANATOMICARUM

EXPLICATIO

PARTIS TERTIAE

SECTIO ALTERA

VENETIIS

MDCCCXIV.

99. Truncus, qui ex praedicta glandula *97.* emergit, ac per rimam adductoris magni ex posteriore in internam coxae faciem migrat.

100. Duo trunci, qui ex quadam glandula pone vasa sanguinea locata ad glandulam *72.* se conferunt.

101. 101. Truncus, qui cum truncis sanguineis circumflexis excurrendo ad glandulas inguinis profundas ferebatur.

102. Truncus ex plurium ramorum a glutaeo majore prodeuntium unione efformatus, qui se demergit in

103. Glandulam vasis sanguineis ischiadicis accumbentem, ubi in faciem posteriorem clunium emergunt.

104. Binae glandulae juxta ductum vasorum sanguineorum ischiadicorum locatae, in quam concurrunt duo lymphaticorum trunci ex glutaeo majore profecti, ex qua duo trunci procedunt glandulam *103.* adeuntes.

105. Alia glandula, in quam se demergunt duo trunci ex praedicta glandula prodeuntes.

106. Truncus major ex unione truncorum ex glandula *103.* ac *105.* advenientium efformatus, qui per incisuram ischiadicam ad glandulas inferiores pelvis producitur.

107. Glandulae, in quas se immittunt lymphatica ex glutaeo medio ac minori prodeuntia.

108. Truncus efformatus a concursu truncorum ex ipsis glandulis *107.* prodeuntium, qui ad

109. Aliam glandulam supra truncum iliacae posticae sitam se confert.

110. 110. Glandulae, in quas concurrunt lymphatica ex parte externa glutaei majoris profecta.

111. 111. Aliae glandulae paullo infra truncis sanguineorum iliacis posticis accumbentes, in quas concurrunt directe quaedam lymphatica ex gluteo medio ac majore enata, ac alia, quae ex predictis glandulis *110. 110.* prodeunt.

112. Lymphaticorum trunci, qui ex glandulis *109.*, ac *111. 111.* cum vasis sanguineis per incisuram ischiadicam in pelvim transeunt, ac in glandulas ibidem locatus se immittunt.

FIG. II.

A. A. Os sacrum.
B. Coccyx.
C. C. Ultima lumborum vertebra.
D. D. Rami pubis et iischii circa foramen thyroide resecti.
E. Os ilium.
F. Portio ligamenti sacri ischiadici majoris.
G. G. Penis materia per sanguinea vasa injecta turgidus.
H. Glans penis.
I. Urethrae orificium.
K. Corpus cavernosum dexterum resectum, ac ligatum.
L. Corpus cavernosum sinistrum ischio adhaerens.
M. Portio vesicae cum bulbo urethrae.
N. Urethra, quae ex conjunctione corporum cavernosorum ad glandem usque posterius inter eadem corpora se occultat.
O. Portio musculi quadrati lumborum.
P. . . . . . pyriformis dexteri resectis.
Q. . . . . . coccygaei dexteri resecti.
S. Coccygaeus sinister, qui a processu acuto ossis ischii principio tendineo derivat, ac margini inferioris partis ossis sacri, ac trium ossium coccygis, nec non ligamentis, quae eadem ossa conjungunt, insertus.
T. Musculus pyriformis sinister, qui ex facie anteriore ossis sacri derivat, ac per incisuram ischiadicam in faciem clunium posticam transit.
U. Obturator internus principio tendineo ab anteriore parte ambitus foraminis thyroidis originem sumens, qui suis fibris strictius coadunatis veluti ad commune centrum per sinum lunatum inter tuberositatem et processum acutum ischii insculptum ex pelvi ad faciem clunium posticam transit.
V. Portio musculi glutaei majoris, quae ex coccyge procedit.
W. X. Ilacus internus.
Y. Portio obturatoris externi.

Z. Portio pectinaei, quae linae asperae femoris paullo infra trochanterem minorem adhaeret.

a. a. Portio adductoris minoris circa suam insertionem in lineam asperam resecti.

b. b. b. b. Portio adductoris longi resecti, qua ad suam insertionem in lineam asperam circa mediam femoris longitudinem producitur.

c. c. c. c. Portio adductoris magni, quae ex tubere ischii ad lineam asperam producitur.

d. d. Tensor vaginae femoris.

e. e. e. Musculus sartorius in externum latus revolutus, ut conspiciatur facies anterior ejusdem.

f. f. f. Musculus rectus cruris.

g. g. g. g. Musculus vastus internus, qui a linea aspera inferiora versus producitur.

h. h. h. h. Musculus gracilis a sua origine resectus, ac inferiora versus supra adductorem magnum reclinatus.

i. i. Portio musculi semimembranosi.

k. k. Expansio tendinosa, qua tendines adductoris longi, adductoris magni, ac vasti interni inter se communicant.

l. l. Portio plexus dexteri nervorum lumbalium.

m. Nervus cruralis dexter resectus, qui ex lumbalium plexu derivat.

n. Nervus obturatorius dexter simili modo ex plexu lumbalium enatus.

p. p. Duo nervi ex lumbalibus, qui pone sartorium se occultant.

r. r. r. Rami nervi cruralis, qui inter musculos rectum cruris, sartorium, ac vastum internum se occultant ut in eosdem musculos, aliosque lateris externi coxae dispertiantur.

s. s. Ramus nervi cruralis, qui musculum sartorium perforat, dein vaginam tendinosam, ac per integumenta faciei inferioris, et internae coxae dispergitur.

t. Alius ramus, qui in sartorium evanescit.

z. z. Nervus obturatorius, qui pone arteriam, et venam transit, ac ad latus vasorum sanguineorum obturatoriorum excurrit.

1. Fasciculus ramorum, in quos dividitur obturatorius, dum ex pelvi in internum coxae per foramen thyroide producitur.
2. Ejusdem ramus, qui per adductorem magnum dividitur.
3. Alius ramus, qui in adductorem majorem, et gracilem evanescit.
4. 4. Duo rami resecti, qui per adductorem longum, et brevem, ac pectinaeum dispergebantur.
5. Postremus ramus, qui diversis ramulis per integumenta faciei internae coxae dispertitur.
7. 7. 7. Tres sacri superiores dexteri, qui cum predicto concurrunt, ac efformant plexum, ex quo prodeunt nervus ischiadicus, ac alii nervorum rami, qui per musculos clunium, penis, ac ani dividuntur, itemque per penis substantiam, ac per ejusdem, nec non posterioris coxae et clunium faciei integumenta. Hoc in latere nervi omnes resecti conspiciuntur.
8. 8. Ramuli ex secundo, et ex tertio sacri nervo prodeuntes resecti, qui ad vesicam, vesiculas seminales, et prostatam producebantur.
9. Nervorum sacrorum sinistri lateris primus, qui pone vasa sanguinea se occultat, ut cum trunco ex duobus lumbalibus postremis efformatus conjungatur.
10. Secundus, et tertius nervus sacer hujus lateris, qui simul conveniunt, ac communem efformant truncum, qui pone musculum obturatorium internum se occultat, ut cum praedictis uniatur.
11. Ramus, qui ex trunco praedicto derivat, ac cum alio ramo ex plexu proveniente conjunctus efformat.
12. Nervum pudendum, qui pone coccygaeum, dum per faciem interiorem tuberis ischii ad penem excurrit, hic illic attiguis partibus diversos suppeditat ramos.
13. Ramus pudendi, qui in tegumenta et musculos podicis dispergitur.
14. Alius major ramus, qui statim bifariam dividitur, ut in musculos penis, ac in tegumenta perinaei et penis, ac in faciem urethrae posteriorem usque ad glandem dispergatur, quemadmodum in figura prima conspicitur.

15. Continuatio pudendi per dorsum penis, ubi ad glandem usque plurimos continuo emittit ramulos circumquaque penem amplectentes; cum autem ad glandem accesserit, ramuli, quos edit, augentur numero, plurimosque constituunt nervulorum fasciculos, qui indunt se pone coronam glandis, ut per ipsius substantiam confertim dividantur.

16. 16. Nervus pudendus dexter resectus.

17. Quartus nervus sacer, qui per ramum in arcum flexum cum tertio conjungitur, ac aliis ramulis per musculum coccygaeum decurrendo ad musculos, ac tegumenta podicis producebatur.

18. Quintus nervus sacer, qui per musculos et integumenta podicis pari modo dividebatur.

19. Nervus intercostalis sinister. 20. Dexter.

21. 21. 21. 21. Ganglii, qui ab intercostali dextero 20. efformantur.

22. 22. 22. Ganglii qui in sinistro intercostali 19. conspiciuntur.

23. 23. 23. 23. Ramuli, per quos nervi intercostales cum sacris communicant.

24. 24. 24. 24. Ramuli, per quos intercostalis dexter cum sinistro communicant.

25. Ramuli, qui ex intercostalium conjunctione in sphincterem externum tenduntˑ

26. Aorta, quae supra ultimam, ac inter ultimam, et penultimam lumborum vertebram in duos dividitur truncos, quos iliacos primitivos appellant.

27. Arteria sacra media, quae ex facie posteriore aortae circa ipsius divisionem derivat, ac pone venam iliacam sinistram ad faciem anteriorem ossis sacri producitur, per quem usque ad coccygem excurrit continuo ramulos emittendo

28. Arteria iliaca primitiva dextera, quae in duos pariter dividitur truncos.

29. Iliaca externa resecta.

30. Iliaca interna, seu hypogastrica, cujus rami resecti fuerunt.

31. Arteria sacra lateralis dextera, quae cum sacra media diversis ramulis communicat, ac supra coccygem arcum ef-

format cum eadem sacra media et laterali sinistra, ex quo diversi rami proficiscuntur, qui in musculos, et integumenta podicis dividuntur.

32. Arteria iliaca primitiva sinistra.

33. . . . . externa.

34. . . . . interna, seu hypogastrica.

35. . . . . umbilicalis ab hypogastrica resecta.

36. . . . . iliaca postica, quae pone musculum pyriformem se occultat, ac ad faciem posticam clunium per incisuram ischiadicam transit.

37. Obturatoria, quae ramis ad musculum obturatorem internum demissis per foramen thyroide ad interiora coxae transit, quo cum ramo iliacae externae, aut cruralis communicat.

38. Arteria ischiadica, quae ante pyriformem in faciem posteriorem clunium producitur.

39. Arteria sacra lateralis sinistra, quae ramos ad musculos proximos emittit, ac alios, qui per foramina ossis sacri ad ipsius faciem posteriorem producuntur. Haec pariter cum sacra media plures communicationes habet.

40. Arteria haemorrhoidaea, seu pudenda communis, quae prope musculum coccygaeum transit, ac juxta faciem interiorem tuberis ischii decurrit ad penem.

41. Ramus resectus, qui per musculos, et tegumenta podicis dividebatur.

42. Rami, qui per musculum obturatorium internum dividuntur.

43. Rami, qui ad faciem posteriorem penis transeunt, ac per musculos penis, bulbum urethrae, ac per integumenta perinaei, et faciei posterioris penis distribuuntur.

44. Rami, qui se immittunt in corpora cavernosa antequam simul conveniant.

45. Continuatio arteriae pudendae sinistrae per dorsum penis ad glandem usque.

46. Arteria pudenda dextera resecta cum corpore cavernoso ejusdem lateris, quae pari modo ad glandem usque pro-

ducitur. Conspiciuntur rami, quos emittit haec arteria, qui maxima ex parte ex dorso penis oblique inferiora, ac posteriora versus feruntur.

47. Arteria epigastrica resecta ab iliaca externa emissa, dum sub ligamentum Poupartii ad anteriorem coxae faciem transit ut nomen arteriae cruralis nanciscatur.

48. Arteria iliaca circumflexa ex eodem loco, e quo arteria epigastrica, orta, quae superiora versus usque ad ilii cristam producitur, ac interim plures ramos musculo iliaco interno suppeditat.

49. Tertius ramus iliacae externae, qui cum obturatoria communicat, et arcum quemdam efformat, ex quo plures procedunt rami, qui in adductorem magnum, et brevem, pectinaeum obturatorem externum, ac in articulationem femoris cum osse innominato dividuntur.

50. 50. Arteria cruralis.

51. Ramulus ejusdem resectus, qui in glandulas inguinis, et in pinguedinem circumpositam dividebatur.

52. Ramus major resectus, qui pluries divisus in abdominis, penis, scroti, et partis superioris coxae integumenta, et in glandulas inguinales dispergebatur.

53. 53. 53. Rami ex crurali profecti, qui ad musculum sartorium tendunt, a quibus nonnulli procedunt ramuli, qui per integumenta coxae evanescunt.

55. Arteria circumflexa coxae interna, quae in plurimos dividitur ramos in adductorem magnum et brevem, gracilem, pectinaeum, et obturatorium externum se distribuentes, ac cum arteriae obturatoriae ramis, et tertio ramo iliacae communicat. Diversi rami, ac continuatio arteriae inter musculos, aut per ipsos musculos in faciem posticam coxae migrant, ut per musculos ibidem locatos dividantur.

57. Vena cava inferior, quae in iliacas primitivas, eodem modo ac arteria, dividitur.

59. Vena iliaca externa resecta.

60. Iliaca interna, seu hypogastrica, cujus rami maxima ex parte resecti fuerunt.

61. Ramus ileolumbalis resectus.

62. Alius ileolumbalis ramus, in quem confluunt diversi rami arteriae infimae lumbalium respondentes.

63. Vena iliaca postica resecta.

64. Truncus communis pudendae, obturatoriae, ac ischiadicae resectus.

65.65.65. Quatuor venae sacrae, quae ex hypogastrica derivant. Hae in ramos dividuntur per omnes ossis sacri portiones, ac transversim per faciem mediam earundem decurrendo cum sinistris communicant, et diversas areas, ac arcus efformant. Priores autem duos demittunt ramos, qui utrinque arteriam sacram comitantur usque ad coccygem.

66. Vena iliaca primitiva sinistra.

67. Iliaca interna, seu hypogastrica sinistra.

68.68. Venae resectae, quae ex vesica, vesiculis seminalibus, ac prostata procedunt.

69.69. Venae sacrae sinistri lateris. In cadavere ad hanc preparationem adhibito deficiebat sacra, quae ex vena iliaca primitiva sinistra ut plurimum procedit.

70. Vena iliaca postica, quae pone musculum pyriformem se occultat.

71. Binae venae ischiadicae.

72. Obturatoria.

73. Binae venae pudendae.

74. Communicatio pudendae, ac obturatoriae per ramum, qui supra musculum obturatorium internum transit.

75. Alius ramus pudendae, cujus ope haec pariter communicat cum obturatoria circa musculum obturatorium externum.

76.76. Venae, quae ex vesicae lateribus utrinque in anteriorem colli faciem veniunt, ubi plexum peculiare insimul efformant, et multis ramis cum pudendis communicant.

77.77. Vena azyga penis enascens ex confluxu ramorum, qui ab apice ad basim penis oblique in eam se immittunt.

78. Duo rami, qui ab apice ad basim penis producuntur, ac in azygam exonerantur.

79. Ramus superficialis resectus, qui in eamdem azygam influit.

80. 80. Vena iliaca externa.

81. Ramus iliacae externae, qui ad latus externum arteriae obturatoriae producitur, ac dein cum vena obturatoria conjungitur dum ex pelvi egreditur.

82. Vena epigastrica resecta.

83. Ramus iliacae externae, qui cum obturatoria communicat ut arcum efformet, ex quo venae derivant, quae arterias comitantur.

84. 84. Vena cruralis.

85. Truncus venae saphaenae resectus cum aliis ramis, qui ex tegumentis penis, scroti, et anterioris abdominis, ac superioris coxae partis, ac ex glandulis inguinalibus procedunt.

86. Circumflexa interna cum primis ejusdem ramis.

90. Eorumdem truncorum continuatio, et divisiones usque in

91. Glandulam venae accumbentem circa insertionem saphaenae.

92. Alii trunci, qui ex facie posteriore sanguineorum cruralium ad glandulam 91. producuntur.

93. Alius truncus ex facie posteriore sanguineorum adveniens, in duos ramos divisus, qui juxta internum latus venae cruralis, et iliacae decurrentes partim sub iliacam venam ad plexum inter musculum psoam et vasa sanguinea iliaca producuntur, partim inseruntur in

94. Glandulam lateri interno venae iliacae accumbentem.

95. Circumflexi interni, qui juxta vasa sanguinea ejusdem nominis decurrentes in glandulam 91. se immittunt.

96. Plexus vasorum, qui ex glandula 91. ad glandulam 94. se confert.

97. Truncus, qui ex facie posteriore arteriae cruralis ad anteriorem ejusdem se confert, ac statim in duos dividitur ramos.

98. Ramus prior in glandulam 91. insertus.

99. Ramus alter, qui in alios quatuor dividitur ramos diversas glandulas adeuntes.

100. Glandula, quam adit primus ramus ex *99.* lateri interno principii venae cruralis accumbens, ex qua truncus ad glandulam *94.* producitur.

101. Binae glandulae supra, ac lateri externo arteriae iliacae appositae, in quas duo rami ex trunco *99.* dirempti se immittunt.

102. Postremus truncus ex cruralibus, qui ex facie posteriore sanguineorum ad latus externum arteriae cruralis producitur, ac in

103. Parvam glandulam eidem lateri externo accumbentem se immittit, unde truncus provenit, qui supra arteriam decurrens ad primam glandulam *101.* se confert postquam cum trunco ex glandula *91.* profecto confluxerit.

104. Circumflexi externi coxae, qui in primam glandulam *101.* se immittunt.

105. Epigastrici resecti, qui in glandulas *101.* se insinuant.

106. Gandulae, quae inter arteriam iliacam externam, et musculum psoam locantur.

107. Aliae glandulae musculo psoae, ac lateri interno arteriae iliacae primitivae accumbentes.

Hae glandulae plexibus et truncis simul communicant juxta decursum arteriae iliacae externae, nimirum glandulae *101.* cum *106.*, et glandulae *106.* cum *107*.

108. 108. Glandulae latus sinistrum, ac inferiora pelvis occupantes.

109. 109. Glandulae, quae circa ultimam lumborum vertebram, os sacrum, ac venam iliacam primitivam sinistram sedent.

110. 110. Glandulae, quae venae iliacae primitivae sinistrae accumbunt.

111. 111. Glandulae, quae supra aortam jacent.

112. 112. 112. Glandulae, quae in latere dextero inter divisionem sanguineorum iliacorum hujus lateris, ac ad latera venae iliacae externae inveniuntur.

113. 113. Glandulae supra cavam sitae.

114. Truncus lymphaticus, qui per foramen thyroideum in pelvim penetrat, ac in proximam ex glandulis *108.* se inserit.

115.115. Ischiadici, qui in glandulas *108.* in infima pelvis sede sitas se immittunt.

116. Truncus ex iliacis posticis, qui ad glandulas *108.* concurrit.

117. Lymphatica resecta lateris dexteri, quae ad glandulas *112.* tendunt.

118.118. Trunci, ac plexus lymphatici, qui ex glandulis *101.106.* ante ac pone vasa sanguinea, ad glandulas *108.* feruntur.

120.120. Plexus, ac trunci, qui ex glandulis *108.* ad glandulas *109.* feruntur.

121. Plexus, qui ex latere corporis dextero in glandulas *109.* se inserunt.

122. Trunci ac plexus, qui ex dextero latere in sinistrum transeunt.

123. Trunci ac plexus ex sinistro in dexterum latus protensi.

124.124. Trunci ac plexus, qui ex glandulis *109.* ad glandulas *110.*, ac exinde ad *111.* et *113.* transeunt.

125. Plexus ac trunci, qui ex glandulis *112.* ad glandulas *111.*, et *113.* feruntur.

126. Trunci, qui ex glandulis *109.* ac *110.* prodeuntes pone vasa sanguinea se occultant, ut ad alias glandulas et plexus ferantur.

127.127. Trunci, ac plexus supra aortam et cavam sursum decurrentes cum iisdem sanguineis vasis rescissi, qui tendebant ad glandulas cavae et aortae quaquaversus accumbentes.

TABULA CCXV.

Vesicae urinariae, prostatae, vesicularum seminalium et nonnulla intestini recti lymphatica, quae in pelvis glandulas cum reliquis jam recensitis concurrunt.

FIGURA I.

Musculis psoa et iliaco interno detractis, osse ilium partim resecto, vasis sanguineis iliacis externis diductis ac filis apte suspensis, ostendit plexum iliacum in sinistro pelvis latere, ac vasa, quae ad eum pertinent.

A. Os ilium.
B. Os pubis.
I. II. III. Tres vertebrae lumborum inferiores.
C. C. C. Acus apte collocatae ut sanguinea iliaca in suspenso fili ope detineant.
D. Portio musculi cruralis resecti tuberculo inferiori, et anteriori ilium adhaerens.
E. F. † Portio ligamenti capsularis articulationis femoris cum osse innominato.
F. F. Portio musculorum obliquorum, ac transversi abdominis.
G. Ligamentum pelvis triangulare anticum superius.
H. Portio musculi quadrati lumborum.
I. I. I. Tres nervi lumbales superiores, qui simul concurrunt, ac efformant.
L. Nervum cruralem resectum.
M. Ramus, qui ex concursu trium superiorum compingitur, et copulatur cum
N. Ramo quarti nervi lumbalium ut efformet
O. Nervum obturatorium.
P, Aorta, quae in iliacas dividitur, in latus dexterum reclinata.

Q. Iliaca primitiva dextera.
R. Iliaca primitiva sinistra.
S. Iliaca interna, seu hypogastrica.
T. Iliaca externa sursum elevata.
U. Cruralis.
V. Vena cava.
W. Vena hypogastrica.
X. Iliaca externa.
y. Cruralis.
Z. Plexus, quem nonnulla lymphatica cruralia efformant, dum juxta arteriam cruralem extrorsum, atque nonnihil posterius decurrunt.
a. Glandula lateri externo arteriae iliacae externae accumbens, eo ipso in loco, quo ex cavitate se subducit, in quam se immittit praedictus plexus *Z.*
b. Truncus lymphaticus ex cruralium agmine extrorsum deductus, cujus divisiones partim glandulam *c.* subeunt, partim duos plexus edunt, qui in glandulam infimam *d.* se conferunt.
c. Glandula inter psoam et arteriam iliacam externam locata, plexus ope cum glandula *a.* colligata.
d.d. Glandulae sitae inter musculum psoam et vasa sanguinea iliaca, quas pervadunt lymphatica ex glandula *c.* prodeuntia, ac trunci *b.* divisiones, et plexus.
e.e.e. Plexus iliacus inter musculum psoam vasa sanguinea iliaca, os ilium, sacrum, et ultimam lumborum vertebram positus, a lymphaticis, ex glandulis *c.* et *d.d.* prodeuntibus efformatus.
f. Glandula circa os sacrum sita.
g. Glandula inter psoam et iliacam externam circa ejusdem originem sedens.
h.h. Glandulae ultimae et penultimae umborum vertebrae accumbentes, quo concurrunt maxima lymphaticorum pars ex plexu iliaco prodeuntium.
i. i. Glandulae quartae lumborum vertebrae accumbentes, ubi coadunantur lymphatica, quae ex glandula *g.*, et glandulis *h. h.* proveniunt.

l. l. Glandulae aortae accumbentes.
m. Truncus rescissus, qui sursum ferebatur.
n. n. Plexus vasorum, qui ex suprema sede glandularum *i. i.* emissus ad alias glandulas superius sitas properebat.

FIG. II.

Latus dexterum pelvis ab interiori parte, et facies anterior infimae spinae infra secundam lumborum vertebram, cum vesica et recto intestino antrorsum ac deorsum revolutis.

A. A. A. Tegumenta resecta, ac in latera revoluta.
I. II. III. Tres vertebres inferiores lumborum.
B. B. Os iliûm sinistrum resectum.
C. C. C. Os sacrum.
D. Os ischium dexterum resectum.
E. Os pubis resectum.
F. F. Crista ossis iliûm.
G. Intestinum rectum resectum, ac sinistrorsum et deorsum reclinatus.
H. Vesica peritonaeo exuta ab intestino recto separata, ac deorsum, et nonnihil sinistrorsum revoluta, ut faciem posteriorem ostendat.
K. Facies posterior vesicularum seminalium, qua intestino recto sunt contiguae.
L. L. Ductus deferentes resecti, qui sub prostatam se occultant.
M. M. Ureteres resecti.
N. Obturatoris interni pars.
O. Ligamentum triangulare pelvis anticum superius.
P. Portio obliquorum, ac transversi abdominis.
Q. Portio quadrati lumborum.
R. Musculus coccygaeus.
S. Musculus psoas.
T. Iliacus internus.
U. Portio musculi glutaei majoris resecti.
V. Nervus ischiadicus sinister resectus.

W. Nervus cruralis pariter resectus.
X. Nervus obturatorius.
y. y. Secundus et tertius lumbalium, qui ad formationem cruralis, et obturatorii concurrunt, ac cum quarto communicant.
Z. Z. Quartus et quintus, qui simul conveniunt, ac truncum majorem efficiunt, qui cum tribus superioribus sacris ad formationem ischiadici concurrit.
a. a. a. Tres sacri superiores, qui cum praedictis coadunantur.
b. Nervus dexter et confluxu duorum lumbalium inferiorum enatus, qui ad ischiadici formationem concurrit.
c. Primus nervus sacer.
d. Truncus ex unione secundi et tertii enatus.
e. Nervus ischiadicus ex truncis *b. c. d.* efformatus, qui per incisuram ischiadicam transit.
f. Aorta.
g. Arteria iliaca primitiva sinistra resecta.
h. Iliaca primitiva dextera.
i. Iliaca externa, quae in
l Cruralem producitur.
m. Iliaca interna, seu hypogastrica.
n. Iliaca postica, ex qua in hac preparatione procedebat.
p. Truncus communis ischiadicae, ac pudendae.
q. Ischiadica resecta.
r. Pudenda.
s. Truncus, qui per vesicam ac intestinum rectum dividebatur.
t. Arteria umbilicalis.
u. u. Duo rami ex arteria umbilicali in vesicam emissi.
V. Locus, ubi eadem umbilicalis arteria in ligamentum abiit.
W. Arteria obturatoria.
x. y. Arteria sacra media cum quibusdam ramis.
1. Vena cava.
2. Iliaca primitiva sinistra resecta.
3. Vena sacra media, quae ex iliaca *2.* procedit, ac juxta faciem anteriorem sacri decurrit, et in diversos ramos dirimitur.

4. Vena iliaca primitiva dextera.
5. Iliaca externa.
6. Cruralis.
7. Hypogastrica cum suis ramis maxima ex parte resectis.
8.8.8. Lymphatica resecta, quae ex glandulis inguinalibus proceduut.
9.9. Trunci ex cruralibus, qui pone vasa sanguinea se occultant.
10. Truncus ex iliacis circumflexis, qui ad glandulam sub arcu musculorum abdominis lateri externo arteriae iliacae accumbentem producitur.
11. Alius truncus, qui ex peritonaeo procedebat, ac se immittit in
12. Glandulam musculo iliaco interno accumbentem, ex qua derivat truncus, qui in praedictas glandulas concurrit.
13. 15. Glandulae venae iliacae, ac ejusdem lateri interno accumbentes, dum ex abdomine exit.
14. Truncus ex glandula 15. in glandulam ex inferioribus pelvis protensus.
16. Glandula ut plurimum major ex iis, quae sub arcu musculorum abdominalium sedent. In Glandulas 13. 15. et 16. ut plurimum concurrunt plerique lymphaticorum trunci, qui ex glandulis inguinalibus derivant, ac ex cruralibus nonnulli, glandulis inguinalibus insalutatis.
17.17.17. Tres glandulae inter arteriam iliacam externam, et musculum psoam dispositae, quas trunci ex glandula 16. profecti successive pervadunt.
18. Trunci lymphatici obturatorii resecti, qui partim se occultant, partim vero
19. Glandulam subeunt pubis cum ilio conjunctioni appositam, quo concurrit etiam plexus ex glandulis 15 et 13 adveniens.
20. Truncus lymphaticus, qui ex facie anteriore vesicae, et ex ipsius fundo provenit, et adit
21. Glandulam arteriae umbilicali accumbentem.
22. 22. 22. 22. Trunci lymphatici, qui ex confluxu ramorum ex fa-

cie posteriore vesicae, ac ex vesiculis seminalibus efformantur, quorum in sinistro latere rami tantummodo, et truncorum initia conspiciuntur.

23. 23. 23. 23. Trunci, qui ex facie posteriore vesicae adveniunt, ac cum 22. coalescunt.

24. Truncus major ex praedictorum conjunctione efformatus, qui se inserit in glandulam maximam inter arteriam iliacam externam et internam venae iliacae externae accumbentem.

25. Truncus, qui ex glandula 21. derivat, ac se immittit in

26. Glandulam maximam inter arterias iliacas positam, in quam concurrit etiam truncus 24. ut innuimus. Haec glandula interdum minori magnitudine donatur. In hanc autem concurrunt plexus, ac trunci ex glandulis 13. 16. 19. profecti.

27. Alia glandula musculo obturatori interno accumbens, in quam se immittunt truncus 14., alius ex glandula 13., tertius demum ex vesica adveniens.

28. Trunci ex facie anteriore vesicae procedentes, qui aliis ejusdem vesicae adjuncti ad glandulam 26. tendunt.

29. Lymphaticorum trunci, qui ex vesica, ac intestino recto derivant, ac partim cum praedictis uniuntur, partim vero concurrunt in

30. Glandulam musculo pyriformi accumbentem. Ex glandula 27. emmittitur plexus, qui in hanc producitur; ex hac autem prodit alius plexus, qui ad glandulam 26. pergit, nec non truncus, qui ad glandulam lateri interno iliacae primitivae dexterae appositam supra primam lumborum vertebram migrat.

31. Lymphatica, quae ab intestino recto procedunt, ac partim ad glandulam 30. tendunt, partim inseruntur in

32. Glandulam lateri interno venae hypogastricae accumbentem, in quam concurrunt etiam ischiadici.

33. Duo trunci, qui ex glandula 30. pone vasa sanguinea se occultant, ut in plexum iliacum concurrant.

34. 34. Trunci, qui ex glandula 26 ad glandulam 27 producuntur.

35. Glandula venae iliacae apposita, quae ex glandula 26. quosdam recipit truncos, qui exinde in unicum vas conjuncti redeunt ad glandulam unde processerunt.

36. Trunci, qui ex glandulis 17. ad glandulam 26. se conferunt.

37. Plexus ex glandula 26. in glandulam ex supremis 17. protensus.

38. Glandula arteriae iliacae externae circa suam originem accumbens, in quam se inserit truncus in plures ramos divisus ex glandula 26. advectus.

39. Glandula venae iliacae primitivae accumbens, in quam concurrit plexus vasis ex suprema glandularum 17., ac ex glandula 26. prodeuntibus efformatus.

40. Trunci ex glandula 39. juxta latus externum cavae sursum exporrecti.

41. Trunci, qui ex glandula 39. ad aliam glandulam inter cavam, et aortam circa earumdem divisionem sitam porriguntur.

42. Glandula lateri interno iliacae primitivae dexterae supra quintam lumborum vertebram apposita, in quam concurrunt duo trunci ex glandula 32., ac truncus major ex glandula 80. derivantes.

43. Truncus, qui ex glandula 42. procedit, ac postequam cum trunco ex glandulis 26. et 32. proveniente commercium inierit se insinuat in

44. Glandulam inter venam cavam et aortam circa earumdem divisionem sitam.

45.45. Trunci resecti, qui ex glandula 44. sursum ad alias ferebantur glandulas aortae et cavae accumbentes.

46. Truncus ab unione truncorum ex glandulis 26. ac 32. provenientium efformatus, qui pone venam iliacam sinistram se occultat ut ad glandulas se conferat vertebris lumbalibus adfixas postquam cum trunco 45. communicaverit, ac duos ramos emiserit, qui concurrunt in

47.48. Glandulas aortae accumbentes.

49. Trunci, qui arteriam sacram comitantur, ac concurrunt in glandulam inter os sacrum, et ultimam lumborum vertebram sitam.

50. Trunci, qui ex latere sinistro se immittunt in

51. Praedictam glandulam, ex qua derivant trunci, qui pone venam iliacam sinistram se occultant.

52. Truncus ex latere sinistro supra venam iliacam sinistram resectus, qui se insinuat in

53. Glandulam eidem venae accumbentem. In hanc glandulam se immittit plexus lymphaticorum ex glandula *52.* procedens. Ex hac autem glandula truncus proficiscitur, qui pone aortae divisionem se occultat ut ad alias glandulas ibidem locatas se conferat; alius truncus, qui ad glandulam *48.* decurrit; tertius demum, qui cum alio ex glandula *48.* prodeunte copulatur.

54. Trunci, qui ex glandula *48.* derivant, ac pone aortam se occultant.

55. Truncus efformatus ab unione duorum truncorum ex glandula *53.* et *48.* prodeuntium, qui sursum exporrigebatur ad glandulas lateri externo aortae accumbentes.

56. 56. 57. 57. Trunci ex latere sinistro advenientes inserti in

58. 58. Glandulas lateri externo aortae appositas.

59. Trunci resecti, qui ad glandulas superiores producebantur.

TABULA CCXVI.

Lymphatica ex inguinum et pelvis glandulis prodeuntia, ex testibus, renibus, capsulis atrabilaribus etc. Ex quorum unione atque confluxu ductus thoracicus tandem coagmentatur.

XII. Duodecima dorsi vertebra.
I. II. III. IV. V. Quinque lumborum vertebrae.
A. Conjunctio ossis sacri cum quinta lumborum vertebra.
B.B.B.B. Crista ossium ilium.
C. Symphysis ossium pubis.
D.D.D.D. Limes, quo magna et parva pelvis separantur.
E. E. Coxa sinistra integumentis obtecta.
F. F. Tegumenta pubis lateris sinistri resecta ac inferius revoluta.
G.G. Musculi abdominales supra coxam ejusdem lateris reclinata.
H. H. Coxa dextera integumentis denudata.
I.I. Musculi quadrati lumborum.
L.L.L.L. Portiones diaphragmatis in latera deductae.
M. M. Renes.
N.N.N.N. Ureteres.
O. Penis.
P. P. Testiculi.
Q. Q Epididymi.
R.R.R.R. Funiculi vasorum spermaticorum.
S.S.S.S. Musculi psoae, qui ex ultima dorsi vertebra, ac ex corporibus et processis transversis lumbalium enati, cum iliacis internis conjunctis transeunt sub ligamentum Poupartii ut tandem in trochanterem minorem inserantur.
T.T.T.T. Musculi iliaci interni, qui ex toto ambitu ilium enati deorsum producuntur, ac ex cavitate abdominis utrinque cum psoa exeunt, ut communi tendine in trochanterem minorem se inserant.
U. Tensor vaginae femoris.
V. Portio recti cruris.

W. Portio sartorii
X. Pectinaeus.
Y. Portio adductoris longi.
Z. Portio aortae inter *XII.* dorsi vertebram, ac lumborum *I.* resecta ut conspiciatur origo ductus thoracici.
a. a. Arteriae emulgentes resectae.
b. b. Arteriae spermaticae pari modo resectae.
c. c. Alia portio aortae usque ad suam divisionem in
d. d. Iliacas primitivas, quae in
e. e. Iliacas internas seu hypogastricas, ac
f. f. f. f. Iliacas externas, quae post ligamentum Poupartii
g. g. Cruralium nomen adsciscunt.
h. h. Arteriae epigastricae resectae.
i. Arteria circumflexa ilii sinistra resecta.
k. k. Venae spermaticae resectae.
l. l. Venae emulgentes pariter resectae.
m. m. Vena cava inferior inter tertiam et quartam lumborum vertebram resecta, quae dividitur in
n. n. n. Iliacas primitivas.
o. o. o. o. Iliacae externae.
p. p. Venae epigastricae resectae.
q. q. q. Venae crurales.
s. Glandula inguinis inferior et major inter adductorem longum et sartorium posita.
t. Alia glandula minor paullo supra musculo sartorio apposita.
u. Tertia glandula lateri externo sartorii accumbens.
v. Quarta, ac suprema glandula pari modo latus externum sartorii occupans.
w. Quinta glandula ex majoribus sartorio ac iliaco interno accumbens.
x. x. x. Tres aliae glandulae latus internum inguinis occupantes, pectinaeo, et adductori longo appositae.
y. y. y. y. Quatuor aliae parvae glandulae inguinales, quae medium locum inter praedictas occupant.
z. z. Aliqui trunci ex superficialibus artuum inferiorum, qui in glandulam inferiorem *s.* se immittunt.

1. Alii trunci, qui in glandulam *t.* concurrunt.

2. Truncus, qui bifariam divisus in glandulam *t. u.* se inserit.

3. 3. Truncus, qui dexterior per penis dorsum excurrit, ac circa pubem in duos dividitur ramos.

4. Ramus prior, qui in glandulam ex iis litera *x.* indicatis infimam se immittit.

5. Ramus alter, qui in glandulam *w.* concurrit.

6. 6. Alter penis truncus, qui directe in glandulam *w.* se insert.

7. 7. Truncus major ex lymphaticis penis, qui juxta coronam glandis ramis ex dextero ac sinistro latere procedentibus coalescit, ac per mediam dorsi partem excurrendo bifariam dividitur.

8. Truncus ejusdem dexter, qui supra pecten productus in duos rursus dividitur ramos, quorum prior in glandulam supremam ex internis *x.*; alter vero similiter diremptus, altero ramo in eamdem glandulam *x.*, altero in aliam ex iis, quae pone ligamentum Poupartii jacent, inseritur.

9. Truncus sinister, qui superiora versus exporrectus in tres dividitur ramos, qui denuo divisi in glandulas inguinales ejusdem lateris concurrunt. Lymphatica penis cum ad pecten pervenerint tortuose per pinguedinem incedunt, plura sursum aliquantisper feruntur, ac dein descendunt, ut adeant glandulas inguinales.

10. 10. 10. Glandulae pone arcum musculorum abdominalium in latere dextero sitae.

11. Aliqua ex lymphaticis cruralibus, quae in infimam ex glandulis *x.* inseruntur.

12. Alia, quae ad glandulam majorem *10.* lateri externo arteriae iliacae appositam tendunt.

13. 13. Trunci majores, qui ex glandulis inguinalibus in glandulas *10.* se immittunt.

14. 14. Trunci, qui ex glandula *v.* procedunt, et arcubus emensis in eamdem redeunt. Hoc ipsum interdum in aliis quoque glandulis observatur.

15. Duo trunci resecti ex iliacis circumflexis, qui in glandulam externam *10.* inseruntur.

16. 16. 16. Glandulae, quae lateri interno arteriae, ac ipsi arteriae pone arcum musculorum abdominalium in latere sinistro accumbebant, paullulum diductae.

17. Glandula lateri interno venae iliacae apposita.

18 18. Truncus lymphaticus, qui ex glandulis inguinalibus profectus ad pecten producitur, ac in arcum flexus ad glandulas *16.* se confert.

19. Trunci, qui ex glandulis inguinalibus in glandulas *16.* se immittunt.

20. Alii trunci, qui in glandulam *17.* concurrunt.

21. 21. Tres glandulae, quae recipiunt lymphatica ex peritonaeo, ac musculis abdominalibus advenientia.

22. Trunci, qui ex glandulis *21.* ad glandulas *17.* producuntur.

23. Truncus ex iliacis circumflexis, qui se inserit in

24. Glandulam musculo iliaco interno, ac cristae ilium accumbentem.

25. Truncus, qui ex glandula *24.* derivat, cristam illii legit, ac tandem ad glandulas *16. 16.* se confert.

26. 26. Glandulae, quae inter psoam, ac arteriam iliacam externam in sinistro latere jacent, ab arteria diductae, ac super psoam reclinatae.

27. Parva glandula, quae ad divisionem iliacae invenitur.

28. 28. 28. Glandulae, quae inter iliacam primitivam sinistram et musculum psoam sedent.

29. Lymphatica, quae ex glandulis *16.* ad glandulas *26.*, et *27.* feruntur.

30. Lymphatica, quae ex glandulis *16.* in pelvim descendunt.

31. Lymphatica, quae ex pelvi ascendunt, et in glandulam *27.* inseruntur.

32. Lymphatica, quae supra iliacam primitivam advecta ex glandula *27.* ad supremam ex glandulis *26.*, ac ad glandulam *28.* se conferunt.

33. Lymphatica, quae ex suprema ex glandulis *26.* ad infimam *28.*, ac ex *28.* infima ad alias *28.* pergit.

34. Glandulae, quae in latere dextero inter psoam et arteriam sedent.

35.35. Glandulae, quae venae iliacae dexterae, ac lateri externo ejusdem accumbunt.

36.36. Lymphatica, quae ex glandulis *10.* in pelvim descendunt.

37. Lymphatica, quae ex pelvi ad glandulas *34.* feruntur.

38. Lymphatica, quae ex pelvi inter divisionem arteriae iliacae primitivae dexterae transeunt, ac pone eamdem iliacam primitivam se occultant.

39. Lymphatica, quae ex glandulis *10* ad glandulas *34* migrant, quibus successive trajectis ad glandulas *35* producuntur.

40. Glandulae, quae inter quintam lumborum vertebram et os sacrum sedent.

41.41. Glandulae, quae venae iliacae internae sinistrae accumbunt.

42. Lymphaticorum trunci, qui ex pelvi ad glandulas *40.* ex latere dextero ascendunt.

43. Alii trunci ejusdem lateris, qui dum ad glandulas *35.* se conferunt vasa sanginea iliaca primitiva oblique antrorsum scandunt.

44. Lymphatica, quae in latere sinistro ex pelvi ascendunt, ac in glandulas *40.*, et *41.* se inserunt.

45. Duo trunci, qui pone iliacam primitivam exeunt, ac supremam ex glandulis *41.* adeunt. Glandulae *40.* et *41.* plexibus ad invicem emissis lata gaudent communicatione, qui ex sinistro latere in dexterum producuntur, ac viceversa.

46. Trunci limphatici, qui pone vasa sangninea iliaca se occultant ut adeant glandulas corporibus vertebrarum lumbalium accumbentes.

47. Trunci, qui ex suprema ex glandulis *41.* inferiora versus flectuntur, dein ad supremas ex glandulis *35.* retorquentur.

48. Plexus, qui ex suprema ex glandulis *28.* derivat, et pone aortam se occultat.

49.49.49.49. Glandulae, quae lateri externo aortae accumbunt.

50.50. Glandulae lateri externo aortae appositae, circa renem sinistrum.

51. 51. 51. Glandulae, quae aortae accumbunt.

52. 52. Glandulae, quae inter cavam et aortam sedent.

53. 53. Aliae glandulae, quae lateri interno venae cavae circa ejusdem divisionem accumbunt.

54. 54. 54. Glandulae supra vertebras lumborum sitae, quae pone cavam, ac juxta externum ipsius latus haerent, cum haec suo in situ remanet.

55. 55. Lymphaticorum trunci, qui per albugineam testium perreptant.

56. 56. Trunci, in quos praedicti coadunantur paullo supra testem in vasorum spermaticorum fasciculo.

Hi trunci dum sursum decurrunt multiplicem patiuntur divisionem, ac pluries insimul rursus coeunt, plurimisque donantur communicationibus, adeo ut funiculum vasorum spermaticorum circumquaque amplectantur, quem ad renes usque comitantur.

57. Trunci majores ex lymphaticorum testium confluxu derivantes circa divisionem arteriae iliacae primitivae. Hi trunci denuo pariter in fasciculos ramorum dispertiuntur, qui in supremam ex glandulas *51.*, et in glandulas *50. 50.* se immittunt.

58. Lymphatica testiculi dexteri, qui in infimam ex glandulis *52.* se inserunt: adsunt in fasce spermatico alii trunci ex testibus prodeuntes, qui cum in praeparatione archetypa injecti non fuerint, eos Pictor minime expressit.

59. 59. Lymphatica renum superficialia, quae in eorum substantiam se insinuant.

60. 60. Superficialia, quae cum profundis uniuntur, dum ex sinubus prodeunt.

61. 61. Lymphaticorum trunci, qui ex rene sinistro cum vasis sanguineis exeunt, ac ad glandulas *50. 50.*, et ad alias pone aortam se conferunt.

62. 62. Lymphatica, quae ex rene dextero exeunt, ac ad glandulas *52. 52.* se conferunt.

63. Lymphaticorum trunci, qui in supremam ex grandulis *54.* se immittunt.

64. 64. Binae glandulae, quae pone aortam jacebant juxta latus sinistrum principii ductus thoracici.

65. 65. Truncus major ex confluxu quorumdam truncorum majorum ex glandulis pone cavam, ac inter cavam et aortam prodeuntium enatus, qui admodum dilatatus serpentino cursu superiora versus protenditur, truncos ex latere sinistro advenientes decussat, ac supra ultimam dorsi vertebram cum alio trunco maximo coalescens ductui thoracico originem impertitur.

66. Alius minor truncus, qui in quamdam trunci majoris dilatationem influit.

67. Truncus, cujus ope truncus maximus *65.* cum trunci majoris praedicti dilatatione communicat.

68. Truncus, qui ex glandulis pone aortam ad latus dexterum ejusdem sitis prodit, ac juxta idem latus decurrendo cum praedictis in dilatatione coadunatur.

69. Dilatatio, quae in concursu trium superiorum truncorum observatur.

70. 70. Truncus major, qui dum superiora versus ascendit, recipit.

71. Alium truncum, qui ex glandulis pone aortam, et ad latus ejusdem externum sitis prodit.

72. 72. Duo trunculi, qui ex glandulis *64. 64.* in truncum *70.* se immittunt.

73. 73. Tertius truncus major, qui ex tribus truncis pari modo ex glandulis pone aortam sitis prodeuntes coalescens supra primam lumborum vertebram cum trunco *70.* confluit.

74. Truncus maximus, qui supra ultimam dorsi vertebram cum alio maximo trunco *65.* confluens ductum thoracicum edit.

TABULA CCXVII.

Historiam lymphaticorum vasorum prosequitur ad glandulas aortae et cavae in abdomine accumbentes concurrentium, cum, sublato peritonaei sacco et visceribus in eodem contentis, splene excepto et jecinoris portione, ostendat lymphatica in cujusdam mulieris utero observata ac injecta duodecim circiter post partum diebus emortuae.

XI. Undecima dorsi vertebra.

IX. X. XI. Costae lateris sinistri nona, decima, undecima resectae.

V. Ultima lumborum vertebra quae conjungitur cum

A. Osse sacro.

B. B. B. B. Crista ilium.

C. Os pubis sinistrum resectum.

D. Coxa sinistra integumentis obtecta.

E. Interior pars musculorum abdominalium supra coxam revoluta.

F. Fundus vesicae deorsum reclinatae postquam ossa pubis resecta fuerint.

G. G. Uterus inferiora versus reclinatus, ut ejusdem facies posterior conspiciatur.

H. Ovarium dexterum.

I. I. I. I. Ligamenta lata, quorum posterior lamina deleta fuit, ut vasorum lymphaticorum trunci nudi in conspectum prodeant.

K. K. Corpus pampiniforme.

L. L. Renes.

M. M. Ureteres.

N. N. Renes succenturiati, seu capsulae atrabilares.

O. O. Portio hepatis.

P. Splen.

Q. Portio musculi recti abdominis lateris dexteri.

R. Portio musculi recti sinistri.

S. S. Portio transversi abdominis lateris sinistri.

T. T. T. T. Portiones musculorum intercostalium internorum ejusdem lateris.

V. V. Musculi quadrati lumborum a renibus maxima ex parte obtecti.

W. W. Musculi psoae.

X. X. Musculi iliaci interni.

a. a. Tubae Fallopianae.

b. b. Orificium satis amplum, per quod tubae cum cavitate abdominis communicant, suis fimbriis ornatum.

c. c. Extremitas tubarum extenuata utero inserta.

d. Ligamentum, cujus ope ovarium dexterum utero alligatur.

f. f. Nervi utrinque ex ultimis dorsalibus advenientes, qui circa cristam ilium in musculos transversos abdominis se demergunt, ut per eosdem, ac alios musculos abdominales, ac dein in communia tegumenta suis ramulis dispertiantur.

g. g. Nervi lateris sinistri ex primo lumborum pariter procedentes, qui musculum psoam perforant, ac primo supra musculum quadratum, dein supra iliacum internum circa ejus originem a crista ilium inferiora versus decurrunt, ac antequam ad tuberculum anteriorem, et superiorem ilii, perveniant sub musculo transverso se occultant, ut per eumdem musculum ac alios hujus lateris musculos, ac dein ad communia tegumenta dispertiantur.

h. h. Nervi ex primo, et secundo lumbalium emissi, qui musculo psoa infra renem perforato supra iliacum excurrunt, ac in plures dividuntur ramos, qui praeter nonnullos ramulos, quos ipso iliaco interno, ac musculis abdominalibus suppeditant, sub ligamentum Poupartii ad coxam transeunt, ut per ipsius tegumenta evanescant.

h. † Nervus qui ex crurali derivat, ac in iliacum internum dispertitur.

i. Nervus lateris dexteri ex primo lumbalium profectus, qui per musculos abdominales ac integumenta hujus lateris dividebatur.

i. † Nervus lateris dexteri ex primo, et secundo lumbalium profectus, qui musculum psoam perforat, ac super iliacum internum decurrendo usque ad tuberculum anteriorem superiorem ilii producitur.

k. Fasciculus ramorum, in quos dividitur praedictus nervus *i.* † dum ex cavitate abdominis exit.

m. m. m. Rami, qui per exteriorem coxae faciem distribuuntur.

n. n. n. Rami, qui per anteriorem coxae faciem usque ad genu descendunt.

o. Ramus ex secundo lumbalium, qui psoa perforato sub ligamentum Poupartii se immittit ut in ramos divisus in interna coxae facie per integumenta dividatur.

p. Nervus, qui ex primo lumbalium derivat, et per musculos rectos abdominis dividebatur, ac ramulum emittebat, qui per anulum ad tegumenta pectinis dividebatur.

q. Nervus cruralis, qui sub ligamentum Poupartii se occultat.

s. s. Aorta supra undecimam dorsi vertebram resecta.

t. t. Arteria coeliaca resecta.

u. Arteria splenica similiter resecta, ac in plures ramos dirempta, qui per sinum splenis in ejusdem substantiam se insinuant.

v. v. Rami arteriae splenicae resecti, qui ad fundum ventriculi producebantur.

w. Arteria mesenterica superior pari modo resecta.

x. x. Arteriae emulgentes.

y. y. Rami earumdem, qui supra venas producuntur, ut dein divisi in sinus renum se occultent.

y. y. y. y. z. z. Arteriae spermaticae, quae serpentino cursu ad uterum usque porriguntur atque plurimos ramos ovariis, ac tubis Fallopianis suppeditant, quorum aliqui in latere sinistro conspiciuntur.

1. Mesenterica inferior resecta.

2. Arteria sacra media.

3. 3. 3. 3. Iliacae primitivae.

4. 4. Iliacae externae.

5. 5. Iliacae internae, seu hypogastricae.

6. 6. 6. Arteriae ileo-lumbales, quae per musculos iliacos internos, et psoas dividuntur.

7. Arteria lumbalis infima pertinens ad musculos abdominis, quae nonnullos ramos ad musculum iliacum internum emittit, quibus cum ileolumbali et iliaca circumflexa communicat.

8. 8. 8. 8. Arteriae iliacae circumflexae.

9. 9. Arteria epigastrica sinistra, quae sursum per musculum rectum decurrens in substantiam musculi se demergit.

10. 10. Arteriae pudendae communes, quae in uterum, vaginam, vesicam, ac extremitatem intestini recti dispertiuntur, quarum hic apparent tantummodo aliqui trunci ad uterum pertinentes.

11. 11. Truncus pudendae communis, qui juxta uteri latus sinistrum ad ipsius fundum exporrectus cum ramo spermaticae communicat, et areum efformat, unde plures rami derivant, qui serpentino cursu per uteri substantiam dividuntur.

12. 12. Rami arteriae spermaticae, qui per tubas Fallopianas dispertiuntur.

13. 13. Rami majores arteriae spermaticae, qui in fundum uteri perreptant.

14. Aliqui rami resecti, qui per ovarium sinistrum dividebantur.

15. 15. Ligamenta ab arteriis umbilicalibus efformata.

17. Ramus venae azygae.

18. Vena splenica resecta, quae ex confluxu ramorum e sinu splenis prodeuntium derivat, cujus pariter resecti apparent rami, qui ex fundo ventriculi procedunt.

19. Vena cava inferior, quae ex sinu hepatis exit, ac supra corpora vertebrarum juxta latus eorumdem dexterum usque ad ultimam lumborum vertebram protenditur.

20. Vena capsularis dextera, quae ex sinu renis succenturiati in cavam influit.

21. 21. Vena emulgens sinistra a tribus ramis ex sinu renis prodeuntibus efformata, quae ex sinistro latere oblique su-

periora versus decurrendo aortam decussat, et in cavam aperitur.

22. Vena capsularis sinistra, quae ex rene succenturiato sinistro in emulgentem sinistram influit.

23. 23. Vena spermatica sinistra, quae in emulgentem ejusdem lateris exoneratur.

24. 24. Vena emulgens dextera.

25. 25. Rami venae spermaticae dexterae, qui ex fundo uteri procedunt, ac supra ovarium inter laminas ligamenti lati transeunt.

26. Alii rami, qui ex tubis Fallopianis adveniunt.

27. Trunci efformati ex confluxu ramorum per faciem uteri anteriorem, et posteriorem decurrentium, qui infra ovarium ad corpus pampiniforme producuntur.

28. 28. Trunci, qui cum pudenda communi inosculantur, ramisque receptis ex infima parte uteri ac ipsius collo ad corpus pampiniforme concurrunt.

29. 29. Trunci majores, qui in fasce vasorum spermaticorum simul concurrunt, et unicum truncum edunt.

30. Vena spermatica dextera a truncis 29. efformata, quae cum cava paullo infra emulgentem conjungitur.

31. 31. Venae iliacae primitivae, quae cavam efformant.

32. Vena sacra media.

33. 33. Iliacae externae.

34. Vena iliaca circumflexa sinistra.

35. Vena epigastrica ejusdem lateris.

36. 36. Venae iliacae internae, seu hypogastricae.

37. 37. Venae pudendae communes.

38. 38. Rami ex vagina advenientes, qui cum vena 37. confluunt.

40. 40. Binae glandulae inferiores inguinis lateris dexteri.

41. 41. Binae glandulae supremae inguinis, quae ligamento Poupartii accumbebant.

42. Tres aliae glandulae, quae inter supremas ac infimas sedent.

43. Portio cujusdam glandulae, quae maxima ex parte a ligamento lato uteri obtegitur. Reliquae glandulae, quae in-

ternum occupant latus, et sub eodem ligamento, ac sub ipso utero deorsum, ac nonnihil dextrorsum revolutis latent.

44. 44. 44. Lymphaticorum trunci, qui ex pede ac crure advenientes in glandulas inguinis inferiores *40.* se immittunt.

45. 45. Trunci lymphatici, qui in duabus ex glaudulis *42.* se inserunt.

46. Truncus, qui ex coxa procedit, ac in supremam ex glandulis *42.* se inserit.

47. Alius truncus ex coxa pariter adveniens, qui in externam ac majorem ex glandulis supremis *41.* concurrit.

48. Tertius, qui in externam ex glandulis inferioribus inguinis *40.* se inserit.

49. Truncus, qui ex clunibus procedit, et in supremam ex glandulis *42.* se immittit.

50. 50. Trunci, qui ex clunibus in externam, et majorem ex glandulis *41.* se demergunt.

51. Truncus, qui ex lumbis procedebat, ac in eamdem concurrit glandulam.

52. 52. Trunci resecti, qui ex tegumentis abdominis proficiscebantur, ac in praedictam glandulam concurrunt. Omnes glandulae plexibus ad invicem ductis communicant, ac plexus, et truncos emittunt, qui ad alias glandulas ab utero obtectas se conferunt.

53. 53. Binae glandulae, quae supra musculum iliacum internum jacent.

54. Bini trunci suis ramis ex peritonaeo, ac pinguedine advenientes, qui in supremam ex glandulis *53.* concurrunt.

55. Truncus, qui ex suprema ex iisdem glandulis *53.* ad infimam producitur.

56. Truncus, qui ex hac infima glandula eductus pone ligamentum uteri se occultat ut adeat glandulam arteriae iliacae externae accumbentem.

57. 57. Binae glandulae, quae vasis sanguineis epigastricis in latere sinistro accumbunt.

58. Glandula pone arcum musculorum abdominalium lateri externo iliacae externae sinistrae accumbens.

59. Lymphatica epigastrica, quae in glandulas 57. concurrunt.
60. Trunci, qui ex glandulis 57. ad glandulam 58. se conferunt.
61. Trunci lymphatici, qui ex glandulis inguinalibus ad glandulam 58. concurrunt.
62. Glandula suprema cristae ilium.
63. Alia glandula paullo infra cristae ilium accumbens.
64. Glandula supra musculum iliacum sita.
65. 65. Binae glandulae eidem musculo iliaco paullo supra accumbentes.
66. Bini trunci, qui ex tegumentis ac musculis abdominis procedebant, ac iisdem perforatis in glandulam 62 concurrunt.
67. Truncus, qui ex glandula 62. in externam ex glandulis 65. se inserit.
68. Alius truncus, qui pariter ex 62. profectus ad glandulam 63. tendit.
69. Truncus, qui ex glandula 63. procedit.
70. Rami, quibus truncus 69. in glandulam 58. se demergit.
71. Truncus ex peritonaeo et pinguedine faciem ejusdem externam occupante ortus, qui bifariam dividitur, et in glandulas 64., et externam ex 65. se inserit.
72. Truncus, qui ex glandula 64. in glandulam 58. concurrit.
73. Truncus, qui ex externa ex glandulis 65. in internam se immittit.
74. Truncus, qui ex eadem egreditur, ac pone musculum psoam se occultat ut juxta lumborum vertebras ad alias glandulas producatur, et cum aliis lymphaticorum truncis se admisceat.
75. 75. 75. 75. 75. Glandulae, quae utrinque latera pelvis inter vasa sanguinea iliaca interna, et externa occupant.
76. Glandula, quae supra os sacrum jacet.
77. Glandula posita inter os sacrum, et substantiam cartilagineam ligamentosam, quae idem os cum ultima lumborum vertebra connectit.
78. 78. Glandulae, quae ultimae lumborum vertebrae accumbunt.
79. 79. Glandulae, quae supra venam iliacam sinistram jacent.
80. Glandula divisioni aortae accumbens.

81. 81. Glandulae lateri externo arteriae iliacae sinistrae appositae.

82. 82. 82. 82. Glandulae ad latus exernum aortae sitae infra emulgentes.

83. 83. 83. Glandulae, quae supra aortam jacent.

84. 84. Glandulae, quae supra venam iliacam dexteram jacent.

85. 85. Glandulae supra cavam, ac inter cavam et aortam locatae.

86. Lymphaticorum trunci, qui ex glandula *58.* ad glandulas pelvis descendunt.

87. Lymphaticorum trunci, qui ex glandulas *58.* ad glandulas *81. 81.* producuntur.

88. Lymphatica, quae ex vesica ad infimam ex glandulis *75.* lateris sinistri tendunt.

89. 89. 89. Lymphaticorum trunci majores ex confluxu ramorum ex facie anteriore posteriore, ac ex substantia uteri advenientium efformati, qui in glandulas *75. 75.* utrinque inseruntur.

90. 90. Lymphatica ex vagina, vesica, ac intestino recto advenientia, quae in supremas ex glandulis *75.* se immittunt.

91. Lymphatica, quae in latere sinistro ex suprema ex glandulis *75.* ad glandulas *81. 81.* feruntur.

92. Truncus ex praedicta glandula suprema *75.* procedens in infiamam ex glandulis *79.* insertus, unde duo trunci derivant, qui in infimam ex glandulis *82.* inseruntur.

93. Trunci ex plexu iliaco orti, qui inter venam, ac arteriam iliacam sinistram exeunt, et in glandulas *78. 79. 81. 82.* se immittunt.

94. Lymphatica, quae ex facie anteriore ossis sacri procedunt, ac in glandulam *76.* concurrunt.

95. Lymphatica, quae ex glandulis pelvis in glandulam *76.* coadunantur.

96. Lymphatica, quae ex glandulis pelvis lateris dexteri in glandulam *77.* se immittunt.

97. Lymphaticorum trunci, qui ex glandula *77.* in glandulam *76.* producuntur.

98. Trunci, qui ex glandula *76.* procedunt, et ponc vasa sanguinea se occultant, ut alias adeant glandulas post aortam locatas.

99. Trunci ex glandula *77.* ac ex infima ex glandulis *78.* prodeuntes, qui pone arteriam iliacam dexteram se occultant, et paullo post denuo juxta latus externum ejusdem se manifestant, ac deinde supra ipsam arteriam perreptant, et in glandulam *80.*, atque in supremam ex glandulis *84.* se immittunt.

100. 100. Trunci, qui ex infima ex glandulis *78.* derivant, et arteria iliaca dextera retrorsum trajecta supra venam iliacam ejusdem lateris apparent, per quam reptando ad cavam ascendunt, ac demum in unicum truncum coniuncti pone cavam se occultant.

101. Trunci, qui ex praedicta glandula *78.* advenientes pone venam iliacam sinistram se occultant.

102. Lymphatica, quae in latere dextero ex glandulis inter musculum psoam et arteriam iliacam externam locatis procedunt, ac partim in infimam ex glandulis *84.* se immittunt, partim vero directe ad supremam producuntur.

103. Trunci lymphatici, qui ex suprema ex glandulis *75.* in latere dextero ad glandulas *84. 84.* feruntur.

104. Trunci, qui ex suprema ex glandulis *84.* profecti super cavam oblique superiora versus decurrendo in latus ejusdem externum transeunt, ac denique pone cavam se occultant.

105. Alli trunci, qui ex eadem glandula procedunt, ac inter cavam, et aortam migrant.

106. Trunci ex glandula *80.*, ac ex infima ex glandulis *83.* procedentes, qui pone aortam reflectuntur.

107. 107. Trunci ab unione superficialium, ac profundorum uteri efformati, qui per ejusdem faciem posteriorem perreptant, ac in sinistro ejus latere concurrunt in

108. Truncum, qui cum aliis conjungitur ex facie anteriore huc advenientibus.

109. 109. Trunci, qui ex facie anteriore uteri derivant, ac cum trunco *108.* copulantur.

110. Truncus major ab unione praedictorum enatus, qui ad formationem plexus ovario accumbentis concurrit.

111. Plexus lymphaticorum, qui ovario sinistro accumbebat.

112. Alius truncus ab unione ramorum ex facie anteriore, ac posteriore uteri proficiscentium efformatus, qui in praedictum plexum concurrebat.

113. Tertius truncus ab unione ramorum ex facie anteriore ac posteriore uteri circa fundum, ac ex ipso fundo prodeuntium, qui in eumdem plexum concurrit.

114. 114. Trunci, qui ex tuba Fallopiana sinistra procedunt, ac ad praedictum plexum concurrunt.

115. Truncus major, qui ex eodem plexu procedit, ac sursum cum fasce vasorum spermaticorum progreditur.

116. Duo trunci ex eodem plexu orti, ac dein in unum conjuncti, qui pone fascem vasorum spermaticorum transit, ac cum praedicto *115.* copulatur.

117. Truncus ex unione vasorum *115.* et *116.* ortus, ac dum sursum exporrigitur in alios, ac alios ramos divisus, qui in glandulas lateri externo aortae *82.*, ac ipsi aortae antrorsum *83.* accumbentes se immittunt.

118. 118. Lymphaticorum trunci, qui ex substantia uteri procedunt, ac per funiculum vasorum spermaticorum ad glandulas *83.* aortae accumbentes se conferunt paullo supra mesentericam inferiorem.

119. 119. Trunci, qui ex facie posteriore uteri procedunt, ac in latere dextero uteri coadunantur, ubi cum truncis ex facie anteriore advenientibus uniuntur, ac efformant

120. Truncum majorem, qui sursum per fascem vasorum spermaticorum exporrigitur.

121. Alii trunci ex facie anteriore, ac posteriore uteri, ac ex ejus fundo proficiscentes, qui pone ovarium dexterum se occultant, ac plexum circa ovarium positum adeunt.

122. Trunci ex praedicto plexu orti, qui cum trunco *120.* uniuntur.

123. Truncus ab unione truncorum *120.*, ac *122.* efformatus, qui cum vena spermatica ad renes exporrectus bifariam dividitur, ac immittitur in supremam ex glandulis *82.*, quae aortae accubunt, atque in mediam ex iis *85.*, quae supra cavam, ac inter cavam, et aortam sedent.

124. 124. Alius truncus ex substantia uteri procedens, qui dum

per fascem vaosrum spermaticorum sursum exporrigitur, in alios, atque alios dividitur ramos, quibus in glandulam *85.* mediam se immittit.

125. 125. Lymphatica superficialia renum, quae in substantiam eorumdem se occultant.

126. 126. Lymphatica superficialia eorundem, quae cum profundis uniuntur dum ex sinu exeunt.

126. Trunci, qui ex sinu renis dexteri prodeunt, ac ante vasa sanguinea perreptant, ut tandem ad glandulas pone cavam sitas se conferant.

127. Alius truncus, qui ad glandulam *85.* supremam inter cavam et aortam sitam protenditur.

128. Trunci, qui ex sinu renis sinistri exeunt, ac ad glandulam *82.* statim supremae subjectam tendunt.

129. Glandulae, quae venae, ac arteriae emulgenti sinistrae accumbunt, in quas se immittunt trunci ex ipso rene procedentes.

130. Truncus ex sinu renis simili modo emergens, qui ad glandulam pone renem succenturiatum locatam fertur.

131. Truncus, qui ex rene succenturiato sinistro ad glandulas *129.* tendit.

132. Glandulae, quae caudae diaphragmatis sinistrae paullo supra emulgentes sinistras accumbunt, in quos producuntur trunci ex glandulis *129.* profecti.

133. Trunci, qui ex ligamento sinistro hepatis in infimam ex glandulis *132.* concurrunt.

134. Trunci, qui ex suprema ex glandulis *132.* profecti pone aortam se occultant ut alias adeant glandulas, ac exinde in ductum thoracicum confluant.

135. 135. Glandulae spleni accumbentes.

136. 136. Aliae glandulae vasis sanguineis appositae ubi in sinus splenis se demergunt.

137. 137. Glandulae, quae juxta decursum vasorum sanguineorum splenis sedent.

138. 138. 138. Lymphatica superficialia splenis, quae in ejusdem substantiam se demergunt.

140. 140. Alii trunci majores, qui per superficiem splenis perreptant, ac in glandulas *135. 135.* inseruntur.

141. 141. Trunci, qui ex sinubus splenis exeunt, ac in glandulas *136. 137.* coadunantur.

Glandulae *135. 136. 137.*, quotquot sunt, truncorum, et plexuum ope ex una in aliam trajicientium mutua gaudent communicatione. In has glandulas cum splenicis concurrunt lymphatica nonnulla ex pancreate, ac omento derivantia, quae partim resecta conspiciuntur.

142. Bini trunci majores, in quos coadunantur lymphatica splenis. Ex his major in supremam ex glandulis *83.* se inserit; alter pariter in supremam ex iis *85.*, quae inter cavam et aortam infra emulgentes jacent.

143. Truncus major resectus, qui ex glandulis circa originem mesentericae superioris profectus supra emulgentem sinistram transibat, ac in supremam ex glandulis *82.* in plures ramos divisus se demergit.

144. Truncus major resectus ex profundis hepatis, qui supra venam emulgentem sinistram transit, ac ad supremam ex glandulis *82.* producitur.

145. Glandulae, quae caudae dexterae diaphragmatis accumbunt.

146. Lymphatica resecta, quae ex ligamento dextero hepatis procedunt, ac in supremam ex glandulis *145.* se inserunt.

147. Lymphatica, quae ex facie concava lobi dexteri hepatis procedunt, ac pone cavam ad alias glandulas transeunt.

148. Alii lymphaticorum trunci, qui ex eadem facie hepatis procedunt, ac supra cavam perreptant ut adeant supremam ex glandulis *85.*

149. Lymphaticorum trunci, qui ex glandulis *85.* profecti pone aortam se occultant.

150. Alii trunci, qui ex glandulis *82. 83.* pari modo procedunt, et post aortam ad alias glandulas, ac exinde ad ductum thoracicum feruntur.

151. Truncus major, qui ex glandulis pone cavam procedit, ac per rimam caudae dexterae diaphragmatis in caveam thoracis migrat ut cum ductu thoracico conjungatur.

152. Portio ductus thoracici.

TABULA CCXVIII.

ST MARY'S HOSPITAL MEDICAL LIBRARY MANCHESTER.

Ex eodem Opere.

Lymphatica intestinorum tenuium superficialia ex cadavere hominis ascite enecti, ac mercurio repleta.

A. A. Portiones musculorum abdominalium resectae, ac inferius supra coxas reclinatae.

B. B. Coxae tegumentis obtectae.

C. Quinque costae nothae resectae.

c. Musculi intercostales interni.

D. Quinque vertebrae inferiores dorsi.

E. A dexteris vena cava abdominalis resecta.

F. Portio intestini duodeni.

G. Portio intestini jejuni.

H. Portio intestini ileon.

I. Aorta resecta.

I. † Portio musculi transversi abdominis.

K. Portio musculi quadrati lumborum.

L. Truncus major venae mesentericae, qui plurimos recipit ramos hac in Tabula obiter expressos.

a. Indicat vas lymphaticum ec. in omni eorumdem ambitu. Plurimi trunci injecti fuere ex loco, quo mesenterium cum intestinis conjungitur, ideoque ex hoc loco prodire videntur. Nonnulli ex facie posteriore adveniunt; plures primas adeunt glandulas; nonnulli primis insalutatis adeunt longinquas. Ut plurimum dividuntur, ac aut in unam, aut in plures glandulas suis ramis se immittunt.

b. Bini trunci, qui ex facie posteriore adveniunt.

g. Trunci, qui glandulas intestinis proximiores praetervadunt, ut in longinquas se immittant, cujusmodi alii passim observantur.

h. Trunci majores ex glandulis circa radicem mesenterii pro-

fecti, qui ad glandulas circum pancreas locatas protenduntur.

i. Glandulae aortae accumbentes, in quas se immittunt trunci ex glandulis inferius sitis advenientes. Ex hisce autem alii proficiscuntur trunci, qui ad ductum thoracicum ascendunt.

k. Ductus thoracicus.

l. Truncus ex ductu thoracico profectus, in quem mercurius ex eodem ductu irrepserat, indeque in

m. Tres glandulas costae nonae ac decimae lateris dexteri accumbentes.

n. Glandulam parti cavae corporis octavae dorsi vertebrae accumbentem.

o. Truncus ex glandula *n* profectus, qui in ductum thoracicum redit supra nonam dorsi vertebram.

q. Tres areae a quibusdam ductus thoracici divisionibus efformatae.

r. Ductus thoracicus supra octavam dorsi vertebram resectus.

TABULA CCXIX.

Ex eodem Opere

Coli lymphatica supra ipsum intestinum mercurio injecta, eorumque iter ad glandulas usque aortae et cavae circumpositas, ubi apparet eorumdem concursus cum intestinorum tenuium lymphaticis, aliisque ex glandulis inguinalibus, utero, renibus, splene, ventriculo provenientibus.

A. A. A. A. Facies posterior, seu inferior ventriculi a colo transverso partim obtecta.

B. B. B. Facies concava lobi dexteri hepatis, quae ab intestino colo obtegitur.

C. Fundus cystifelleae.

D. D. Integumenta coxae resecta, ac deorsum revoluta.

E. Os ilium dexterum.

F. F. Ossa pubis dissecta.

G. G. Musculi quadrati lomborum.

G. † Musculus psoas lateris sinistri.

H. Intestinum ileon ad suam insertionem in colon resectum.

H. † Intestinum caecum.

I. I. Portio intestini coli, quae latus dexterum occupat.

K. K. Colon transversum.

L. L. Portio coli, quae latus sinistrum occupat.

M. M. Intestinum rectum.

N. Uterus deorsum revolutus, cujus pars sinistra ab intestino colo et recto inferius ductis obtegitur.

O. Vagina ab intestino recto maxima ex parte obtecta.

P. Ligamentum latum dexterum uteri.

Q. Tuba Fallopiana dextera.

R. Orificium, per quod tuba cum cavitate abdominis communicat, suis fimbriis ornatum.

S. Fundus vesicae deorsum revolutae.

T. T. T Mesenterium resectum.

U. Portio pancreatis.

V. Splen.

W. Capsula atrabilaris sinistra.

X. Ren sinister.

Y. Ren dexter.

Z. Substantia cartilagineo-ligamentosa, per quam ultima lumborum vertebra ossi sacro adnectitur.

a. a. Cauda diaphragmatis lateris sinistri.

b. Appendix sinistra ejusdem diaphragmatis, quae ex processu transverso primae lumborum vertebrae procedit.

c. c. Aorta.

d. Arteria mesenterica superior.

e. e. Arteria colica sinistra, sive mesenterica inferior.

f. Colicae sinistrae truncus inferior, sive haemorrhoidalis interna

g. Truncus ascendens arteriae mesentericae inferioris, qui cum alio trunco ex mesenterica superiori profecto venam haemorrhoidalem comitante coibat, et arcum quemdam efformabat, ex quo plures prodibant trunci.

h. Truncus ex mesenterica superiori profectus, qui cum trunco *g.* communicat ut efformet arcum praedictum.

i. i. Bini trunci, qui ex arcu praedicto derivant, inter se communicantes, quorum inferior deorsum ductus cum ramo haemorrhoidalis internae arcum quendam majorem efformat.

k. Truncus, qui pariter ab arcu *h. g.* proficiscitur, ac in varios dividitur ramos, quorum inferior cum superiore ex truncis *i. i.* conjungitur: superior vero dextrorsum porrigitur, ac cum trunco ex mesenterica superiori sinistrorsum advecto arcum majorem constituit, ex quo plerique procedunt rami in colon transversum se distribuentes.

l. Arteria colica media, quae dextrorsum ex mesenterica superiori procedit, ac cum ramo ex trunco *k.* profecto, ut innuimus, conjungitur.

m. Colicae sinistrae, ac colicae mediae conjunctio.

n. Arteria ileocolica, cujus resectus fuit truncus, qui in intestinum ileon dispergebatur.

o. Communicatio ileocolicae cum colica media.

p. Colica dextera, quae cum ileocolica communicat, et ad caecum usquae protenditur.

q. q. q. Arteria coronaria inferior ventriculi.

r. Arteria emulgens sinistra a vena obtecta.

s. Emulgens dextera pari modo a vena obtecta.

t. Arteria iliaca primitiva sinistra.

u. Iliaca primitiva dextera.

v. Iliaca externa.

x. Iliaca interna, seu hypogastrica.

y. Arteria pudenda communis resecta.

z. Arteria umbilicalis pariter resecta.

1. Arteria uterina, cujus apparent rami per uterum se dividentes.

2. Truncus major, in quem confluunt omnes venae ex mesenterio ac mesocolo advenientes, qui venae portae nomen nanciscitur.

3. Vena splenica, quae pariter ad formationem venae portae concurrit.

4. 4. Vena haemorrhoidalis interna, sive colica sinistra, quae arteriam ejusdem nominis ubique comitatur.

5. Vena ileocolica.

7. Colica media.

8. 8. 8. 8. Vena coronaria ventriculi inferior.

9. 9. Vena coronaria superior.

10. Vena cava, quae ad sinum hepatis ascendit.

11. Vena emulgens dextera.

12. Vena emulgens sinistra.

13. Vena capsulae atrabilaris sinistrae.

14. 14. Vena spermatica sinistra, quae in emulgentem confluit.

15. 15. 15. Tres rami, qui ex sinu renis sinistri prodeunt, ac emulgentem formant.

16. 16. Vena spermatica dextera, quae in cavam aperitur.

17. Vena iliaca primitiva dextera.

18. Vena iliaca primitiva sinistra.

19. Vena cruralis sinistra.

20. 20. 20. Lymphatica, quae utrinque ex glandulis inguinalibus ad glandulas sub arcu musculorum abdominalium positas protenduntur.

21. Lymphatica, quae ex glaudulis mediis, ac internis lateris dexteri in glandulas pone Poupartii ligamentum positas se immittunt.

22. Glandula, quae latus externum arteriae iliacae occupat.

23. Glandula, quae arteriae iliacae accumbit, cum praedicta 22. conjuncta.

24. Glandula, quae venae iliacae externae accumbit.

25. Alia glandula, quae glandulae 24. subjacet.

26. Glandula, quae inter arteriam iliacam externam et internam sedet.

27. 27. Glandulae, quae venae iliacae externae accumbunt.

Omnes praedictae glandulae, plexibus ac truncis ex una in aliam trajicientibus, vel ad invicem emissis, insimul communicant. Haec vasa iisdem glandulis interjecta admodum dilatata se exhibent.

28. Trunci ex glandula 26. ac ex suprema ex glandulis 27. profecti, qui pone arteriam iliacam se occultant ut alias adeant glandulas corporibus vertebrarum accumbentes.

29. 29. Trunci, qui ex glandula 26. proficiscuntur, pone arteriam iliacam internam transeunt, ac ad os sacrum et ultimam lumborum vertebram protenduntur. Hi diversos plexus efformant, ac partim in latere sinistro ad glandulas venae, ac arteriae iliacae sinistrae accumbentes tendunt; partim vero in dextero ad eas, quae cavae undique circumstant, pertingunt.

30. Glandula, quae inter psoam, et arteriam iliacam externam sedet, ex qua plexus vasorum ad glandulam venae iliacae dexterae circa suam originem accumbentem producitur.

31. Truncus ex suprema ex glandulis 27. profectus, qui in plures dividitur ramos ac se immittit in

32. 32. 32. 32. 32. Glandulas venae cavae, ac origini venae iliacae accumbentes, quo concurrunt plexus ex glandula *30.*, ac ex truncis *29.* profecti.

32. † *32.* † Trunci, qui ex glandulis *32.*, ac ex plexubus a truncis *29.* efformatis profecti inter cavam et aortam se occultant.

33. 33. Truncus major, qui ex glandulis *32.* derivat, juxta cavam excurrit, ac tandem pone eam se occultat ut adeat alias glandulas, et plexus, ac tandem in ductum thoracicum confluat.

34. Truncus, qui in latere sinistro ex glandulis pelvis sursum ascendit, ac pone aortam se occultat.

35. Plexus vasorum, qui ex glandulis pelvis procedit, ac in aliam glandulam arteriae iliacae primitivae accumbentem se inserit.

36. Trunci, qui juxta latus externum iliacae primitivae decurrunt, ac ad glandulas lateri externo aortae accumbentes producuntur.

37. 37. Glandulae, quae venae iliacae primitivae sinistrae adjacent.

38. 38. 38. Glandulae arteriae iliacae externae sinistrae, ac lateri externo aortae infra mesentericam inferiorem appositae, in quas se immittunt trunci ex glandulis *37.* profecti, ac plexus *35.*

39. Trunci, qui ex utero profecti in glandulam *26.* inseruntur.

40. 40. 40. 40. Trunci, qui ex tuba Fallopiana procedunt.

41. 41. Trunci, qui ex facie anteriore uteri, ac ex ejus fundo proficiscuntur.

42. Plexus ovario accumbens, in quem concurrunt trunci *40.* et *41.*

43. 43. Trunci, qui ex plexu *42.* derivant, ac cum vena spermatica usque ad renes protenduntur, atque in glandulas inter cavam et aortam in plures ramos divisi se immittunt.

44. Trunci, qui ex uteri sinistro latere procedunt, ac ad glandulas lateri externo aortae circa renes accumbentes ascendunt.

45. 45. Lymphatica, quae ex rene dextero cum vasis sanguineis derivant, ac ad glandulas inter cavam et aortam sitas pertingunt.

46. 47. Trunci, qui ex facie concava hepatis procedunt, ac tandem ad glandulas inter cavam et aortam sitas descendunt.

48. Truncus major ex superficialibus faciei concavae lobi dexteri hepatis, qui super cavam excurrendo multiplici sua divisione plexum efformat, quo in supremam ex glandulis inter cavam et aortam infra emulgentes sinistras sitis immittitur.

49. Truncus lymphaticus ab unione ramorum ex sinu renis sinistri prodeuntium efformatus, qui in supremam ex glandulis aortae appositis se inserit.

50. Trunci, qui ex rene sinistro pariter procedunt, ac pone emulgentes se occultant ut post aortam alias adeant glandulas, atque exinde ad ductum thoracicum concurrant.

51. Lymphatica ex ligamento sinistro hepatis advenientia, quae pone emulgentes transeunt ut adeant glandulas lateri externo aortae circa renes accumbentes.

52. Trunci ex rene succenturiato sinistro prodeuntes, qui postquam in unicum truncum coiverint, ac binos alios truncos ex quadam glandula inter venam, et arteriam emulgentem sita procedentes sibi adsciverit inferiora versus reflectitur, et adit supremam ex glandulis inter aortam et cavam positis.

52. † Lymphatica, quae ex liene proficiscuntur.

53. 53. Glandulae venae splenicae accumbentes, per quas transeunt lymphatica 52. †.

54. 54. Glandulae faciei posteriori ventriculi circa curvaturam minorem accumbentes, quae recipiunt lymphatica ex facie posteriore seu inferiore ventriculi orta, ac truncos emittunt, qui ad alias glandulas juxta curvaturam minorem dispositas migrant.

55. Primus truncus, qui ramis ex facie postica advenientibus efformatus ad glandulas secundum curvaturam minorem dispositas producitur.

56. 56. 56. 56. 56. Glandulae, quae secundum curvaturam majorem, seu inferiorem dispositae observantur. Quaevis autem glandula ex harum agmine suos recipit truncos ex facie posteriore, seu inferiore ventriculi profectos, qui in Tabula delineati conspiciuntur, ac praeterea alios ab intima ipsius superficie, et interiori substantia prodeuntes, ac internum vasorum stratum constituentes, qui cum intus laterent neque repleti fuerint mercurio in hac praeparatione eos Pictor exprimere non potuit. Hi trunci ex glandula, quam prius attigere, transeunt in eas quae succedunt, atque successive in alias perpetuo a sinistris in dexterius sitas secundum ventriculi curvaturam ad glaudnlas usque, quae pyloro propius circumstant.

57. Trunci, qui ex postrema ex glandulis *55.*, ac ex aliis, quae sub colo latent, in glandulam venae portae accumbentem se immittunt.

58. Truncus, qui ex praedicta glandula proficiscitur, ac pone curvaturam minorem ventriculi se occultat, ut adeat glandulas inter curvaturam minorem et hepar pancreati accumbentes.

59. 59. 59. 59. 59. 59. 59. Glandulae, quae partim principio intestini recti, partim extremitati intestini coli circumstant, quae truncos recipiunt ex ipso colo ac recto proficiscentes, ac alios emittunt, qui coadunantur in

60. 60. Glandulas vasis sanguineis haemorrhoidalibus internis appositas. Ex his glandulis procedunt trunci, qui in infimam ex glandulis *38.* inseruntur.

61. 61. 61. 61. 61. Glandulae paullo supra colo pariter accumbentes, quae nonnullos recipiunt truncos ex colo prodeuntes, quarum tres infimae emittunt truncos in unicum confluentes.

62. Glandula arteriae haemorrhoidali internae accumbens, unde tres procedunt trunci, quorum

63. Prior ad glandulam *38.* concurrit; alii vero in glandulam *65.* Ex glandulis supremis *61.* alli procedunt trunci qui inseruntur in

64. Glandulam paullo supra colo accumbentem, in quam concurrit etiam plexus a suprema, ac media ex glandulis 61. emissus.

65. Glandula vasis sanguineis, ac colo accumbens, in qua coadunantur lymphatica ex glandula 62. et 64. prodeuntia, quae binos emittit truncos pone ramum superiorem mesentericae inferioris transeuntes, ac in unícum se redigentes ut ad glandulam aortae accumbentem ascendant.

66. Glandula vasis sanguineis accumbens, cum unico vase inferente, ac binis efferentibus mercurio injectis, qui cum aliis conjunguntur ut infra adnotabimus.

67. 67. 67. Glandulae, quae arcui accumbunt a ramo haemorrhoidalis internae, ac a ramo trunci superioris mesentericae inferioris efformato. In has glandulas se immittunt trunci ex colo profecti, quorum unicus tantummodo injectus apparet, cum alii in praeparatione non conspicerentur. Iidem trunci ex superiori glandula successive in inferiores descendunt, ac tandem coadunantur in

68. Glandulam paullo infra eidem arcui appositam, unde bini trunci procedunt, qui cum aliis ex glandula 66. profectis efformant

69. Truncum majorem, qui se demergit in

70. Glandulam aortae accumbentem circa originem mesentericae inferioris, in quam concurrunt pariter trunci ex infima ex glandulis 38., ac ex glandulis 75. procedentes.

71. 71. Glandulae inter cavam, et aortam dispositae, quae recipiunt plexus ex glandula infima 38. ac ex 70. derivantes, nec non ex aliis glandulis inter aortam et cavam, ac supra aortam locatis. Ex his glandulis plures procedunt trunci, qui inter cavam, et aortam se insinuant ut alias adeant glandulas pone aortam locatas. Hinc pariter exeunt plexus, qui se immittunt in

72. Glandulam inter cavam et aortam paullo supra locatam, quae plexuum ope cum aliis glandulis conjungitur, ac truncos emittit, qui ad alias glandulas pone cavam, et aortam corporibus vertebrarum appositas tendunt.

73. Truncus a ramis ex glandula 65. profectis efformatus, qui se immittit in

74. Glandulam aortae supra mesentericam superiorem accumbentem, quae plexibus cum suprema ex glandulis 71., et cum glandulis 70., 72., ac 75. communicat.

75. Glandula aortae paullo supra praedictam accumbens, quam adit truncus ex iis, qui juxta latus externum cavae decurrunt, nonnullique alii ex utero provenientes. Haec glandula cum aliis proximis plexuum ope conjungitur.

76. 76. Binae glandulae inter cavam, et aortam locatae paullo infra venam emulgentem sinistram, quas subeunt quidam trunci ex rene dextero, ac ex facie concava lobi dexteri hepatis procedentes. Haec pariter cum aliis glandulis proximis plexuum ope communicant.

77. 77. 77. 77. 77. 77. 77. 77. 77. 77. 77. Glandulae circum vasa sanguinea majora partis sinistrae coli transversi, ac partis supremae coli sinistri sitae, quarum illae, quae intestino propius sedent, recipiunt truncos ex praedictis coli portionibus advenientes. Ex his autem alii prodeunt trunci, qui ad alias successive producuntur, ac tandem coadunantur in

78. Truncum, qui juxta venam haemorrhoidalem internam excurrens se immittit in

79. Glandulam origini venae haemorhoidalis internae ac mesentericae superioris accumbentem.

80. 80. 80. 80. 80. 80. Glandulae circa vasa sanguinea mediae coli transversi partis positae, quas subeunt trunci ex eadem coli parte derivantes. Hae glandulae suos emittunt truncos ex iis, quae dexterius sedent, successive in alias laevam partem versus dispositas, ut demum cum coli lymphaticis ex glandulis 77. procedentibus confluant in truncum communem 79.

80†. 80†. 80†. 80†. 80†. Glandulae circum vasa sanguinea coli transversi in dextero latere dispositae, quae pariter lymphatica ex colo recipiunt, ac emittunt truncos, qui suc-

cessive in alias glandulas a sinistris in dexterius sitas producuntur, ac tandem se immittunt in eas, quae ad radicem mesenterii resident, ubi cum iis consociantur, quae ex parte dextera coli, ac ex intestinis tenuibus procedunt.

81. 81. 81. 81. 81. 81. 81. 81. 81. Glandulae, radici mesenterii circumpositae, ubi coadunantur lymphaticorum trunci ex intestinis tenuibus advenientes, qui resecti conspiciuntur.

82. Nonnulli trunci resecti, qui cum vasis sanguineis ileocolicis ex ileo procedebant.

83. 83. 83. 83. 83. 83. 83. 83. Glandulae juxta vasa sanguinea colica dextera dispositae, quae recipiunt lymphatica ex caeco, ac ex parte dextera coli prodeuntia, ac truncos emittunt, qui partim pone mesenterium se occultant ut adeant glandulas circum ipsius radicem dispositas hic ab aliis tectas, partim vero in

84. Glandulam vasis sanguineis colicis in dextero latere accumbentem, ex qua bini procedunt trunci, qui se insesenrunt in

85. Glandulam vasis sanguineis ileo colicis circa radicem meterii appositam.

86. 86. 86. 86. Glandulae radicem mesenterii occupantes pancreati circumpositae, quae recipiunt truncos ac plexus a glandulis *81.* ac *85.* emissos.

87. Plexus, qui ex infima ex glandulis *86.* pone venam emulgentem sinistram se occultant, ut alias adeant glandulas inter cavam et aortam, ac pone cavam, et aortam dispositas.

88. Trunci, qui ex glandulis mesenterii ultimis *86.* ex latere dextero in sinistrum descendendo producuntur, ac supra venam emulgentem sinistram transeunt ut se immittant in

89. 89. Glandulas superiores infra emulgentem sinistram inter cavam et aortam, ac supra aortam locatas; ex quibus procedunt trunci, qui partim cum aliis glandulis proximis

communicant, partim inter cavam, et aortam ad glandulas corporibus vertebrarum lumbalium accumbentes protenduntur.

90. Glandula, quae inter cavam, et aortam sedet infra supremam ex glandulis *89.*, quae diversos truncos ex facie concava hepatis recipit, cum aliis glandulis proximis communicat, ac alios emittit truncos glandulas adeuntes inter cavam et aortam corporibus vertebrarum appositas.

91. 91. 91. 91. Glandulae aortae dextrorsum, et antrorsum accumbentes, quae truncos recipiunt ex utero, ac ex renibus advenientes, cum aliis glandulis communicant, ac truncos emittunt ad glandulas pone aortam dispositas, qui exinde in ductum thoracicum confluunt.

TABULA CCXX.

Ex eodem Opere

FIGURA I.

Repraesentat lymphatica convexam hepatis superficiem occupantia cum eorundem decursu per viseris ligamenta.

A. A. A. Portiones diaphragmatis.

B. Lobus dexter hepatis.

C. Lobus sinister.

D. Fissura umbilicalis, qua lobum dexterum a sinistro dividitur.

E. Fundus cystifelleae.

F. Ligamentum suspensorium hepatis.

G. Ligamentum sinistrum.

H. Ligamentum dexterum.

1. Truncus major resectus, in quem, ut plurimum, coadunantur plerique lymphatici trunci, qui ad ligamentum suspensorium tendunt. Hic truncus in caveam thoracis penetrat per spatium triangulare inter diaphragmatis origines a cartilagine sexta lateris sinistri, ac a cartilagine mucronata interjectum, ut in ramos divisus adeat glandulas juxta decursum mammariae internae dispositas, ut infra demonstrabimus.

2. Lymphaticorum trunci, qui ex facie convexa lobi sinistri hepatis in ligamentum sinistrum coadunantur, ac deinde ubi ad diaphragma pertigerint dextrorsum excurrunt, dein oblique antrorsum flectuntur ut adeant glandulas cardiae circumpositas.

3. Lymphaticorum trunci, ex facie convexa ejusdem lobi procedentes, qui ex ligamento sinistro ad diaphragma pro-

ducuntur, ac per faciem ejusdem concavam excurrendo ad glandulas caudae sinistrae ejusdem diaphragmatis accumbentes se conferunt.

4. Lymphatica, quae ex facie convexa per fissuram umbilicalem descendunt ut profundis se comites praebeant.
5. Alii lymphaticorum trunci, qui ex facie convexa lobi dexteri ad concavam migrant.
6. Lymphatica in parte dextera lobi dexteri sita, quae per ligamentum dexterum diaphragmate perforato in caveam thoracis migrant, ac juxta costam duodecimam decurrendo diversas inveniunt glandulas eidem costae accumbentes.
7. Alius truncus, qui ad ligamentum dexterum producitur, ac per dehiscentes fibras diaphragmatis penetrat in caveam thoracis, ut tandem reflexo itinere redeat in abdominis cavitatem ad glandulas inter venam cavam, et caudam sinistram diaphragmatis sitas.
8. Lymphaticorum trunci, qui juxta hepar decurrentes partim ad glandulas praedictas concurrunt, partim in caveam thoracis transeunt ad glandulas diaphragmati circum cavam et oesophagum dispositas.
9. Truncus lymphaticus ex iis, qui perforato diaphragmate ad praedictas glandulas circum cavam et oesophagum positas tendunt.

FIG. II.

Ostendit faciem posteriorem, ac externam pulmonis dextri cum vasis lymphaticis, quae per eamdem decurrunt.

A. Lobus superior ejusdem.
B. Lobus medius.
C. Lobus infimus ac major.
D. Fossa, quae lobum supremum ab infimo dividit.
E. Rima, quae inter lobum medium et infimum conspicitur.
F. Alia rimula, quae lobum medium separat.

G. Continuatio fossae *D.* quae lobum infimum a medio dividit.

H. Quaedam dilatationes, seu varices, quae in lymphaticis lobi infimi conspiciebantur.

1. Truncus lymphaticus procedens ex rete faciem superiorem fossae *D.* in lobo supremo sitam induente, qui inter lobum medium ac supremum se occultat, ut adeat glandulas circa bronchia sitas.

2. 3. Lymphaticorum trunci ex rete in parte postica lobi supremi procedentes, qui in substantiam pulmonis se demergunt, ut cum profundis conjuncti adeant glandulas lymphaticas bronchiales.

4. Alii trunci ex rete in infima parte ejusdem lobi sito procedentes, qui inter lobum supremum, ac medium se occultat.

5. Lymphatici trunci, qui ex rete in lobo medio sito procedunt, ac in fossa *G.* se occultant ut adeant glandulas proximas.

6. 8. Lymphatica vasa, quae ex superficie lobi medii in substantiam pulmonis se demergunt.

9. 10. Trunci qui ex lobo medio in fossam *G.* descendunt.

11. Trunci ex rete majori per lobum infimum late protenso derivantes, qui in substantiam pulmonis se demergunt ut cum profundis conjuncti glandulas adeant bronchiales.

12. 13. Trunci, qui per marginem acutum, ac inferiorem lobi infimi ex convexa facie ad concavam protenduntur.

14. Areae a truncis majoribus efformatae, in quarum vacuo alii trunculi minores conspiciuntur, qui alias areas circumscribunt.

15. 16. 17. 18. et *19.* Trunci ex reliqua hujus lobi superficie procedentes, qui partim in substantiam pulmonis se demergunt, partim per superficiem excurrunt. Plurium continuatio interrupta se offert, quod valvulae eorum repletioni obicem posuerint.

TABULA CCXXI.

Ex eodem Opere.

Hepatis concava superficies, et facies superior seu posterior ventriculi cum lymphaticis superficialibus eamdem jecoris faciem nec non cystifelleam occupantibus, ac profundis, quae per sinus ejusdem exeunt.

A. Hepar.
B. B. B. Facies concava lobi sinistri hepatis.
C. C. C. C. Facies concava lobi dexteri ejusdem visceris.
D. Lobulus Spigelii.
E. Sinus, per quem transit vena umbilicalis.
F. Rima inter lobum Spigelii, ac lobum sinistrum sita.
G. Sinus, per quem in substantiam hepatis se demergunt arteria hepatica, vena portae, et nervi, et unde prodeunt lymphatica et pori biliarii.
H. Cystifellea.
I. Ductus coledochus.
L. Vena portae resecta.
M. Vena umbilicalis in ligamentum redacta.
N. N. Portiones ligamenti suspensorii, ac dexteri.
O. Portio diaphragmatis.
P. Ventriculus.
Q. Q. Q. Curvatura major ventriculi.
R. R. Curvatura minor.
S. Fundus ventriculi.
T. Orificium superius ventriculi, seu cardia.
U. Orificium inferius, seu pylorum.
V. Portio intestini duodeni.
W. W. Renes, quorum sinister maxima ex parte a ventriculo obtegitur.
X. Sinus renis dexteri.

Y. Y. Portiones musculi transversi abdominis.
Z. Portio musculi quadrati dexteri.
a. a. Portiones musculorum psoas.
b. b. Cauda diaphragmatis dextera.
c. c. c. Cauda sinistra.
d. d. d. Vertebrae lumborum.
e. Conjunctio caudarum diaphragmatis.
f. Rima, per quam inter caudam dexteram, et sinistram diaphragmatis aorta ex cavitate thoracis in abdomen migrat.
g. Acus, per quam aorta, et cava ultimae lumborum vertebrae adfiguntur.
h. h. h. Aorta.
i. Arteria caeliaca resecta.
l. Arteria mesenterica superior resecta.
m. Arteria emulgens sinistra.
n. n. Emulgens dextera.
n. †. Ramus arteriae emulgentis resectus.
o. Mesenterica inferior resecta.
p. p. Coronaria superior ventriculi.
q. Haemorrhoidalis interna resecta.
r. Ramus superior ejusdem mesentericae inferioris pari modo resectus.
s. s. Vena cava inferior.
t. Vena cava inferior, quae in sinum posteriorem hepatis se insinuat.
u. Vena emulgens sinistra resecta.
v. Vena emulgens dextera, quae suis divisionibus in sinum renis se demergit.
w. Vena spermatica dextera.
y. y. Vena coronaria inferior ventriculi.
z. Ureter dexter resectus.
1. Truncus lymphaticus resectus, qui ex peritonaeo adveniebat, ac supra capsulam renem involventem sursum exporrigebatur.
2. Truncus, in quem coadunantur quaedam renum lymphati-

ca e sinu renis dexteri procedentia, in plures ramos divisus qui ad glandulam inter cavam et aortam sitam pergit.

3. Lymphaticorum trunci, qui ex eodem rene procedunt, ac ad glandulas pone cavam sitas tendunt.

4. 4. Lymphaticorum trunci, qui ex testiculo dextero, ac ex aliis glandulis inferius sitis producitur ad

5. Glandulam cavae accumbentem.

6. Truncus major, qui ex glandula *5.* profectus supra cavam sursum porrigitur, ac bifariam dividitur.

7. 7. Bini trunci, quorum dexter ex glandula *5.* derivat, alter vero ex trunco *6.*, ac ad glandulas pone cavam transeunt.

8. Alius ramus major trunci *6.*, qui se inserit in glandulam inter cavam et aortam sitam.

9. Truncus lymphaticus, qui ex glandulis pone cavam procedit, ac se inserit in

10. Glandulam inter cavam et aortam sitam, ubi concurrit ramus *8.* ac alii trunci ex aliis glandulis profecti. Haec glandula ex facie posteriori unicum edit truncum, qui ad glandulas pone aortam sitas migrat.

11. Lymphaticorum trunci, qui ex glandulis inferioribus ad glandulas lateri externo aortae appositas producuntur.

13. 13. 13. 13. Glandulae, quae lateri externo aortae accumbunt infra mesentericam inferiorem.

14. Lymphaticorum trunci, qui pone arteriam mesentericam inferiorem, et pone glandulas, ac lymphatica eidem mesentericae inferiori apposita transeunt, atque ad glandulam tendunt lateri externo aortae accumbentem supra mesentericam inferiorem.

15. Truncus lymphaticus ex mesentericis inferioribus, qui juxta mesentericam inferiorem excurrens se immittit in

16. Glandulam mesentericae inferiori accumbentem.

17. 17. 17. Glandulae mesentericae inferiori ac aortae circa originem ejusdem mesentericae inferioris accumbentes, quarum prima recipit plexus ex glandula *16* profectos, ac truncos emittit, qui ad glandulas *17. 17.* procedunt. Inferior

autem ex glandulis *17.* truncum recipit ab interiori ex glandulis *13.*

18. Bini lymphaticorum trunci, qui ex glandulis *17. 17.* ad glandulam *10.* tendunt.

19. Glandula lateri externo aortae paullo supra mesentericam inferiorem apposita, in quam concurrunt trunci ex glandulis *13.* profecti. Haec glandula emittit truncos ad glandulas paullo superius juxta latus externum aortae dispositas, et ad

20. Aliam majorem glandulam supra aortam, ac inter cavam et aortam sitam, ubi plures concurrunt trunci ex hepate, rene dextero, ac peritoneo advenientes. Ex facie posteriore hujus glandulae trunci procedunt, qui vel alias adeunt glandulas pone aortam sitas, vel ad ductum thoracicum producuntur.

21. Lymphaticorum trunci, qui ex rene sinistro procedunt, ac ad glandulam *25.* lateri externo aortae appositam protenduntur.

22. Glandula parti sinistrae diaphragmatis supra renem succenturiatum sinistrum accumbens in quam concurrunt nonnulli trunci ex quibusdam glandulis mesocoli advenientes.

23. 23. Glandulae infra glandulam *22.* dispositae, quas pervadunt trunci ex glandula *22.* profecti.

24. Truncus major ex infima ex glandulis *23.* profectus, qui supra arteriam emulgentem sinistram inferiora versus protenditur usque ad

25. Glandulam lateri externo aortae accumbentem infra emulgentes.

26. 26. 26. Glandulae lateri externo aortae accumbentes, in quas concurrunt trunci ex glandulis *19.* et *25.* advenientes. Ex his glandulis trunci procedunt, qui ad alias glandulas pone aortam sitas transeunt, ex quibus in ductum thoracicum confluunt.

27. Truncus, qui ex glandula *93.* procedit, ac pone aortam se occultat.

28. Lymphaticorum trunci ex glandulis circa radicem mesenterii dispositis advenientes, qui tendunt ad

29. 29. 29. 29. 29. Glandulas diaphragmati pone pancreas accumbentes.

30. Truncus lymphaticus, qui ex glandulis circa radicem mesenterii dispositis ad glandulam quamdam majorem pancreati accumbentem progreditur.

31. 31. Lymphatica, quae ex glandulis vasis sanguineis splenicis appositis derivant, ac concurrunt in

32. 32. Glandulas pone pancreas parti sinistrae diaphragmatis ac aortae accumbentes.

33. 33. 33. 33. Lymphaticorum trunci, qui ex facie superiore ventriculi procedunt, ac sinistrorsum producuntur ad

34. 34. 34. 34. Glandulas secundum curvaturam minorem ventriculi dispositas.

35. Trunci lymphatici, qui ex ventriculi fundo, ac ex facie anteriori ventriculi prope cardiam procedunt, et ad

36. 36. Glandulas tendunt curvaturae minori circa cardiam accumbentes.

37. Lymphaticorum trunci, qui ex fundo ventriculi circum cardia derivant, ac in supremam ex glandulis *36.* se immittunt.

38. 38. Glandulae caudae sinistrae diaphragmatis accumbentes, in quas concurrunt lymphaticorum trunci a suprema ex glandulis *34.*, e glandulis *36.*, ac ex hepate procedentes.

38. †. 38. †. Lymphaticorum trunci, qui ex ligamento sinistro, partim ad quamdam glandulam cardiae accumbentem tendunt, partim in

39. Truncum rediguntur, qui pone cardiam procedit ad glandulas circa vasa sanguinea splenis dispositas.

40. 40. Lymphaticorum trunci, qui ex ligamento sinistro hapatis per diaphragma ad glandulas circa vasa sanguinea splenica dispositas transeunt.

41. 41. Truncus, qui juxta marginem inferiorem lobi sinistri hepatis excurrit, ramisque adscitis ex superficie concava, et convexa prodeuntibus, ad ligamentum sinistrum producitur, ubi bifariam dividitur.

42. Rami ex trunci *41.* divisione orti, qui per superficiem diaphragmatis concavam excurrunt, ut ad glandulas pone

fundum ventriculi circa vasa sanguinea splenica sitas in alios ramos dirempti reflectantur.

43. Truncus, qui ex facie concava hepatis ad glandulam cardiae accumbentem producitur.

44. 44. 44. Lymphaticorum trunci, qui ex eadem facie concava procedunt, ac in substantiam hepatis se demergunt.

46. 46. 47. 47. Alii lymphaticorum trunci, qui pariter ex facie concava in substantiam se demergunt.

48. 48. Lymphaticorum trunci, qui e ramis ex facie concava procedentibus efformantur, ac confluunt in

49. Truncum majorem, qui in duos dividitur ramos cum nonnullis profundis communicantes. Hi se inserunt in supremam ex glandulis 36 et in supremam ex glandulis 72. lobulo Spigelii accumbentem.

50. Alius truncus ex facie hepatis concava pariter procedens, qui cum nonnullis ex profundis conjungitur, ac ad praedictam glandulam 72. concurrit.

51. 51. Bini lymphaticorum trunci ex parte media inter lobum dexterum, et sinistrum procedentes, qui in plures ramos divisi, ac cum profundis conjuncti ad glandulas 72. concurrunt.

52. Truncus lymphaticus ex concursu ramorum ex facie convexa lobi dexteri circa marginem inferiorem provenientium efformatus, qui superiora, ac posteriora versus excurrit, ut cum aliis ad ligamentum suspensorium concurrentibus consocietur, ac conjungatur.

53. Lymphaticorum trunci, qui ex eadem facie convexa proveniunt, ac per ligamentum suspensorium ad concavam migrant.

54. Truncus ex iis n. 53 indigitatis, qui obliquo cursu dextrorsum per faciem concavam ad cystifelleam protenditer.

55. Trunci ex iisdem 53., qui per sinum venae umbilicalis excurrunt usque ad sinum venae portae, unde cum profundis hepatis ad glandulas lobulo Spigelii ac duodeno accumbentes pergunt.

56. Truncus, qui ex facie convexa ad concavam migrat.

57. Truncus ex divisione trunci 56. profectus, qui per cystifel-

leam reptando pluries dividitur, suisque ramis faciem ejusdem anteriorem ac posteriorem amplectitur.

58. Truncus, qui pariter ex divisione trunci *56.* procedit, ac per faciem concavam excurrit.

59. Truncus ex facie convexa, ac ex margine lobi dexteri procedens, qui ad faciem concavam producitur, ut cum trunco *58.* conjungatur.

60. Trunci, qui circa collum cystifelleae coadunantur, ac efformant.

61. Truncum, qui in glandulam collo cystifelleae accumbentem se demergit.

62. Trunci, qui ex cystifellea procedunt, ac ad glandulam duodeno accumbentem tendunt.

63. Glandula cystifelleae collo, ac ductui cystico accumbens, quae recipit truncum *61.*, ac emittit truncos, qui in glandulam duodeno accumbentem se inserunt.

64. Truncus ex unione truncorum *58.* ac *59.* efformatus, qui per faciem hepatis concavam, plures recipiendo ramos, versus cystifelleae collum porrigitur.

65. Bini trunci ex divisione trunci *64.* efformati, qui pone collum cystifelleae se occultant, ut dein cum profundis conjungantur.

66. Alius truncus, qui per faciem concavam lobi dexteri progreditur, ac bifariam dividitur.

67. Truncus ex praedicti *66.* divisione enatus, qui sinistrorsum exporrigitur, alios recipit truncos, et in ramos divisus cum profundis conjungitur.

68. Alius truncus ex praedicti *66.* divisione pariter profectus, qui aliis adscitis truncis ad cavam producitur in plures ramos divisus ut se immittat in glandulas supra cavam, ac inter cavam, et aortam sitas paullo supra venam emulguetem sinistram.

69. 69. 69. Trunci in eadem facie concava dexterius siti, qui efformatis quibusdam plexibus inferiora versus flectuntur, et coadunantur in

70. 70. Truncos majores, qui denuo in plures ramos dirempti in glandulas *20.* descendunt.

71. 71. 71. Lymphaticorum trunci ex profundis hepatis, qui per sinum triangularem hepatis exeunt; venam portam, poros biliarios, ac arteriam hepaticam amplectendo.

72. 72. Glandulae intestino duodeno, lobulo Spigelii, ac pancreati accumbentes.

73. Lymphaticorum trunci, qui per scissuram inter lobulum Spigelii; ac lobum sinistrum sitam ex substantia hepatis emergunt ac cum nonnullis ex facie concava ejusdem lobi provenientibus conjunguntur, ut adeant glandulas *36. 38.*

74. Glandula, quae inter lobulum Spigelii et lobum sinistrum sedet, in quam coadunantur nonnulli trunci ex substantia hepatis prodeuntes, et ex qua procedunt lymphatica ad glandulas *38.* ac *76.* exporrecta.

75. Trunci, qui partim ex substantia hepatis, ac partim ex superficie convexa lobi sinistri per ligamentum ejusdem lateris procedunt, ac se immittunt in glandulas *36. 38.* et in

76. Aliam glandulam paullo infra Spigelii lobulum conjunctioni caudarum diaphragmatis accumbentem, in quam concurrit pariter plexus a suprema ex glandulis *38.* emissus, et ex qua trunci ad glandulam *72.* porriguntur.

77. Glandula pone pancreas sita, in quam concurrunt trunci ex glandulis *38. 38.*, a suprema ex glandulis *72.*, ac ex glandula *76.* procedentes, et quae emittit truncos ad glandulas inter cavam, et aortam, ac supra aortam paullo inferius dispositas.

78. Trunci, qui ex glandula *32.* procedit, ac ad glandulas *72.*, et *80.* producuntur.

79. Truncus major ex glandulis *29.* procedens qui pluries divisus in infimam ex glandulis *72*, ac in gland. *80. 81.* se inserit.

80. Glandula pone pancreas circa pylorum sita, in quam concurrunt trunci ex glandulis *72.*, ac ex trunco *79.* Ex hac autem glandula alii procedunt trunci, qui glandulas adeunt inferius sitas.

81. 81. Glandulae caudae dexterae diaphragmatis ac cavae accumbentes, in quas coadunantur trunci ab infima ex glandulis *72.*, ex glandula *80*, ac ex truncis *68. 79.* prodeuntes.

82. 82. 82. 82. Glandulae aortae et caudae sinistrae diaphragmatis

paullo infra mesentericam superiorem accumbentes, ubi coadunantur rami ex truncis *68.*, et *69.*, ac trunci ex glandulis *29. 32. 77. 80.* et *81.* profecti.

83. Bini trunci majores a nonnullis ramis ex glandulis *82.* profectis efformati, qui pone aortam se occultant, ut alias adeant glandulas, atque exinde in ductum thoracicum confluant.

84. Trunci ex glandulis *32.* ac *80.* profecti, qui insalutatis glandulis *82.* ad alias paullo inferius sitas protenduntur.

85. Truncus major ab infima ex glandulis *81.* profectus, qui in plures ramos divisus in glandulam *20.* se demergit.

86. 86. Glandulae inter cavam et aortam juxta venam emulgentem sinistram sitae, ubi concurrunt trunci *84.*, ac alii trunci ex glandulis *82.* profecti.

87. Glandula infra venam emulgentem inter cavam, et aortam locata, in quam concurrunt trunci ex glandulis *86.* procedentes.

88. Glandula infra praedictam inter cavam, et aortam sita, in quam coadunantur lymphatica ex glandulis *81.* et *87.* ac ex hepate advenientia. Ex hac glandula truncus procedebat, qui pone aortam ad alias glandulas ferebatnr ut exinde in ductum thoracicum confluеret.

89. Truncus ex glandula *88.* procedens, qui pone aortam se occultat ut in ductum thoracicum se immittat.

90. Glandula aortae infra emulgentes accumbens, quae recipit truncos ex infima ex glandulis *81.*, ac alios emittit ad glandulas juxta latus externum aortae dispositas.

91. Alia glandula aortae pariter accumbens, ubi concurrunt trunci ex infima ex glandulis *82.* profecti. Ex hac procedunt alii trunci, qui in infimam ex glandulis *20.* inseruntur.

92. 92. Binae glandulae lateri externo aortae supra, ac infra arteriam emulgentem sinistram accumbentes, ubi concurrunt trunci ex infimis ex glandulis *82.*

93. Glandulam eidem lateri externo aortae paullo infra accumbens, quae recepit truncis ab infima ex glandulis *92.* provenientibus, ex facie posteriori emittit truncum majorem, qui pone aortam in ductum thoracicum confluit.

TABULA CCXXII.

Ex eodem Opere

Ductum thoracicum ostendit ab origine sua usque ad ejus insertionem in venas sanguineas, cum omnium vasorum, quae ipsi originem praebent, concursu in glandulis circa aortam et cavam sitis.

V.VI.VII. Corpora trium vertebrarum inferiorum cervicis.
I.II.III.IV.V.IX.X.XI.XII. Corpora totidem vertebrarum dorsi.
I.IV.V. Vertebrae lumbares, prima, quarta et quinta.
I.-XII. Duodecim costae.
A.A.A.A. Brachia resecta.
B.B. Collum supra quintam vertebram dissectum.
B†.B† Claviculae resectae.
C.C.C.C. Musculi abdominales dissecti.
D.D.D.D. Ossa ilium cum musculis dissecta.
E. Os sacrum dissectum.
G. Ligamentum anticum inferius inter ultimam lumborum vertebram, et os ilium dexterum.
H.H. Ligamenta triangularia inter processus transversos quartae et quintae lumborum vertebrae, et cristam ossium ilium.
I.I. Crista ilium.
L.L. Musculi iliaci interni.
M.M.M. Musculus psoas sinister.
M†.M†. Musculi trasnversi abdominis.
N.N. Musculi quadrati lumborum.
O.O. Portiones latissimi dorsi.
P.P. Portiones infrascapularis.
R.R.R. Portiones brachialis interni ac bicipitis.
S.S. Coraco- Brachiales.
T.T. Portiones musculi pectoralis circa suam insertionem resectae.

U.U. Portiones deltoidis.

V.V. Portiones serrati antici minoris circa suam insertionem resectae.

W.W. Portiones musculi cucullaris.

X.X. Portiones elevatoris scapulae.

Y.Y. Musculi scaleni anteriores.

Z.Z. Portiones musculi longi colli.

a.a. Arteriae subclaviae resectae.

b.b. Arteriae vertebrales.

c. Truncus resectus ex vertebrali procedens communis arteriae cervicali ac thyroideae inferiori.

d.d.d.d Arteriae axillares.

e. Truncus arteriae subclaviae dexterae, qui per musculum pectoralem ac dentatos anteriores dividebatur.

e.† e.† Trunci ex arteriis axillaribus profecti, qui per musculos infrascapulares, ac teretes dividuntur.

f. Truncus ex axillari ortus, qui per musculum bicipitem, coraco-brachialem, deltoidem, ac per articulationem scapulae et humeri dispergitur.

g. Truncus ex subclavia procedens statim ac per rimam inter musculum scalenum anteriorem, et medium transierit, qui per sinum lunatum ad musculos infra et supra-spinatos tendit.

h. Truncus resectus communis tertiae ac quartae intercostali lateris sinistri, qui ab aorta procedebat.

i.i. Intercostales tertia et quarta lateris sinistri.

l. Truncus resectus ab aorta procedens, qui bifariam dividitur ac efformat.

m.m. Intercostalem secundam, et tertiam.

n.n.n.n.n.n.n.n.n.n. Reliquae intercostales lateris dexteri.

o.o.o.o.o.o.o.o.o. Intercostales sinistri lateris.

p.p. Arteriae primae lumbales resectae.

q. Truncus arteriae lumbalis dexterae, qui per musculum quadratum dividitur.

r. Truncus major ejusdem arteriae, qui pone musculum quadratum se occultat.

v.v. Tertiae lumbales.

w. Truncus tertiae lumbalis dexterae, qui supra musculum quadratum transit, ac pone cristam ilium se occultat.

y.y. Quintae lumbales.

z.z. Trunci ab ultimis lumbalibus profecti, qui per musculos iliacos internos, et musculos abdominales, ac denique per integumenta dividuntur.

1.1. Venae subclaviae resectae.

2.2. Venae vertebrales, quarum sinistra resecta apparet.

2.† Vena intercostalis superior sinistra.

3.3. Jugulares externae resectae.

4.4. Jugulares internae pari modo resectae.

5.5. Venae subclaviae.

6.7. Venae humerales.

8. Vena cephalica dextera resecta.

9. Continuatio ejusdem venae.

10.10. Venae axillares.

11. Truncus pone musculum coraco-brachialem emergens, qui in venam axillarem sinistri lateris se immittit.

13. Truncus a concursu plurium ramorum ex musculis circum scapulam positis proficiscentium efformatus.

14. Divisio axillaris.

15. Vena basilica.

16. Alius truncus a venis arteriam humeralem comitantibus efformatus.

17. Truncus profundus lateris dexteri.

18. Vena basilica dextera.

19. Vena azyga resecta.

20. Truncus venosus e ramis intercostalibus superioribus lateris sinistri coalescens, qui frequenter invenitur, ac in subclaviam ejusdem lateris confluit.

21. Truncus major ab unione trium intercostalium superiorum cum ramis vertebralis et axillaris communicantibus efformatus, qui in venam azygam confluit.

23.23. Intercostales secunda et tertia lateris dexteri.

24. Truncus, in quem concurrit prima intercostalis, cum vertebrali communicans.

25. Truncus, qui in latere dextero juxta partem interiorem musculi longi colli excurrit, ac cum trunco 24. communicat.

26. Truncus, qui in sinistro latere juxta faciem internam musculi longi colli producitur, ac cum trunco 20. conjungitur.

27.27. Trunci 25., ac 26. resecti.

28. Truncus, per quem alius 25. cum vertebrali sinistra 2. communicat.

29.29.29. Rami transversales, per quos trunci 25. ac 26. conjunguntur, et mutua donantur communicatione.

30. Communicatio inter azygam 19. ac truncum 20. supra VI. dorsi vertebram.

31.31.31.31.31. Intercostales tertia, quarta, quinta', sexta, septima lateris sinistri, quae in truncum 20. confluunt.

32.32.32.32.32.32. Intercostales quarta, quinta, sexta, septima, octava, nona lateris dexteri, quae in azygam se inserunt.

33. Intercostalis octava sinistra in azygam concurrens.

34. Concursus truncorum sinistri, ac dexteri supra nonam dorsi vertebram, ex quorum unione vena azyga compingitur.

35. Truncus dexter.

36. Truncus sinister.

37.37.37.37. Quatuor intercostales inferiores sinistri lateris, quae in truncum 36. concurrunt.

38.38.38. Tres intercostales inferiores dexterae, quae in truncum 33. confluunt. Trunci 35. et 36. inter se, et vena azygos cum cava per ramos hinc inde emissos communicant, qui in hac icone a vasis lymphaticis et glandulis mercurio repletis obtecti, in conspectum venire nequeunt.

39.39.39. Venae lumbales, quae in hac Tabula conspici possunt, resectae.

40. Truncus resectus, ab ultima lumbari, et aliis truncis cum lumbalibus superioribus communicantibus efformatus,

qui ad iliacam internam seu hypogastricam descendebat.

41. 41. Trunci ex musculo iliaco interno, ac ex musculis abdominalibus provenientes, quorum dexter in truncum *40* confluere conspicitur, dum sinister pone musculum psoam oculis se subducit.

42. Truncus, qui postquam plures ramos ex lumbalibus ultimis receperit, cum trunco *41.* in truncum *40.* confluit.

43. 43. Rami, qui ex musculis abdominalibus et ex iliaco interno procedunt, ac in truncos *41.* coadunantur.

44. 44. Nervi scapulares, qui ex plexu brachiali profecti maxima ex parte per musculos humeri distribuuntur.

45. Nervus resectus in sinistro latere conspicuus, qui ex praedicto plexu ad musculum pectoralem properabat.

46. Fasciculus nervorum, qui ex eodem plexu in brachium protenduntur.

47. 47. Nervi musculi cutanei, qui pone musculum coracobrachialem se occultant.

48. 48 Nervi mediani coracobrachiali obtecti.

49. 49. Nervi cutanei.

50. Parvus nervus in sinistro latere conspicuus, qui a cutaneo procedebat circa suam originem resectus.

51. Portio uervi ulnaris in latere dextero conspicua.

52. Nervus, qui pone arteriam axillarem transit, ac ad formationem nervi mediani *48.* concurrit.

53. 53. 53. 53. Nervi dorsales lateris dexteri.

54. 54. 54. Nervi dorsales secundus, tertius et quartus lateris sinistri.

55. 55. 55. 55. 55. Octo subsequentes nervi dorsales lateris sinistri.

56. 56. 56. Nervi ex primo pare lumbalium profecti.

57. 57. 57. Locus unde nervi *56.* in praedictos musculos se insinuant.

58. 58. Nervi resecti, qui ex primo pare lumbalium procedunt.

59. 59 Nervi pariter resecti, qui ex secuudo pare procedunt.

60. 60. Nervi crurales.

61. Nervi resecti, qui simul conjuncti nervum obturatorium efformabant.

62. Nervus a lumbalibus inferioribus efformatus, qui cum sacris ad ischiadici formationem concurrit.

63. Lymphatica, quae supra arteriam iliacam sinistram excurrebant, resecta.

64. Lymphatica resecta praedictis 63. respondentia.

66. Lymphatica resecta, quae excurrebant juxta latus externum, vel supra iliacam sinistram, nonnihil musculum psoam versus deducta, quae in glandulas aortae extrorsum accumbentes se immittunt.

67. Lymphatica resecta ex glandulis juxta venam iliacam dispositis procedentia, quae ad glandulam supra cavam circa suam divisionem in iliacas sitam tendunt.

68. Lymphaticorum trunci resecti, qui ex glandulis pelvis procedentes pone vasa sanguinea iliaca dextera ad glandulas post venam cavam sitas porriguntur.

69. Trunci lymphatici, qui supra arteriam iliacam sinistram ad glandulas lateri externo aortae accumbentes migrant.

70. Lymphatica resecta, quae juxta venam iliacam internam producuntur ad glandulas venae iliacae sinistrae accumbentes.

71. Glandula, quo concurrunt quaedam lymphatica ex glandulis lateris sinistri pelvis, et ex qua trunci ad praedictas glandulas producuntur.

72. 72. Lymphaticorum trunci ex musculis abdominalibus ac ex tegumentis abdominis procedentes, qui circa cristam ilium in abdominis cavum penetrant, ac se immittunt in

73. 73. Glandulas cristae ilium, ac musculo iliaco interno accumbentes.

74. 74. Lymphaticorum trunci, qui inferiora, ac anteriora versus excurrendo, producuntur ad

75. 75. Glandulas cristae ilium accumbentes circa tuberculum superiorem.

76. 76. Trunci ex praedictis glandulis profecti, qui ferebantur ad glandulas lateri externo arteriae iliacae pone ligamentum Poupartii accumbentes.

77. 77. Alii trunci pari modo ex glandulis 75. profecti, qui poste-

riora versus reflexo itinere supra musculum iliacum excurrunt, ut in alias se immittant glandulas.

78. 78. Trunci qui ex glandulis *73.* proveniunt, ac juxta cristam ilium posteriora versus excurrentes se inserunt in

79. 79. Alias glandulas ad musculi iliaci originem sitas, quo coadunantur pariter trunci *77.*

80. 80. Glandulae in pinguedine demersae quae obtegit ligamenta ossa ilium ultimae lumborum vertebrae innectentia, quas adeunt trunci ex glandulis *79.* profecti.

81. 81. Trunci lymphatici, qui pone musculum psoam se occultant ut alias adeant glandulas post eum sitas.

82. Glandula pone musculum psoam locata, in quam concurrit truncus *81.*, et ex qua procedit truncus in glandulas corporibus vertebrarum accumbentes insertus.

83. Glandula in latere dextero pariter supra musculum quadratum sita, ubi concurrit truncus ex musculis lumborum ac abdominis procedens. Ex hac glandula alius truncus ad glandulas corporibus vertebrarum pone cavam accumbentes exporrigitur.

84. Lymphaticorum trunci resecti in latere sinistro, qui ex glandulis supra aortam sitis tendunt ad eas quae lateri externo aortae adjacent.

85. Glandula ex iis, quae supra aortam jacent, quam subeunt trunci ex aliis glandulis aortae et cavae accumbentibus, ex glandulis circum pancreas sitis, ex rene ac testiculo sinistro derivantes hic resecti. Haec glandula sinistrorsum ac deorsum supra musculum psoam reclinata se offert, et plexus, ac truncos ostendit, quibus cum aliis glandulis lateri externo aortae adjacentibus communicat.

86. Truncus major resectus ex quadam glandula supra aortam sita procedens, qui cum aliis truncis ex glandula *85.* advenientibus copulatur.

87. 87. Trunci majores e truncis ex glandula *85.* profectis cum trunco *86.* efformati, qui inter cavam et aortam se insinuabant, ut in glandulas pone eamdem arteriam, ac circa ejusdem latus externum se immitterent.

88. 88. Glandulae, quae supra cavam, ac inter cavam et aortam jacebant circa mesentericam inferiorem a suo situ dimotae ac in latus dexterum reclinatae. Resecti apparent trunci, per quos cum aliis glandulis circa iliacas primitivas dispositis communicabant. Conspiciuntur tamen trunci ex his glandulis ad eas, quae ad latus dexterum cavae, ac pone cavam et aortam sedent, properantes.

89. Truncus major ex minori ex glandulis *88.* procedens, qui inter cavam et aortam pergebat ad glandulam pone ipsam aortam sitam.

90. Trunci ex majori ex glandulis *88.* profecti, qui juxta latus dexterum cavae excurrentes ad glandulas juxta idem latus dispositas feruntur.

91. Trunci resecti, qui ex glandulis inter cavam et aortam sitis pone cavam transeundo ad glandulam lateri externo cavae appositam migrant.

92. Trunci resecti, qui ex rene dextero procedebant ac se immittunt in glandulam leteri dextero aortae adjacentem supra secundam lumborum vertebram. Ex hac inferius ad alias porriguntur.

93. Lymphaticorum trunci resecti ex rene sinistro, ac ex glandulis supra aortam sitis procedentes, qui se immittunt in glandulam lateri externo aortae accumbentem supra secundam, et tertiam lumborum vertebram.

94. Lymphatica resecta ex rene sinistro, ac ex glandulis supra aortam sitis advenientia, quae se inserunt in glandulam lateri externo aortae adfixam inter primam et secundam lumborum vertebram.

95. Glandulae, quae supra venam iliacam primitivam sinistram, ac ultimam lumborum vertebram jacebant, ex quibus procedunt trunci ad glandulas lateri externo aortae appositas, ac pone eamdem aortam et cavam sitas. Partim deleti, partim resecti fuerunt trunci, per quas hae glandulae cum aliis supra aortam et cavam sitis communicabant.

96. 96. 96. 96. 96. Glandulae lateri externo aortae adjacentes, quae

vasorum plexibus ac truncis hinc inde ad invicem emissis lata gaudent communicatione.

97.97.97.97.97. Glandulae, quae pone cavam in latere dextero locantur.

98.98.98.98. Glandulae, quae pone aortam, et cavam in parte media sedent.

99. Glandula insistens trunco majori, qui in ductum thoracicum immediate influit. Omnes predictae glandulae inter se plexibus, ac truncis ex superioribus ad inferiores, ex dexteris ad sinistras ultro citroque ductis, lata gaudent communicatione, atque ita longiori tramite in truncos majores coadunantur, qui ductui thoracico originem impertiuntur.

100. Trunci majores efformati ab unione truncorum procedentium ex binis glandulis supremis *98.* inter tertiam, et quartam lumborum vertebram sitis, qui supra tertiam lumborum vertebram simul confluentes primam ductus thoracici originem constituunt.

101. 102. 103. Lymphaticorum trunci ex supremis ex glandulis *96.* in ductum thoracicum confluentes supra secundam lumborum vertebram, ac inter primam, et secundam.

104. Truncus major, qui ex una ex glandulis *97.* inter secundam et tertiam lumborum vertebram sitis emergens ex dextero latere in sinistrum exporrigitur, ductum thoracicum decussat, ac in eundem aperitur supra ultimam dorsi vertebram.

105. Alius truncus major a supremis ex glandulis *97* profectus, qui per rimam inter appendicem extimam, et eam, quae proxima est, dexteri lateris transibat, ac inter ultimam et penultimam dorsi vertebram confluebat in ductum thoracicum.

106. Truncus major ex glandula *85.*, et a suprema, ac majori ex glandulis *98.* procedens, qui juxta latus sinistrum aortae excurrens per rimam inter appendices caudae sinistrae diaphragmatis transit, ac se immittit in glandulas pone aortam inter decimam dorsi, ac primam lumbo-

rum in latere sinistro dispositas, ubi concurrunt pariter quaedam intercostalia cum lateris dexteri, tum sinistri, ac nonnulla hepatis atque pulmonum.

107. 107. Glandulae, quae inter ultimam vertebram dorsi, ac primam lumborum pone aortam sedent.

108. 108. 108. 108. Glandulae, quae pone aortam inter decimam dorsi vertebram ac primam lumborum dispositae conspiciuntur, quo concurrit truncus *106.* ac alli trunci, ut innuimus.

109. 109. Binae glandulae, quae sinistrum latus ductus thoracici supra undecimam, ac duodecimam dorsi vertebram occupant.

110. Truncus major ab unione truncum quorumdam intercostalium cum lateris dexteri, tum sinistri, et aliorum ex glandulis *108.* ac *109.* prodeuntium efformatus, qui inferiora versus excurrens tandem reflectitur, ac cum aliis truncis majoribus inter undecimam ac duodecimam dorsi vertebram influit in ductum thoracicum.

111. Ductus thoracici caudex a tertia lumborum vertebra ad postremam dorsi protensus, ubi trunci lymphaticorum maximi in eundem ductum aperiuntur.

112. Locus ubi saepe ductus thoracicus paullatim angustatur decimae et undecimae dorsi vertebrae ut plurimum respondens, quo lumine producitur usque ad sextam dorsi vertebram.

113. Hinc sensim dilatatur ac ex parte media thoracis ad sinistram pone aortam migrat.

114. Area, seu insula a ductus thoracici divisione efformata inter quartam, et quintam dorsi vertebram.

115. Locus ubi ad latus sinistrum aortae apparet.

116. Portio ejusdem ductus magis dilatata, quae juxta latus internum arteriae subclaviae in collum inter carotidem sinistram, ac jugularem ejusdem lateris producitur, ac in duos truncos dirimitur.

117. Truncus major, qui in arcum flexus pone jugularem internam transeundo ad externum ejusdem latus se manifestat, indeque descendendo in angulum inter subclaviam et praedictam jugularem internam interjectum terminatur.

118. Truncus minor, qui eamdem fere viam legit, quam truncus major praedictus.

119. Insertio trunci majoris in praedictum angulum.

120. Insertio in jugularem trunci minoris paullo supra angulum

121. 121. 121. 121. 121. 121 121. 121. 121. 121. 121. 121. 121. 121. Lymphatici trunci intercostales sinistri lateris ex septem spatiis intercostalibus inferioribus procedentes, qui, postquam plurimas glandulas in ipsis spatiis intercostalibus ac circa vertebras dispositas pervaserint, quas, cum per se pateant, nequaquam notis indigitavi, rediguntur in truncos majores. Hi inferiora versus excurrendo supra corpora vertebrarum porriguntur ad glandulas *108.* et *109.*

122. 122. Nonnulli trunci ex dorso procedentes, qui musculos intercostales perforant, ac in praedictas glandulas cum vasis *121.* coadunantur. Alia etiam hujus generis vasa passim in figura conspiciuntur notis minime indicata.

123. 123. Lymphaticorum trunci, qui ex dorso pariter ad glandulas in spatiis intercostalibus sitas juxta costarum angulum migrant, ac praedictis comites se praebent.

124. 124. 124. Trunci lymphatici, qui ex spatiis intercostalibus inferioribus costam superiorem conscendunt, ut ad glandulas in spatio intercostali superiori porrigantur.

125. Truncus, qui ex suprema ex glandulis *107.* cum intercostalibus ad

126. 126. 126. 126. Glandulas in spatiis intercostalibus circa trium costarum inferiorum capitula dispositas pergit.

127. 127. Trunci, qui ex dorso procedunt, ac ad praedictas glandulas descendunt.

128. Truncus major, qui ex glandulis in spatio intercostali inter sextam et septimam costam circa earumdem capitula procedit, per cavum corporis vertebrae septimae in faciem ejusdem anteriorem ascendit, ac inferiora versus reflexus se inserit in

129. Glandulam faciei anteriori septimae vertebrae dorsi accumbentem. In hanc glandula pari modo concurrit truncus ex glandulis in spatio intercostali subsequenti sitis prosectus.

130. Alia glandula paullo infra inter septimam, et octavam dorsi vertebram sita, in quam concurrunt bini trunci e glandula *129.* procedentes, et ex qua bini trunci proficiscuntur, qui cum alio ex praedicta glandula *129.* orto confluunt, ut truncum majorem efforment inter octavam, et nonam dorsi vertebram.

131. Alius truncus ex glandulis in spatio inter costam octavam et nonam sitis procedens, qui cum praedictis truncis ex glandula *129.*, ac *130.* profectis copulatur, atque ita trunco *110.* primam originem impertiuntur.

132. Truncus efformatus ab unione truncorum ex glandulis in spatio inter nonam et decimam costam sitis procedentium, qui ad glandulas *108.* descendit.

133. Bini trunci ex glandulis inter sextam et septimam costam dexteri lateris locatis procedentes, qui corpus sextae vertebrae conscendunt, ex dextero latere in sinistrum oblique inferiora versus pone azygam, ac ductum thoracicum transeunt, ut in glandulam *129.* se demergant.

134. Truncus procedens a glandulis in spatio intercostali dexteri lateris subsequenti inter costam septimam et octavam locatis, qui corpus septimae vertebrae conscendit, ac bipartitus oblique inferiora versus exporrigitur in sinistrum latus. Ramus autem dexterior cum alio inferiore copulatur, dum alius pone azygam, et ductum thoracicum progrediens supra nonam dorsi vertebram confluit in truncum ab unione truncorum ex glandulis *129.* ac *130.* procedentium, atque trunci *131.* efformatum.

135. Truncus ex glandulis in spatio intercostali inter costam octavam et nonam profectus, qui cum praedicto dexteriori ramo *132.* conjunctus pone azygam ac ductum thoracicum transit, ac in ramos divisus se immittit in supremam ex glandulis 109.

136. Trunci ex glandulis in spatio inter nonam et decimam vertebram sitis procedentes, qui pone azygam ac ductum thoracicum transeunt, et concurrunt in glandulas 109.

137. Alius truncus major, qui ex glandulis in praedicto spatio sitis decurrit ad

138. Glandulam azygae ac ductui thoracico inter decimam et undecimam vertebram accumbentem.

139. Bini trunci ex praedicta glandula profecti, quorum interior inferiora versus exporrigitur, ac dein sursum reflectitur, ut se immittat in ductum thoracicum, dum alius pone azygam et ductum thoracicum transeundo in infimam ex glandulis *109.* se inserit.

140. Lymphaticorum trunci ex glandulis in spatio inter undecimam, ac duodecimam costam sitis profecti, qui pone ductum toracicum transeuntes ad glandulas *108.* ac *109.* migrant.

141. 141. 141. 141. Glandulae, in quas, praeter intercostales, coadunantur nonnulli trunci e ligamento hepatis dextero procedentes postquam alias glandulas pervaserint. Ex his pone ductum thoracicum ad alias glandulas *108*, *109.*, ac *107.* tendunt, ut demum cum aliis conjuncti in ductum thoracicum se aperiant.

142. 142 142. Tres trunci lymphatici intercostales sinistri lateris inter tertiam et sextam costam siti.

143. Glandula trunco venoso *20.* ac ductui thoracico supra quintam dorsi vertebram accumbens, in quam coadunantur trunci ex glandulis in spatiis inter quartam et sextam costam positis provenientes.

144. Trunci ex praedicta glandula profecti, qui pone ductum thoracicum in latus dexterum veniunt ut tandem cum aliis truncis copulati reflexo itinere in ductum thoracicum se aperiant.

145. Truncus resectus, qui ex glandulis, per quas transeunt nonnulli trunci pulmonum, procedebat, ac in glandulam *143.* concurrit.

146. Truncus ab unione truncorum prodeuntium ex glandulis in spatiis inter tertiam, et quintam costam sitis efformatus, qui confluit in ductum thoracicum supra primam dorsi vertebram.

147. Truncus resectus ex glandulis circa aortam sitis procedunt, qui cum praedicto confluit.

148. Lymphaticus truncus intercostalis secundus.

149. Truncus ex glandula inter secundam, et tertiam costam sita procedens, qui arteriam subclaviam scandit, ac se inserit in

150. Glandulam ipsi arteriae accumbentem, quo concurrit pariter alius truncus ex glandulis circa aortam sitis procedens, qui resectus conspicitur. Ex hac glandula truncus emergit in ductum thoracicum insertus.

151. Intercostalis primus, qui ad glandulas inferiores colli migrat.

152. Truncus major ex glandulis inferioribus colli profectus, qui pone jugularem internam transit, ac in ductum thoracicum confluit supra septimam dorsi vertebram.

153. 153. 153. 153. 153. Quinque intercostales superiores lateris dexteri.

154. Truncus ab unione truncorum ex glandulis in duabus primis spatiis intercostalibus sitis procedentium efformatus, qui inferiora versus excurrens supra quartam dorsi vertebram pone azygam transit, ac se inserit in

155. Glandulam sitam inter azygam et ductum thoracicum supra substantiam cartilagineo-ligamentosam quartam, ac quintam vertebram conjungentem.

156. Truncus ex praedicta glandula profectus, in ductum thoracicum supra tertiam dorsi vertebram confluens.

157. Trunci, qui ex glandula *155.* supra ductum thoracicum transeundo ad glandulam *143.* descendunt.

158. Trunci resecti procedentes ex glandulis, quas transeunt nonnulla pulmonum lymphatica, quae in glandulam *153.* inseruntur.

159. Lymphaticorum trunci, qui ex glandulis in spatio inter tertiam et quartam costam sitis procedunt, ac ad glandulam supra quartam dorsi vertebram tendunt.

160. Trunci ex praedicta glandula profecti, qui pone azygam transeunt, ac reflectuntur ad glandulam *155.*

161. Trunci derivantes ex quadam glandula supra quintam dorsi vertebram sita, ubi concurrunt lymphatica ex glandulis quarti et quinti spatii intercostalis profecta, qui pone azygam transeunt, et cum truncis *144.* copulati edunt.

162. Truncum in ductum thoracicum inter quintam, et sextam vertebram insertum.

163. Nonnulli lymphaticorum trunci ex profundis brachii ad glandulas axillares ascendentes.

164. Lymphaticorum trunci resecti, qui ex thorace in glandulas axillares concurrunt.

165. Truncus resectus ex glandulis inter musculum deltoidem et pectoralem sitis procedens.

166. Truncus ex glandulis circa insertionem musculi elevatoris scapulae sitis procedens.

167. Truncus profectus ex glandulis musculo elevatori scapulae paullo supra praecedentes *166.* accumbentibus.

168. 168. 168. 168. 168. 168. 168. Glandulae, quae circa vasa sanguinea axillaria sedent, quo concurrunt praedicti trunci, ac alii, qui hic desunt.

169 Glandula in inferiore colli parte musculo scaleno anteriori, ac plexui nervorum accumbens, in quam concurrunt trunci *165. 166.* et *167.*

170. Truncus major efformatus ab unione truncorum ex glandula *169.* ac ex glandulis *168.* provenientium, qui in subclaviam confluit circa originem jugularis internae.

171. Truncus ex glandulis circa cavam et subclaviam sinistram dispositis procedens, qui supra subclaviam sinistram excurrens bifariam dividitur, ac se inserit in glandulas *169.* et *173.* in inferiore colli regione sitas.

172. 172. Trunci resecti, qui ex aliis glandulis superioribus procedebant.

173. 173. 173. 173. Glandulae in inferiore colli parte sitae, in quas concurrunt successive praedicti trunci *172.*

174. Trunci, qui ab interioribus ex praedictis glandulis in ductum thoracicum se immittunt circa suam insertionem.

175. Lymphaticorum trunci majores, ex glandula *169.*, ac ex inferioribus ex glandulis *173.* procedentes, qui in ductum thoracicum circa suam insertionem in angulum inter subclaviam et jugularem internam aperiuntur.

176. Trunci ex profundis brachii dexteri, qui in glandulas axillares ejusdem lateris concurrunt.

177. Alius truncus pariter ex profundis brachii procedens, qui ad glandulas circa decursum vasorum sanguineorum axillarium protenditur.

178. Bini trunci ex conjunctione omnium truncorum ex supremis glandulis derivantium efformati, qui simul conveniunt, ac trunco comuni in angulum subclaviae et jugularis internae aperiuntur.

179. Truncus lymphaticus cephalicus, qui inter deltoidem, ac pectoralem excurrens claviculam conscendit, ac in glandulas inferiores colli dispertitur.

180. Lymphaticorum trunci, qui ex glandulis circa insertionem elevatoris scapulae sitis procedunt.

181. Lymphaticorum trunci resecti, qui ex glandulis juxta decursum mammariae internae dexterae procedebant, ac inseruntur in glandulas inter jugularem internam et vertebrales sitas, ex quibus pone jugularem transeundo in unum truncum conjuncti petunt.

182. Glandulam plexui nervorum accumbentem, ubi concurrunt pariter trunci *180.* ac alii trunci ex glandulis inferioribus colli procedentes. Ex hac glandula bini trunci in unum coaliti cum truncis *178.* copulantur.

183. Trunci resecti, qui ex glandulis superioribus colli ad inferiores ejusdem producuntur.

184. Trunci resecti, qui secundum jugularem internam ad glandulas inferiores colli pariter descendunt.

185. Truncus major ab unione truncorum ex glandulis inferioribus colli profectis efformatus, qui in jugularem internam aperitur circa ipsius confluxum cum jugulari externa.

186. Glandula in inferiore colli regione sita, ubi concurrunt plures trunci ex aliis glandulis proximis procedentes, et ex qua procedunt alii trunci, qui partim in truncum *185.*, partim vero in truncos *178.* exonerantur.

187. Truncus major omnibus praedictis communis, qui in angulum inter subclaviam, et jugularem internam se exonerat.

TABULA CCXXIII.

Ex eodem Opere

Aperto thorace, cor detractum fuit cum vasis majoribus, diaphragmatis portio dextera supra sinistram reclinata, ut facies hepatis convexa, tum et pulmonum interior superficies conspicieretur una cum lymphaticis, eorum concursus in glandulas circa oesophagum, bronchia et tracheam sitas, decursus demum et finis in ductum thoracicum, vel in truncum majorem lateris dexteri.

B. B. B. Facies concava seu interior pulmonis dexteri.
C. C. C. Margo obtusus, seu posterior ejusdem pulmonis.
D. D. D. Margo acutus, seu anterior.
E. E. Facies concava pulmonis sinistri cum suis marginibus hic quoque conspicuis.
F. F. Facies inferior lobi infimi pulmonis sinistri, quae diaphragmati adjacet.
G. G. G. Portio lobi dexteri hepatis.
H. H. Portio diaphragmatis dexteri lateris supra sinistram revoluta.
I. I. Portio sinistra diaphragmatis pleura obtecta.
K. K. Glandula thyroidea.
M. Cartilago thyroidea.
N. Cartilago cricoides.
O. O. Aspera arteria, seu trachea, quae in bronchia dividitur.
P. Bronchium dexterum.
Q. Bronchium sinistrum.
R. R. Tres rami bronchii sinistri, per quos in pulmonem se demergit.
S. S. Duo rami bronchii dexteri, qui in substantiam pulmonis se insinuant.
T. T. T. Decursus oesophagi per collum ac thoracem.

U. Foramen diaphragmatis, per quod oesophagus in abdomen descendit.

V. V. Musculi sterno-cleidomastoidei resecti, ac in latera reclinati.

W. W. Musculi circo-thyroidei anteriores, inter cartilaginem cricoidem et thyroidem locati.

Y. Y. Arteriae pulmonares resectae ubi in pulmones se insinuant.

Z. Aorta dissecta, ac in sinistrum latus revoluta.

a. a. a. Decursus aortae supra partem sinistram corporum vertebrarum dorsi ab ejus arcu usque ad diaphragmatis vicinia.

b. Subclavia dextera resecta, quae in subclaviam, et carotidem hujus lateris dirimitur.

c. c. Carotis dextera.

d. d. Carotis sinistra resecta.

e. e. Subclavia sinistra.

f. f. f. Venae pulmonales ubi e pulmonibus emergunt dissectae.

g. Vena cava inferior resecta, quae per foramen in parte tendinosa diaphragmatis situm ex thorace in sinum posteriorem hepatis transit.

h. Subclavia dextera resecta circa suam divisionem in

i. i. Jugularem internam et

k. Subclaviam seu axillarem.

l. Subclavia sinistra pari modo resecta.

m. m. Jugularis interna.

n. Axillaris.

o. Jugularis externa, quae in duos dirimitur truncos.

p. Truncus anterior jugularis externae.

q Truncus posterior.

A. A. Ductus thoracicus, qui juxta latus dexterum oesophagi supra diaphragma apparet, ac paullo post ab eodem oesophago occultatur. Denuo supra arcum aortae inter oesophagum, et subclaviam sinistram conspicitur, atque in collo in duos dirimitur ramos, qui facto arcu pone jugularem internam transeunt. Horum major ad angulum

jugularis et subclaviae descendit, dum minor paullo supra in jugularem internam aperitur.

r. r. r. Lymphaticorum trunci ex parte media, ac gibba lobi dexteri hepatis profecti, qui juxta marginem ejusdem obtusum, seu posteriorem se inflectunt, ac ad glandulas inter cavam, et caudam dexteram diaphragmatis sitas migrant.

s. Alii trunci, qui ex eadem facie sinisterius proveniunt, et ad easdem glandulas decurrunt.

t. Truncus ex eodem lobo procedens, qui perforato diaphragmate in glandulam oesophago accumbentem se immittit.

u. v. x. Trunci lymphatici ex eodem lobo circa ligamentum suspensorium posterius profecti, qui diaphragma perforant, ac ad glandulas circa cavae inferioris ingressum in diaphragmatis foramen sitas tendunt.

y. z. Trunci, qui ex lobo sinistro procedunt, diaphragma perforant et in praedictas glandulas concurrunt.

1. 1. 1. Glandulae diaphragmati circa cavam accumbentes, in quas concurrunt trunci *u. v. x. y. z.*

2. Glandula oesophago circa suum ingressum in diaphragma accumbens, in quam concurrit truncus ab anteriori ex glandulis *1.* procedens. Ex hac glandula emergit truncus, qui ad glandulas pone aortam sitas porrigitur.

3. 3. Glandulae paullo supra oesophago accumbentes, in quas coadunantur reliqui trunci ex glandulis *1.* derivantes.

4. Glandula oesophago pariter apposita, ubi concurrunt trunci ex suprema ex glandulis *3.* prodeuntes et alii ut adnotabimus infra.

5. Glandula, quae margini obtuso pulmonis sinistri adjacet.

6. 7. 8. Glandulae juxta marginem obtusum ac posteriorem ejusdem pulmonis dispositae.

9. 9. 9. Glandulae, quae juxta bronchium sinistrum sedent.

10. 10. 10. 10. 10. Glandulae eodem margini posteriori supra bronchia adhaerentes in latus externum nonnihil diductae, quarum suprema acus ope primae costae adfigitur, ut plexus eas colligantes melius in conspectum prodeant.

11. 11. 11. Glandulae, quae inter aortam, bronchium sinistrum, ac oesophagum jacent.

12. Exhibentur bullae quaedam mercurio plenae, ex quibus lymphatica, ac venae replebantur.

13. 13. Glandulae in margine obtuso lobi dexteri circa vasa sanguinea sitae.

14. Glandula ramo inferiori bronchii dexteri accumbens.

15. 15. 15. Glandulae, quae vasis sanguineis superioribus circumponuntur.

16. 16. Glandulae, quae oesophago, ac margini obtuso pulmonis dexteri paullo infra bronchia sedent.

17. 17. Glandulae oesophago, ac ramo inferiori bronchii sinistri accumbentes.

18. 18. Glandulae majores tracheae ad ejus divisionem appositae.

19. Lymphaticorum trunci, qui ex facie convexa, seu externa in inferiorem transeunt, ut innumeris suis divisionibus textum retiformem efficiant, qui in hac facie cospicitur.

20. Trunci, quorum continuatio per superficiem evanescit, quod valvulae obstent eorum repletioni.

21. Dilatationes, quae in vasis rete componentibus conspiciebantur.

22. Truncus, qui in substantiam pulmonis se demergit ut cum profundis copuletur.

23. Truncus major ex rete praedicto procedens, qui in ramos divisus in glandulas 6. concurrebat.

24. Truncus, qui per faciem cavam pulmonis sinistri excurrens in substantiam se insinuat.

25. Alius truncus ad glandulam 7. exporrectus.

26. 26. 26. Trunci majores, qui ex substantia pulmonis emergunt et in glandulas 6. et 7. inseruntur. Ex glandulis 6. ad 7., atque ex 7. ad 8. successive trunci lymphatici sursum ascendunt.

27. Plexus ab externa ex glandulis 8. ad infimam ex glandulis 9. protensus.

28. Truncus efformatus ab unione truncorum ex glandula 6., ac ab externa ex glandulis 8. prodeuntibus, qui in supremas ex glandulis 10. se immitit.

29. Truncus ex pulmone cum vasis sanguineis emergens qui ad infimam ex glandulis *10.* ascendit.

30. Truncus, qui per faciem concavam excurrens ad praedictam glandulam decurrit.

31. Truncus ex glandulis supra aortam sitis procedens, qui in supremam ex glandulis *10.* se inserit.

32. Truncus ab unione truncorum ex praedictis glandulis *10.* procedentium efformatus, qui ad glandulas corporibus vertebrarum quartae, quintae, et sextae accumbentes producitur, ut exinde in ductum thoracicum confluat.

33. Lymphaticorum trunci, qui partim ex glandulis *11.*, partim ex aliis circa bronchia, ac vasa sanguinea in pulmone sitis procedunt, ut se inserant in glandulas *11.*

34. Alii trunci ab interna ex glandulis *8.* ad glandulas *17.* protensi.

35. Bini lymphaticorum trunci ab unione truncorum ex glandulis *16. 17. 18.* prodeuntium efformati, qui per oesophagum descendunt se in ramos dividentes, dein reflectuntur, atque ascendunt ad glandulas *4.* et *13.* Ex glandula *4.* truncus major tortuose redit ad glandulas *16.*, ex quibus alius major truncus protenditur ad alias glandulas corporibus vertebrarum, ac aortae adjacentes, ac exinde in ductum thoracicum.

36. Rete in lobo inferiore pulmonis dexteri conspicuum dilatationum expers.

37. Lymphatici trunci, qui in superficie pulmonis dexteri enati in substantiam ejusdem se demergunt.

38. Trunci, in quos ne mercurius penetraret valvulae obicem posuere.

39. Truncus, qui per fossam inter lobum medium, ac inferiorem positam, ex superficie externa ad internam exporrigitur.

40. Trunci per superficiem internam excurrentes, qui ad glandulas *15.* ascendunt.

41. Truncus ex superficie externa per marginem obtunsum ad internam protensus, qui dum sursum ad glandulas *13.* exporrigitur plures areas efformat.

42. Truncus coalescens ex confluxu truncorum prodeuntium a reticulo in margine obtuso lymphaticis ex convexa superficie pulmonis derivantibus efformato, qui in glandulam *14.* se immittit.

43. Truncus ex pulmone emergens, qui ad glandulam 4. descendit.

44. Trunci lymphatici cum vasis sanguineis ex pulmone prodeuntes in glandulam *14.* inserti. Ex glandula autem *14.* alii producuntur trunci ad glandulas *18.*

45. Truncus e pulmone exeuns, tendens ad mediam ex glandulis *15.*

46. Trunci ex pulmone cum bronchiis egressi in infimam ex glandulis *18.* inserti.

47. Trunci, qui ex glandulis *15.*, et ex pulmone emergunt, atque in glandulas *18.* inseruntur.

48. Truncus major a suprema ex glandulis *18.* profectus, qui per faciem anteriorem tracheae ascendit, ac in plures dividitur ramos.

49. Glandula oesophago accumbens, in quam concurrunt bini trunci ex majori *48.* profecti, ac alius pariter truncus ex suprema ex glandulis *11.* procedens.

50. 50. Glandulae supra glandulam *49.* juxta oesophagi longitudinem ordinatae, ex quarum suprema procedit truncus in ductum thoracicum insertus.

51. Alia glandula tracheae accumbens ubi concurrit tertius ramus trunci *48.*

52. Trunci ex suprema ex glandulis *18.* profecti, qui transeunt ad

53 53. Glandulas lateri dextero tracheae accumbentes, quae alios truncos recipiunt ex glandulis *17.*, ac ex substantia pulmonum procedentes.

54. Glandula origini musculi longi colli accumbens, in quam se inserunt trunci ex glandulis *53.* profecti.

55. Truncus ex glandula *54.* procedens, qui cum alio trunco ex glandulis circa venam subclaviam dexteram dispositis procedente conjunctus pone jugularem internam excurrens tendit ad glandulas in inferiore colli regione sitas.

56. Truncus a suprema ex glandulis *53.* prodeuns, qui ex dextero latere in sinistrum superiora versus exporrigitur ad glandulas in anteriori facie tracheae sitas paullo infra glandulam thyroideam.

57. Alius truncus ab unione truncorum ex glandulis *53.* procedentium efformatus, qui in plures ramos diremptus et in sinistrum latus reflexus adit glandulas tracheae accumbentes.

58. Glandula lateri dextero tracheae accumbens, in quam concurrunt bini rami ex trunco *57.*

59. 59. Glandulae inter carotidem et jugularem sitae, quas successive pervadit truncus ex glandula *58.* profectus. Ex harum glandularum suprema prodit truncus, qui pone jugularem reptando progreditur ad glandulas inferiores colli.

60. 60. 60. 60. 60. Glandulae in facie anteriore, ac superiore tracheae sitae, ubi concurrunt praedicti trunci.

61. Truncus, qui ex glandula thyroidea emergens se inserit in supremam ex glandulis *60.*

62. 62. Trunci ex glandulis *60.* profecti, qui pone jugularem sinistram transeunt, et ad glandulas inferiores colli protenduntur.

63. Truncus ex parte dextera glandulae thyroideae procedens, qui pone carotidem, ac jugularem internam sinistri lateris transit ut tendat ad glandulas inferiores colli.

64. 64. Binae glandulae inferiores colli, quas pervadunt praedicti trunci cum aliis conjuncti.

65. 65. Glandulae arteriae subclaviae sinistrae adjacentes, in quas concurrunt trunci ex aliis glandulis circa arcum aortae sitis.

66. 66. Trunci ex praedictis glandulis profecti, qui in ductum thoracicum aperiuntur.

67. Truncus major resectus ex aliis glandulis inferioribus colli profectus, qui bifariam dividitur.

68. Truncus internus trunci *67.*, qui in jugularem internam aperitur.

69. Ramus ejusdem 67. externus, qui in ductum thoracicum inseritur.

70. Truncus major, qui ex glandulis 64. in ductum thoracicum se insinuat.

71. 71. Truncus major ab unione truncorum ex glandulis axillaribus procedentium efformatus, qui in bifurcatione jugularis externae se inserit.

72. Truncus ex nonnullis glandulis circa vasa sanguinea axillaria procedens, qui in duos ramos divisus in venam axillarem influit.

73. 74. Trunci ab unione truncorum ex reliquis glandulis procedentium efformati, qui in truncum communem concurrunt.

75. 76. Alli trunci ex glandulis inferioribus colli profecti, qui cum praedictis concurrunt, ac efformant.

77. Truncum majorem in angulum jugularis internae, ac subclaviae dexteri lateris insertum.

TABULA CCXXIV.

Limphatica artuum superiorum.

FIGURA I.

Digiti, dorsum manus, facies exterior cubiti cum lymphaticis quae ex digitis procedunt.

A. A. Integumenta dissecta, ac extrorsum revoluta.

a. a. Locus ubi trunci lymphatici mercurio injecti fuere. Eorum ramos ex digitis provenientes diligenter curavi ut delinearet Pictor cum lympha optime turgebant.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. Trunci, qui ex facie externa per anteriorem ad internam migrant.

13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. Trunci lymphatici ex facie externa per posteriorem internam versus perreptantes.

FIG. II.

Facies interna brachii, manus ac digitorum cum lymphaticis, quae ex digitis per brachium decurrunt.

A. Portio claviculae.
B. Portio deltoidis.
C. Pectoralis majoris resecti portio.
D. Latissimi dorsi portio.
E. Portio rotundi majoris.
F. Portio musculi subscapularis.
G. Nervi brachii resecti.
H. Arteria axillaris resecta.
I. Vena axillaris pariter resecta.

L. Vena cephalica cum nonnullis ex suis ramis pone portionem pectoralis resecta.

M. Arteria ulnaris.

N. Arteria radialis.

a. a. Trunci lymphatici suis ramis ex digitis procedentes.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. Trunci ex facie externa brachii per anteriorem in internam ducti iis respondentes, qui in prima figura iisdem notis indigitantur.

13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28 .29. 30. 31. 32. Lymphaticorum trunci ex facie externa per posteriorem advenientes, respondentes iis qui in eadem prima figura iisdem notis indicantur.

b. Truncus ex dorso manus inter pollicem et indicem procedens, qui in faciem internam cubiti venit, et inter musculos cum arteria radiali occultatur, ut profundis se comitem praebaet.

c c. Binae glandulae circa flexuram cubiti et brachii sitae, quas pervadunt nonnulli trunci ex digitis procedentes.

d. d. Glandulae axillares ubi concurrunt predicti trunci.

e. Truncus, qui cephalicam comitatur, pone portionem pectoralis resectus. Hujus trunci continuatio in Tab. CCXXII. ac CCXXVI. conspici potest.

TABULA CCXXV.

Lymphatica dorsi ac lumborum.

A. A. A. Tegumenta resecta ac in latera revoluta.

* * Scapularum spinae.

B. B. Clunes resectae.

C. C. Cervix resecta.

D. Brachium sinistrum resectum.

E. Portio musculi glutaei medii.

F. Portio glutaei majoris.

G. Portio obliqui externi abdominis.

H. Latissimus dorsi.

I. Musculus trapetius, sive cucullaris.

L. Portio teretis majoris.

M. Portio musculi infraspinati.

N. Portio musculi tricipitis brachii.

O. Musculus deltoides.

P. Portio elevatoris scapulae.

Q. Portio musculi sterno-cleido-mastoidei.

R. Scaleni medii portio.

S. Splenii capitis portio.

T. Crista ossis ilium.

1. Truncus suis ramis ex inferiori parte lumborum, ac superiori clunium procedens, qui supra musculum glutaeum medium, tensorem vaginae femoris et sartorium excurrendo ad glandulas inguinales protenditur.

2. 3. 4. 5. Lymphaticorum trunci, qui ex inferiore dorsi regione, ac ex lumbis profecti ad glandulas inguinales descendunt.

6. 7. 8. 9. 10. Trunci lymphatici ex lumborum parte superiore, et ab inferiore ac laterali dorsi procedentes, qui ad glandulas axillares ascendunt.

11. 12. 13. Trunci ex concursu aliorum truncorum ex facie inferiore, ac media dorsi proficiscentium efformati, qui ad glandulas axillares diriguntur.

14. Truncus ex parte media dorsi procedens, qui sursum exporrigitur, ac dein inferiora versus inflectitur, ut tandem reflexus glandulas adeat axillares.
15. Truncus ab unione truncorum ex parte superiore dorsi, ac inferiore cervicis advenientium efformatus, qui statim descendit, dein supra tricipitem brachii superiora versus inflectitur ut in glandulas axillares concurrat.
16. Truncus ex cervice procedens, qui supra cucullarem, et deltoidem descendens recipit ramos ex dorso, ac ex parte superiore et postica brachii derivantes, dein reflectitur supra tricipitem brachii, et ad glandulas axillares pergit.
17. Truncus, qui ex cervice ac dorso procedit, et ad formationem trunci *15.* concurrit.
18. Truncus major ab unione truncorum ex cervice, ac dorso prodeuntium efformatus, qui cum praedicto concurrit ut edat truncum *15.*
19. Truncus qui ex cervice procedit ac conjungitur cum
20. Trunco ex dorso prodeunte, ut gignat truncum *18.*

TABULA CCXXVI.

Latus sinistrum thoracis capitis colli, ac superior abdominis pars cum lymphaticis superficialibus, quae in glandulas axillares atque in eas quae circum maxillam inferiorem ac processum mastoideum sedent, coadunantur.

A. A. A. Integumenta dissecta, ac in sinistrum latus deducta.
B. B. Abdominis pars infra umbilicum.
C. Brachium sinistrum resectum.
D. Musculus latissimus dorsi ad brachium ascendens.
E. Tendo musculi *D.*, qui ad suam insertionem in humerum properat.
F. Teres major, qui ad suam insertionem in humerum decurrit
G. Portio musculi tricipitis.
H. Portio deltoidis.
I. Clavicula.
L. L. L. L. Pars inferior musculi serrati antici majoris.
M. M. M. M. Pars superior musculi obliqui externi.
N. N. Expansio tendinosa ejusdem musculi, quae ad lineam albam protenditur.
O. Umbilicus.
P. P. Linea alba.
Q. Q. Q. Q. Intersectiones musculorum rectorum.
R. R. R. R. R. Portiones rectorum, quae per pellucidam musculorum obliquorum tendinosam expansionem apparent.
S. S. S. S. Musculus pectoralis sinistri lateris.
T. Musculus pectoralis coarctatus, qui ad suam insertionem porrigitur.
U. U. Portio pectoralis dexteri.
V. Jugulum.
W. Spatium triangulare inter originem deltoidis, et pectoralis a clavicula positum.

X. Musculus coraco-hyoideus resectus, ac in latus sinistrum revolutus.
Y. Musculi trapetii, seu cucullaris pars anterior.
Z. Portio musculi splenii capitis.
a. Scaleni antici portio.
b. Scalenus medius.
c. Portio elevatoris scapulae.
d. Musculus cleido-mastoideus.
e. Sterno-mastoideus.
f. Eorum conjunctio.
g. Sterno-hyoideus.
h. Portio musculi sterno-thyroidei.
i. Portio constrictoris inferioris pharyngis.
k. Coraco-hyoideus.
l. Os hyoides.
m. Portio constrictoris medii pharyngis.
n. Venter anterior musculi biventris maxillae inferioris.
n. † n. † Portio musculi mylo-hyoidei.
o. o. o. o. Basis maxillae inferioris.
p. Depressor anguli oris.
q. Depressor labii inferioris.
r. r. Musculus orbicularis oris.
s. Buccinator.
t. Zygomaticus major.
v. Zygomaticus minor.
u. Fasciculus fibrarum, quem orbicularis palpebrae emittit ad labium superius.
w. w. Elevator labii superioris.
x. Elevator labii superioris alaeque nasi.
y. Portio ejusdem ad labium pertinens.
z. Portio alia in alam inserta.
1. Nasi apex.
2. 2. Musculi compressores narium.
3. Ligamentum, per quod palpebrarum commissura in angulo interno alligatur naso.
4. 4. Musculus orbicularis palpebrarum.

5. 5. Musculi frontales.

6. Expansio tendinosa inter frontales sita, quae ad occipitales protensa epicranium constitui.

7. Attollens auriculae.

8. Musculus occipitalis.

9. Musculus masseter.

10. Arcus zygomaticus.

11. Auricula acu anterius reclinata.

12. Portio parotidis.

13. Ductus Stenonianus.

14. Glandula submaxillaris.

15. Portio plexus nervorum brachii.

16. Vena ex mammariis externis in axillarem influens.

17. Alius truncus ex venis mammariis externis seu thoracicis, qui pone musculum pectoralem se occultat ut adeat venam axillarem.

18. Truncus venosus, qui in intercostalem nonam influit.

19. Vena basilica.

20. Vena cephalica, quae ad axillarem inter deltoidem, et pectoralem decurrit.

21. Truncus venae jugularis externae, qui pone sternocleidomastoideum se occultat.

22. Truncus venosus ab unione truncorum ex parte superiore pectoris ac brachii procedentes, qui in truncum *21.* influit.

23. 23. 23. 23. Trunci ex brachio ac pectore procedentes, qui in truncum *22.* concurrunt.

24. Truncus a venis temporalibus et alii a parotide emissis efformatus, qui ex glandula parotide emergit, musculum sterno-cleido-mastoideum oblique secat, ac cum trunco *21.* continuatur.

25. Truncus cum suis ramis communicationem constituens inter truncum jugularis externae *21.*, jugularem internam *22.* et

26. Alium truncum anteriorem ipsius jugularis externae.

27. Truncus efformatus ab unione ramorum ex interiore parte

colli, ac anteriore et inferiore faciei procedentium, qui in truncum *26.* influit.

28. Vena facialis, quae colligit ramos ex fronte, naso, palpebris, labiis et eorumdem musculis, ac in jugularem externam, et internam influit.

29. Vena angularis cum vena faciali *28.* continua.

30. Truncus ex orbita procedens cum Santorini emissario communicans.

31. Venae frontales, quae in angularem influunt.

32. Portio trunci venae jugularis internae ab unione truncorum ex partibus in anteriore colli facie sitis procedentium efformatus, qui cum alio trunco ex cavitate cranii exeunte jugularem internam componit.

33. Vena temporalis, quae pone parotidem aliquantisper se occultat, ac deinde in truncum *24.* jugularis externae continuatur.

34. Venae, quae ex tegumentis occipitis procedunt, ac in jugularem externam se exonerant.

35. Arteria maxillaris externa seu labialis, quae inter glandulam submaxillarem, ac basim maxillae emergit, atque ipsam maxillam inferiorem inter musculum masseterem ac depressorem anguli oris consendit.

36. Ramus ex trunco *35.* arteriae maxillaris procedens, qui per musculum masseterem ac parotidem dividitur, et cum ramis ab arteria temporali emissis communicat.

37. Arteria ex labiali *35.* procedens, quae inferius producitur, juxta basim maxillae excurrit usque ad mentum, ac ramos in mylo-hyoideum, ac biventrem emittit praeter eos, qui per tegumenta dispertiuntur.

38. Arteria coronaria labii inferioris, quae pone depressorem anguli oris transit, ac dein per labium inferiorem, et ejusdem musculos, ac tegumenta dispertitur.

39. Arteria transversalis faciei, per quam arteria temporalis cum labiali *35.* communicat, ex qua prodeunt plurimi rami, per parotidem, musculum masseterem, buccinatorem, ac tegumenta se distribuentes.

40. Continuatio coronariae inferioris.

41. 42. Coronaria labii superioris, cujus rami in ejusdem tegumenta et musculos, atque in nasum dispertiuntur.

43. Nasalis lateralis, quae juxta nasum excurrens circa radicem ejusdem cum ophtalmica communicat.

44. Anastomosis nasalis lateralis 43. ac

45. Ophtalmicae, quae ex orbita emergit, et per palpebram superiorem, frontem ac nasum dividitur.

46. Ramus major arteriae ophtalmicae, qui per musculos frontales dispertitur, ac cum ramis arteriae temporalis communicat.

47. Alius ramus superficialis ex labiali profectus, qui per genam ac palpebram inferiorem dividitur.

48. Ramus a temporali procedens, qui per musculum orbicularem palpebrarum dividitur.

49. Arteria ex parotide emergens.

50. Ramus arteriae temporalis, qui per frontem decurrit ac suis ramis cum ramis ophtalmicae communicat.

51. 52. Rami qui per frontem, tempora, ac sinciput dividuntur.

53. Ramus exterior arteriae temporalis, quae per auriculam, ac sinciput dividitur.

54. Arteria occipitalis.

55. 56. Rami arteriae occipitalis, qui per occiput dividuntur.

57. Anastomosis arteriae occipitalis ac temporalis.

58. 58. Trunci lymphatici resecti ex superficialibus brachii, qui in glandulas axillares concurrunt.

59. 59. Trunci lymphatici respondentes iis in Tab. CCXXV. notis 13. 14. 15. 16. indigitatis, qui ex dorso adveniunt, ut ad glandulas axillares concurrant.

60. 60. Lymphaticorum trunci respondentes truncis 8. 9. 10. 11. 12. Tab. CCXXV., qui ex dorso in latus sinistrum thoracis feruntur, et super latissimum dorsi ac dentatum anteriorem decurrendo ad glandulas axillares ascendunt.

61. 61. Alii trunci ex parte inferiore dorsi, ac superiore, lumborum procedentes, qui per sinistrum thoracis latus supra obliquum externum et dentatum majorem reptando ad

glandulas axillares ascendunt postquam cum aliis truncis ex ipso thorace procedentibus commercium inierint.

62.62.62. Trunci in abdomine circa umbilicum enati, qui ad glandulas inguinales descendunt.

63.63.63. Trunci ex abdomine ac thorace procedentes, qui sursum ad glandulas axillares porriguntur.

64. Truncus, qui ex abdomine, et ex parte inferiore thoracis procedit, ac anteriora versus decurrit ad

65. Glandulam circa lineam albam in secunda intersectione musculi recti sitam.

66. Truncus ex glandula *65.* procedens, qui in linea alba expansionem tendinosam perforat, ac dein cum lymphaticis mammariis internis conjungitur.

67. Truncus ex suprema abdominis et infima thoracis parte procedens, qui dividitur, ac concurrit in

68.68. Binas glandulas inter pectoralem, ac partem superiorem musculi obliqui externi. Hae glandulae, ut et glandula *65.* frequenter desunt. Cum vero adsunt duos emittunt truncos, qui simul conjuncti efformant

69. Truncum, qui pone musculum pectoralem se occultat, dein spatium intercostale inter quintam et sextam costam perforat ut cum mammariis internis consocietur.

70.70. Bini trunci, qui ex tegumentis circa umbilicum procedunt, et expansionem tendinosam perforant ut cum lymphaticis epigastricis conjungantur.

71.71.71. Trunci ex abdomine procedentes, qui oblique superiora versus excurrendo ad thoracem transeunt, cum aliis truncis ex ipsa parte inferiore, et laterali thoracis procedentes conjunguntur, ac ad glandulas axillares ascendunt.

72.72.72.72.72.72.72.72. Trunci, qui utrinque ex pectore, ac scrobiculo cordis procedunt, et ad glandulas axillares pergunt.

73. Truncus ab unione truncorum *72.* lateris sinistri, ac supremi ex truncis *63.* procedens qui ad glandulas axillares tendit.

74. 74. 74. Trunci ex parte superiore pectoris, ac inferiore colli procedentes, qui deorsum ac extrorsum decurrendo in unum conveniunt ut efforment

75. Truncum, qui sursum reclinatus in glandulas axillares se immittit.

76. 76. Bini trunci lymphatici, qui ex parte inferiore, ac exteriore colli, nec non suporiore atque anteriore brachii deorsum ac antrorsum progrediendo simul concurrunt in

77. Truncum, qui deinde ad glandulas axillares flectitur.

78. 78. Trunci ex parte superiore brachii derivantes, quorum inferior et anterior ascendit, superior descendit, tandem simul confluunt, ac efformant

79. Truncum, qui ad glandulas axillares descendit.

80. 80. 80. Glandulae axillares, in quas coadunantur praedicti trunci superficiales procedentes ex tegumentis brachii, dorsi, pectoris, inferioris partis cervicis, ac superioris abdominis, et lumborum.

81. Truncus lymphaticus cephalicus, qui bifariam divisus se inserit in

82. Glandulam in spatio triangulari inter origines deltoidis et pectoralis a clavicula sitam.

84. Trunci ex eadem glandula *82.* procedentes, qui claviculam conscendunt ac adeunt glandulam elevatori scapulae in inferiore colli regione accumbentem.

85. Truncus ex iis, qui ex occipite procedunt, supra cucullarem decurrens ut adeat.

86. Eandem glandulam, quam trunci *84.*

87. 87. Trunci lymphatici, qui suis ramis ex occipite ac vertice derivant et descendunt ad

88. 88. Glandulas supra partem posticam musculi occipitalis accumbentes.

89. Tres trunci ex glandulis *88.* profecti, qui perforato capitis splenio ad glandulas circum jugularis internae divisionem sitas porigiuntur.

90. 90. Trunci ex sincipite ac regione temporali procedentes, qui descendunt ad

91. 91. Glandulas supra musculum sterno-cleido-mastoideum circa suam insertionem in processum mostoideum sitas.

92. Truncus ab externa ex glandulis *91.* procedens, qui per externam splenii capitis, et cucullaris superficiem reptando descendit; cum vero ad truncum *22.* jugularis externae accesserit antrorsum declinat, ac pone truncum *21.* ejusdem jugularis in alios atque alios ramos diremtus se inserit in

93. 93. Glandulas plexui brachiali, ac musculo scaleno medio accumbentes.

94. Alius truncus ab unione ramorum ex glandulis *91.* procedentium efformatus, qui se inserit in

95. Glandulam lateri externo venae *21.* circa truncum venosum *22.* accumbentem. Ex hac glandula producitur plexus ad supremam ex glandulis *93.*

96. Alia glandula scaleno medio accumbens paullo supra glandulas *93.*

97. 97. 97. Trunci ex glandulis *93.* ac *96.* procedentes, qui pone musculum sterno-cleido-mastoideum se occultant ut alias adeant glandulas pone eumdem musculum ad latus jugularis internae dispositas.

98. 98. Glandulae supra musculum sterno-cleido-mastoideum sitae infra glandulas *91.*, quas pervadunt successive bini trunci ab interna ex glandulis *91.* procedentes.

99. Alia glandula margini interno musculi sterno-cleidomastoidei accumbens, quae recipit truncum ab infima ex glandula *98.*, et alium ex glandula *111.*

100. Truncus ex glandula *99.* procedens, qui deorsum interiora versus excurrit, supra truncum venosum *26.* transit, ac dein extrorsum reflectitur pone praedictum truncum venosum, ac musculum sterno-cleido-mastoideum ut adeat glandulas jugulari internae circumpositas.

101. Truncus lymphaticus ab unione ramorum ex sincipite procedentium efformatus, qui versus auriculam descendit ac bifariam dividitur.

102. Ramus exterior in alios atque alios ramos divisus po-

ne auriculam transeuntes, qui ad glandulas *91.* descendunt.

103. Ramus interior ejusdem trunci *101.*, qui juxta latus internum auriculae excurrens cum alio trunco ex sincipite et fronte procedente conjungitur, ac supra parotidem reptando tandem se immittit in glandulam *99.*

104. Lymphaticorum trunci ex sincipite et fronte procedentes, qui juxta arteriam ac venam temporalem excurrendo se inserunt in

105. Glandulam inter partem superiorem parotidis, ac auriculam circa processum zygomaticum positam, ex qua derivant bini trunci. Horum primus pone parotidem se occultat, alter pergit ad glandulam haud longe supra parotidem sitam.

106. Alius truncus ex sincipite ac fronte pariter procedens, qui descendit ad

107. Glandulam inter auriculam et parotidem paullo infra praecedentem sitam, ubi concurrit alius truncus a glandula *105.* emissus. Ex hac glandula procedunt trunci, qui pone parotidem se occultant ut alias adeant glandulas circa basim maxillae inferioris, ac supra musculum sterno-cleidomastoideum dispositas.

108. Lymphaticorum trunci ex glandulis *105.*, ac *107.* procedentes, qui cum trunco *24.* jugularis externae ex parte inferiore parotidis emergunt, ac descendunt ad

109. Glandulam musculo sterno-cleido-mastoideo accumbentem.

110. Truncus ex glandula *109.* procedens, qui venam jugularem externam comitatur ac tandem se inserit in glandulam *96.*

111. Alia glandula trunco venoso *24.* accumbens, in quam concurrunt trunci ex glandula *109.* Ex hac glandula truncus ad glandulam *99.* porrigitur.

112. 112. Trunci ex fronte, ac temporibus procedentes, qui pone parotidem se occultant ut adeant glandulas circa basim maxillae inferioris dispositas.

113. Truncus ex temporibus, ac ex tegumentis parotidis ortus, qui ad glandulas circa basim maxillae sitas descendit.

114. Truncus ex gena, ac palpebris enatus, qui oblique exteriora versus descendit, ac se inserit in

115. Glandulam circa basim maxillae ad latus externum venae facialis sitam.

116. Portio glandulae majoris, quae circa divisionem jugularis internae invenitur, ubi concurrunt plures trunci ex profundis capitis, ac alli ex glandula 115. profecti.

117. Truncus ex fronte, palpebris, naso ac gena prodeuns, qui in glandulam venae faciali accumbentem se demergit.

118. Truncus ex tegumentis musculum masseterem induentibus ortus, qui anteriora versus excurrit, supra arteriam labialem transit, ac se inserit in glandulam lateri interno glandulae submaxillaris accumbentem.

119. Trunci ex gena provenientes, qui in glandulam praedictam se demergunt.

120. Truncus ab unione ramorum ex labiis et inferiore parte nasi procedentium efformatus, qui supra musculum depressorem anguli oris oblique extrorsum descendit, ac se inserit in

121. 121. Glandulas inter basim maxillae, glandulam submaxillarem, ac ventrem anteriorem biventris dispositas, in quas concurrunt alli trunci ex musculis linguae, ossis hyoidis, ac ex glandulis submaxillaribus et sublingualibus procedentes. Ex his praeter truncos, qui in conspectum veniunt, alii procedunt trunci a parte postica earundem glandularum, qui ad glandulas circa divisionem jugularis internae tendunt.

122. Truncus ex labio inferiore ac ejus musculis procedens, qui se immittit in

123. 124. Glandulas ventri anteriori musculi biventris accumbentes. Ex glandula 123. trunci ad internam ex glandulis 121. feruntur.

125. Truncus ex labio inferiore, ac mento ortus, qui descendit ad

126. Glandulam inter ventres anteriores biventrium sitam, ubi concurrunt alii trunci ex musculis linguae, ac ex ipsa lingua profecti. Ex hac glandula truncus procedit, qui bifariam dividitur, ac altero ramo musculum sterno-hyoideum perforat ut ad glandulas circa laryngem sitas tendat, altero vero pergit ad

127. Glandulam lateri interno musculi biventris accumbentem, quo concurrit pariter truncus ex glandula *124.* procedens.

128. Truncus ex glandula *127.* derivans, qui supra musculum sterno-hyoideum reptando descendit usque ad truncum jugularis externae *26.*, ubi bifariam dividitur.

129. Ramus exterior trunci *128.* qui cum trunco venoso *26.* ad glandulam circa subclaviam et jugularem dispositas producitur.

130. Glandula in jugulo sita, quae recipit ramum internum trunci *128.*

131. Truncus ex glandula *130.* procedens, qui pone musculum sterno-mastoideum se occultat ut adeat glandulas circa subclaviam sinistram dispositas.

132. 133. Bini trunci ex glandulis *121.* derivantes, qui oblique inferiora versus ad musculum sterno-cleido-mastoideum producuntur, ac pone eum se occultant ut adeant glandulas circa jugularem internam dispositas.

134. Glandula venae faciali circa suam originem accumbens, in quam concurrit truncus *117.* Ex hac glandula trunci ad glandulam *116.* protenduntur.

TABULA CCXXVII.

FIGURA I.

Ostendit dorsum manus ac faciem posticam digitorum et cubiti ut conspiciantur lymphatica, quae inter musculos harum partium vasorum sanguineorum cursum sequuntur.

I. Pollex.
II. III. IV. V. Quatuor sequentes digiti minores.
†. †. †. Portio nuda ossis radii.
*. *. Portio nuda ulnae.
A. A. Cubitus circa articulationem resectus.
B. Portio musculi radialis externi longi.
a. Tendo ejusdem, qui in basim metacarpi indicis inseritur.
C. C. Portio supinatoris longi.
D. D. Radialis externus brevis.
b. Tendo ejusdem basi metacarpi digiti medii *III.* insertus.
E. Portio supinatoris brevis.
F. Abductor longus pollicis manus a spina ulnae, a radio, ac a ligamento interosseo procedens, qui abit in
c. Tendinem juxta latus externum radii excurrentem, quo tandem se inserit parti internae multanguli majoris, ac tuberculo in anteriore, ac interna parte capitis superioris metacarpi pollicis.
G. Extensor minor pollicis, qui ab exteriore parte spinae, ulnae, ac ex ligamento interosseo procedit, atque abit in
d. Tendinem, qui per sinum priorem capitis inferioris radii transit, ac dein supra metacarpum ac phalanges pollicis excurrendo in harum ultimam inseritur.
H. Extensor major pollicis ab externa parte ulnae et a ligamento interosseo circa ipsius medium procedens, qui paullo supra articulationem cubiti abit in

e. e. e. Tendinem, qui per sinum in interna parte radii insculptum decurrit, dein tendines radialium externorum decussando ad metacarpum pollicis et phalanges pertingit, ac cum tendine extensoris minoris conjunctus ultimae phalangi inseritur.

I. I. Musculus indicator oriens ab exteriore parte spinae ulnae infra mediam ejus partem, et a ligamento interosseo.

f. Tendo ejusdem, qui juxta metacarpum indicis cum tendine extensoris decurrit, ac circa primam phalangem cum eodem conjungitur ut simul ultimae phalangi innectantur.

K. K. Extensor communis in latus internum reclinatus in suas partes divisus ex quibus procedunt

g. g. g. h. h. i. i. i. k. k. Quatuor tendines, qui in digitos protensi secundae atque ultimae eorumdem phalangi inseruntur.

l. Alius tendo extensoris communis ad auricularem accedens.

m. Communicatio tendinis digiti anularis, et auricularis.

L. Portio extensoris proprii auricularis.

n. Tendo ejusdem, qui cum tendine extensoris communis in articulatione metacarpi et primae phalangis conjungitur.

M. Portio musculi anconaei.

N. N. Portio ulnaris interni.

O. Musculus abductor indicis, qui a dorso multanguli majoris a parte superiore marginis metacarpi pollicis indicem respiciente, ac ab interiore et superiore parte metacarpi indicis procedit.

p. Tendo, in quem abit, capitulo interno basis primae phalangis insertus. Conspicitur aponeurosis, per quam hic tendo conjungitur cum tendine lumbricalis primi.

P. Tendo adductoris pollicis insertus tuberculo interno basis primae phalangis pollicis.

Q. Interosseus prior indicis, qui partim ab abductore *O.* contegitur.

R. Interosseus prior digiti medii.

S. S. Interosseus posterior ejusdem digiti medii.

T. Interosseus posterior digiti anularis.

U. Abductor digiti minimi manus.

q. Tendo lumbricalis primi, qui cum tendine extensoris communis conjungitur, ac ad ultimam usque phalangem pertingit.

r. Tendo interossei posterioris indicis, qui cum tendine extensoris conjungitur, ac dein cum tendine *q*., ut communi extremo ultimae phalangi inseratur.

s. s. Aponeurosis, per quam tendines *q*. et *r*. tendini extensoris communis conjunguntur. Similes aponeuroses in aliis quoque digitis conspiciuntur.

t. Tendo communis interosseo priori digiti medii, ac lumbricali secundo.

u. Tendo interossei posterioris digiti medii.

v. Tendo communis tertio lumbricalium ac interosseo priori digiti anularis.

x. Tendo interossei posterioris digiti anularis.

y. Tendo communis tendini lumbricalis quarti, ac interosseo priori digiti auricularis.

Z. Tendo abductoris auricularis. Omnes praedicti tendines eodem modo procedunt ac tendines *q*., et *r*.

W. Ligamentum laterale inter primam, et secundam phalangem digiti medii. Eodem modo utrinque inter articulationes metacarpii cum phalangis et phalangium inter se sua conspiciuntur ligamenta, quae brevitatis causa literis indigitare praetermisimus.

Y. Membrana articularis metacarpi indicis et primae phalangis ejusdem.

1. Nervus radialis ex facie interna brachii in externam protensus inter tendines supinatoris longi ac radialis longioris externi, qui statim bifariam dividitur.

2. Truncus ejusdem externus, qui juxta latus externum decurrens usque ad extremitatem pollicis protenditur, ac suis numerosis ramis per integumenta dividitur.

3. Truncus internus ac major, qui paullo supra tendinem extensoris pollicis in duas abit divisiones, quae praedictum tendinem decussant.

4. Divisio externa ejusdem trunci 3.

5. Divisio interna ejusdem trunci 3.
6. Ramus exterior divisionis 4., qui juxta latus internum pollicis decurrens usque ad ultimam phalangem pertingit ramulos continuo ad tegumenta emittendo.
7. Ramus alter divisionis 4., qui supra musculum abductorem indicis excurrit, ac per latus externum indicis usque ad ultimam phalangem excurrebat.
8. Primus truncus divisionis 5., qui per abductorem indicis, interosseum priorem ejusdem, ac integumenta dividitur.
9. Alius truncus ad indicem et medium protensus.
10. Rami ejusdem resecti, qui per integumenta indicis dividebantur.
11. Ramus pariter resectus, qui juxta latus internum indicis excurrebat.
12. Ramus postremus trunci 9., qui juxta latus externum digiti medii excurrens cum alio ramo conjungitur.
13. Truncus major divisionis 5., qui oblique latus internum versus excurrit, ac in plures alios dividitur truncos.
14. Truncus exterior, qui ad digitum medium decurrit.
15. Ramus trunci 14. ad externum latus digiti medii pergens, quo cum ramo 12. communicat.
16. Alius ramus ejusdem 14., qui ad latus internum medii protenditur.
17. Locus ubi praedictus ramus cum ramo ulnaris communicat.
18. Secunda divisio trunci 13., quae per dorsum oblique introrsum descendit.
19. Ramus resectus trunci 18., qui per tegumenta dorsi manus dividebatur.
20. Alius ramus ejusdem trunci, qui pariter per tegumenta dorsi dividitur, ac ad digitum anularem usque pertingit.
21. Truncus nervi ulnaris, qui pone tendinem o. musculi ulnaris interni ex facie interna cubiti ad externam transit.
22. Truncus, qui per dorsum manus supra carpum, ac metacarpum per tegumenta dividitur.
23. Continuatio trunci 21., qui in plures ramos dividitur. Ho-

rum nonnulli denuo conjunguntur ac alios edunt truncos.

24. Truncus ab unione duorum ramorum ex trunco *23.* prodeuntium efformatus, qui primo ramos per dorsum manus emittit, ac tandem circa digitum medium, et anularem bifariam dividitur.

25. Prima divisio, quae juxta latus internum digiti medii excurrit, ac cum ramo *17.* conjungitur.

26. Altera divisio trunci *24.*, quae juxta latus externum digiti anularis decurrens usque ad ipsius extremitatem pertingit, plurimos emittendo ramos ad tegumenta dorsi ejusdem digiti.

27. Alius truncus pariter ab unione ramorum ex trunco *23.* prodeuntium efformatus, qui inter anularem, et auricularem per dorsum manus excurrit ramos per tegumenta emittit, et cum ad digitos pervenerit bifariam dividitur.

28. Ramus, qui juxta latus internum digiti anularis decurrit usque ad ultimam phalangem, ac ramos per tegumenta emittit.

29. Alter ramus, qui juxta latus externum digiti auricularis reptat.

30. Ramus juxta latus internum digiti auricularis decurrens.

31. Truncus ex nervo mediano procedens, qui ex interna facie ad musculos in externa sitos producitur.

32. 33. Rami trunci *31.*, qui per musculum extensorem communem dividuntur.

34. Rami, qui per musculos extensores pollicis dividuntur.

35. Truncus ab arteriis interosseis superioribus, et ab ulnari procedens, qui ex facie interna in externam per ligamenti interossei foramina transit, ac per musculum extensorem communem, extensores ac abductorem longum pollicis, ac per tegumenta dividitur.

36. Arteria interossea inferior, quae ramos musculo indicatori suppeditat, ac per dorsum manus, et articulationes ac musculos interosseos dividitur, atque suis ramulis ad digitos usque pertingit.

37. Continuatio arteriae *36.*, quae pone tendines extensoris communis, ac indicatoris se occultat, ac per dorsum manus dividitur.

38. Truncus arteriae radialis, qui pone tendines extensorum pollicis ad dorsum manus exporrigitur.

39. Ramus trunci *38.*, qui pone tendines extensoris communis ac indicatoris se occultat, per dorsum manus dividitur, et cum ramis trunci *37.* communicat.

40. Continuatio trunci *38.*, quae inter abductorem indicis ac interosseum priorem ejusdem se occultat.

41. *41.* Nonnullae ex arteriis digitalibus, quae in digito medio et anulari conspiciuntur.

42. Ramus resectus ab arteria interossea superiori, qui per abductorem longum pollicis dividitur.

43. *43.* *43.* Rami ex interossea *36.* procedentes, qui pone extensorem majorem pollicis transeunt, ac per extensorem minorem dividuntur.

44. *45.* Trunci venosi a concursu ramorum ex digitis. dorso manus, ac facie externa cubiti procedentium efformati, qui ex facie externa in internam producuntur, ac juxta eam decurrendo ramos continuo recipiunt, ac influunt in venam medianam cephalicam.

46. Truncus constituens communicationem inter praedictos truncos ac ramos arteriam *36.* comitantes.

47. *47.* Truncus ex confluxu venarum ex digitis procedentium efformatus, influens in truncum *45.*

48. Truncus ex pollice procedens, qui directe pergit ad truncum *45.*

49. Arcus venosus supra pollicem conspicuus, in quem influunt plures rami ex ipso pollice ac indice procedentes, qui resecti apparent.

50. *51.* Trunci ramis ex digitis procedentibus efformati, qui ex facie externa in internam transeunt, per quam excurrunt ut in medianam basilicam influant.

52. Arcus efformatus a trunco venoso transverso communicationem inter truncos *47.* *50.* et *51.* constituente.

53. 53. Trunci resecti ex digitis procedentes, qui in praedictum arcum influunt.

54. Truncus ex latere interno digiti auricularis procedens, ac in eundem arcum se exonerans.

55. Truncus lymphaticus ab unione ramorum ex profundis palmae ac ex dorso manus procedentium efformatus; qui cum trunco arteriae radialis *38.* ex dorso manus ad faciem internam cubiti migrat.

46. Truncus lymphaticus ex dorso manus procedens, qui cum arteria interossea *36.* inter musculos excurrit, ligamentum perforat, atque ex facie externa in internam migrat, ut cum arteria ulnari adeat glandulas circa articulationem cubiti dispositas.

57. Alius truncus lymphaticus ex cubito derivans, qui arteriam interosseam superiórem *35.* comitatur, et inter musculos pari modo se occultat ut ad praedictas glandulas concurrat.

FIG. II.

Sistit faciem internam digitorum, et cubiti cum palma manus ut conspiciantur lymphatica profunda ex digitis enascentia, atque eorum per easdem plagas iter.

A. A. Cubitus infra suam articulationem cum humero resectus.

I. Pollex.

II. III. IV. V. Quatuor digiti minores.

B. B. Musculus ulnaris internus.

a. a. Tendo ejusdem ossi pysiformi seu subrotundo insertus.

C. E. E. E. E. Flexor sublimis.

b. b. d. e. Tendines musculi flexoris sublimis, qui pone ligamentum transversale carpi se occultant.

D. Musculus radialis internus.

c. Tendo ejusdem radialis, qui pone venam proximam per canalem in multangulo majori exsculptum ad basim metacarpi indicis producitur.

F. Portio flexoris pollicis.

f. Tendo ejusdem, qui pone ligamentum transversale carpi se occultat, postea denuo se manifestat, ac ad extremum digiti pertingit.

H. Portio musculi pronatoris quadrati.

I. Portio longi supinatoris.

h. Tendo ejusdem musculi *I.*, qui extremitati inferiori radii inseritur.

K. Musculus abductor auricularis.

i. Tendo ejusdem capitolo interno basis primae phalangis insertus.

L. Flexor parvus digiti minimi.

M. O. Abductor pollicis.

N. Opponens pollicis.

P. Flexor parvus ejusdem digiti.

Q. Adductoris pollicis extremum cum parte interna flexoris brevis conjunctum.

k. Ligamentum transversale carpi.

l. m. n. o. Quatuor lumbricales.

p. Tendines musculorum flexorum in digito secundo.

q. r. s. Vaginae ligamentosae, quae tendines flexorum contegunt in reliquis digitis.

t. Nervus ulnaris, qui bifariam dividitur.

u. u. u. Truncus internus nervis ulnaris trunco *21.* in fig. *I.* respondens, qui circa articulationem cubiti, et carpi pone tendinem *a.* ulnaris interni transit, ac in dorsum producitur.

v. v. Truncus externus nervi ulnaris, qui supra carpum bifariam dividitur.

x. Ramus internus, qui supra musculum flexorem brevem excurrit. ramum eidem flexori emittit, ac tandem juxta latus internum digiti auricularis reptando ad apicem usque pertingit, atque ramulos continuo dat tegumentis.

y. Alter ramus inter anularem et auricularem bifariam divisus, ut ramo utrinque juxta latera eorumdem digitorum se mutuo respicientia porrigatur.

1. 1. Nervus radialis, qui ex facie interna cubiti ad externam ponè tendinem longi supinatoris transit, ac respondet nervo *1.* primae figurae. Hic nimis exilis exhibetur.

2. Ramus nervi musculo-cutanei, qui per tegumenta cubiti dividitur.

3. Ramus rami *2.*, qui ad faciem externam cubiti migrat.

4. Continuatio rami *2.*

5. 5. Rami *4.* divisiones, quae ad faciem externam cubiti producuntur.

6. 6. 6. Divisiones rami *4.*, quae per palmam manus in tegumenta disperguntur. Ramus *2.*, omnesque ejusdem divisiones crassiores, quam par fuisset, aeri incisae fuerunt.

7. Ramus internus nervi mediani, qui statim bifariam dividitur, ac juxta latera digiti medii, et anularis excurrit.

8. Alius ramus, qui in binos alios ramos dirimitur juxta latera digiti medii ac indicis excurrentes.

9. Tertius ramus nervi mediani, qui in tres alios dividitur ramos juxta latus externum indicis, ac latera pollicis excurrentes.

10. Ramus exterior pollicis.

11. 11. Arteria radialis inter binas venas sita.

12. Ramus arteriae radialis, qui ad dorsum manus exporrigitur. In hac praeparatione solito exilior apparebat.

13. Alter ramus, qui pone musculum abductorem pollicis transit.

14. 14. Arteria ulnaris.

15. Ramus ejusdem ulnaris, qui ad dorsum manus exporrigitur.

16. Communicatio arteriae ulnaris, cum arteria radiali, unde arcus efformatur.

17. 17. 17. 17. 17. Arteriae, quae ex arcu procedunt, ac circa digitos bifariam dividuntur, ut singulae ramum suppeditent oppositis lateribus duorum proximorum digitorum.

18. Ramus externus pollicis, qui ex arcu profundiori procedit.

19. Truncus ex confluxu venarum a dorso manus ac palma procedentium efformatus, qui in medianam cephalicam influit.

20. Ramus ex facie externa brachii procedens, qui respondet trunco 45. primae figurae.

21. 21. Venae profundae, quae ex digitis, palma manus, atque ex musculis in cubitu sitis procedunt, et arterias utrinque comitantur.

22. Communicatio inter praedictas profundas ac quamdam venam superficialem.

23. 23. Venae, quae utrinque arteriam ulnarem comitantur.

24. Truncus lymphaticus ab unione ramorum ex pollice, indice, ac parte externa medii procedentium efformatus, qui cum vasis sanguineis ad brachium pergit.

25. Ramus a lymphatico ex parte interna digiti medii prodeunte profectus, qui adit truncum lymphaticum 24.

26. Alter ramus a prédicto lymphatico profectus, et alios recipiens ramos ex digito anulari, atque auriculari prode untes, qui vasa sanguinea ulnaria comitatur, et ad cubitum transit.

27. Truncus ab auriculari et anulari derivans, qui pone vasa sanguinea se occultat, ac juxta eadem excurrit.

28. 28. Continuatio trunci 26. per cubitum.

29. Continuatio trunci 29. per cubitum usque ad

30. Glandulam circa mediam cubiti longitudinem venae internae accumbentem.

31. Truncus ex dorso procedens, qui juxta latus externum vasorum sanguineorum radialium excurrens bifariam dividitur. Ramus internus adit glandulam 30.

32. Ramus externus trunci 30., qui denuo dividitur in binos ramos.

33. Ramus externus ex divisione rami 32., qui ad glandulam arteriae humerali paullo supra articulationem cubiti et humeri accumbentem porrigitur.

34. Ramus internus, qui bifariam dividitur, ac pergit ad glandulam circa divisionem vasorum sanguineorum sitam.

35. Alius truncus ex glandula 30. procedens, qui ad eamdem glandulam se confert.

FIG. III.

Musculis pectorali, ac dentato anteriore minore a sua origine resectis, ac in latus externum reclinatis, musculo latissimo dorsi cum scapula inferius ducto, musculis brachii paullisper a se invicem dimotis, exhibet partem superiorem cubiti, brachium, et collum cum parte laterali thoracis, ut conspiciantur lymphatica profunda per has plagas decurrentia.

I. II. III. IV. V. VI. Sex costae superiores.
A. A. Thorax circa octavam costam resectus.
B. B. Collum resectum.
C. C. Cubitus resectus.
C. †. Clavicula resecta.
D. Os hyoides.
E. Cartilago thyroides.
F. Substantia membranacea, per quam os hyoides cum margine superiore cartilaginis thyroidis conjungitur.
G. Glandula thyroidea.
H. Trachea, seu aspera arteria.
I. Musculus dentatus anterior minor a sua origine resectus, ac supra deltoidem revolutus.
a. Tendo ejusdem apophysi coracoidi insertus.
K. K. Pectoralis a sua origine pariter resectus, ac supra deltoidem extrorsum revolutus.
b. b. Tendo musculi pectoralis cuidam eminentiae infra tuberositatem externam humeri insertus.
L. L. L. Portione deltoidis.
M. M. Latissimus dorsi.
N. N. Teres major.
c. c Tendo musculi teretis majoris eminentiae infra tuberositatem internam, humeri insertus.
d. Tendo latissimi dorsi, qui praedictae eminentiae innectitur
O. O. O. Musculus dentatus anterior major.
e. e. e. e. e. e. e. Divisiones ejusdem septem costis infra primam insertae.

P. Musculus infrascapularis.

Q. Coracobrachialis ex processu coracoide ortus, ac in humerum circa medium suae longitudinis insertus.

g. g. Insertio ejusdem.

R. Portio musculi trapetii.

h. Origo ejusdem a clavicula.

S. Portio musculi splenii capitis,

T. T. Musculus elevator scapulae.

U. Musculus scalenus medius.

V. V. Scalenus anterior.

W. W. Musculus thyrohyoideus.

X. Cricothyroideus.

Y. Portio musculi constrictoris inferioris pharyngis.

Z. Biceps brachii.

h. †. Origo unius capitis ejusdem a processu coracoide.

i. Tendo ejusdem musculi, quo inseritur tuberositati radii.

k. Portiones radialis interni, pronatoris teretis, ac palmaris longi circa eorumdem originem resectae, ac in internum latus revolutae.

l. l. l. Musculus brachialis internus.

m. m. m. Tendo ejusdem parti internae capitis superioris ulnae insertus.

n. Triceps brachii.

o. Caput ejusdem, quod longum vocant.

p. Caput medium brachiale externum etiam appellatum.

q. Caput breve.

r. Tendo tricipitis, qui ad suam insertionem in olecranum properat.

t. Portio musculi ulnaris interni.

u. u. v. x. Portio musculi flexoris sublimis.

y. y. Longi supinatoris portio.

z. Articulatio humeri cum ulna suis ligamentis roborata.

1. 2. Nervi ex ramo anteriore secundi ac tertii paris nervorum cervicis procedentes, qui simul concurrunt, ac formant

3. Truncum, qui superiora versus reflectitur, juxta marginem sterno-cleido-mastoidei ascendit, ac per integumenta capitis, et auriculae dividitur.

4. Nervus accessorius Willisii ad cucullarem descendens.

5. Ramus ex trunco anteriore tertii paris procedens bifariam divisus.

6. 7. Ramus ex trunco anteriore quarti paris cervicalium procedens in plures ramos divisus, qui resecti apparent.

8. Nervus phrenicus, qui ex quarto, ac quinto pare procedit, ac per collum supra musculum scalenum excurrens ad thoracem producitur.

9. 10. 11. Quintus, ac sextus ramus anterior nervorum cervicalium, qui ad formationem plexus nervorum brachialium concurrunt.

13. 13. 13. Nervus medianus ex plexu brachiali procedens, ac per brachium et cubitum excurrens.

15. Ramus nervi medianis, qui cum arteria interossea ab interna ad externam cubiti faciem migrat ut per nonnullos hujus plagae musculos dividatur.

17. 17. 17. 17. 17. Nervus musculo-cutaneus ex plexu brachiali pariter procedens, qui musculum coracobrachialem perforat, dein inter biciptem ac brachialem internum usque ad flexuram cubiti excurrit.

18. 18. 18. 18. 18. 18. Nervus ulnaris ex plexu brachiali pariter procedens, qui pone vasa sanguinea excurrendo faciem internam brachii oblique secat, post condylum internum humeri flectitur, atque inter musculum ulnarem internum, ac longum palmarem se manifestat, et per cubitum decurrit.

19. 19. Nervus cutaneus internus, qui dum usque ad cubiti flexuram supra venam basilicam progreditur ramos continuo emittit ad tegumenta brachii; huc autem resectus apparet.

21. 21. Ramus intercostalis tertii resectus, qui per faciem posteriorem ac internam brachii dividitur.

22. 23. Nervus ex brachialibus superioribus procedens, qui juxta dentatum anteriorem majorem excurrit, ac supra tertiam ejusdem divisionem in binos dividitur ramos.

24. Ramus inferior ejusdem.

25. Ramus superior. Hi rami per integumenta, ac per substantiam musculi dividuntur.

26. Ramus radialis externi, qui per musculum latissimum dorsi dividitur.

28. Subclavia dextera.

30. Carotidem ejusdem lateris.

31. Portio carotidis sinistri lateris.

32. Arteria thyroidea superior.

33. Arteria labialis resecta.

34. Continuatio carotidis externae resecta.

35. Carotis interna pariter resecta.

36. Arteria scapularis ex subclavia, dum inter scalenum medium et posticum transit, procedens.

38. Truncus arteriae ex mammariis externis, qui per musculos intercostales superiores, ac per musculum dentatum anteriorem minorem dividebatur.

39. 39. 39. Rami resecti ex mammariis externis procedentes, qui per musculum dentatum anteriorem minorem dividuntur.

42. Ramus a trunco majori ex thoracicis sive mammariis externis procedens, qui per musculum pectoralem dividitur.

43. Alius ramus ab eodem trunco procedens, qui per musculos dentatum anteriorem, intercostales, pectoralem, ac per integumenta dividitur.

44. Arteria scapularis inferior.

45. Ramus ejusdem arteriae 44., qui per dentatum anteriorem ac infrascapularem dividitur.

47. Tertius ramus, qui per teretem majorem, ac latissimum dorsi dispertitur.

48. 48. Ramus minor arteriae scapularis inferioris, qui in partem inferiorem deltoidis, ac superiorem capitis longi tricipitis dividitur.

50. 50. Ramos, qui per partem superiorem tricipitis ac tegumenta distribuuntur.

52. Ramus ex arteria humerali procedens, qui per partem me-

diam ac inferiorem tricipitis et per integumenta usque ad articulationem cubiti dispergitur.

53. Ramus ex humerali circa suam originem procedens, qui per musculum coracobrachialem, ac partem superiorem et inferiorem deltoidis dividitur.

54. 54. 54. Arteria humeralis.

55. Ramus ejusdem arteriae humeralis, qui per brachialem internum, bicipitem, ac partem inferiorem coracobrachialis dividitur.

56. Alius ramus ejusdem arteriae, qui in bicipitem evanescit.

57. Tertius ramus per brachialem internum se dirimens.

58. 59. Quartus et quintus ramus per bicipitem, ac brachialem internum se distribuentes, qui cum recurenti radiali communicabant.

60. Ramus articularis arteriae humeralis, qui per partem inferiorem musculi brachialis interni, ac per articulationem dividitur.

61. 61. Arteria radialis inter duas venas sedens, quae arteriae *11.* Fig. *II.* respondet.

62. 62. Arteria ulnaris, quae ex facie posteriore emittit arterias interosseas, quarum una hic conspicitur.

63. Arteria recurrens interna, quae sursum ascendit pone condylum internum ac partibus finitimis ramos suppeditat.

64. Truncus ex interosseis per faciem internam usque ad pronatorem quadratum excurrens ramos continuo musculis proximis emittendo, qui denique perforato ligamento interosseo in faciem externam venit ac respondet ramo *36.* primae figurae.

65. 65. Rami arteriae ulnaris resecti, qui per musculos radialem internum, palmarem longum, ac pronatorem teretem dividebantur.

72. Vena ex thyroideis inferioribus in subclaviam sinistram influens.

73. Altera thyroidea inferior minor.

74. Vena jugularis externa resecta.

75. Vena jugularis interna.
76. Thyroidea superior in jugularem internam influens.
77. Truncus jugularis internae, qui colligit ramos ab externis partibus capitis procedentes.
78. Alter truncus ejusdem jugularis ex cranio procedens.
79. Angulus externus in concursu jugularis internae et subclaviae conspicuus.
80. Vena subclavia sinistra.
81. Ramus ejusdem venae, qui cum
82. Ramo in eamdem circa angulum influente colligit sanguinem a musculis circa scapulam sitis.
84. Vena cephalica, quae pariter cum axillari conjungitur.
85. Vena axillaris.
87. 87. Alia divisio venae axillaris, quae praeter alios truncos recipit venam basilicam.
88. Truncus ex parte laterali externa thoracis procedens, qui in divisionem 87. influit.
89. 89. 89. 89. Venae resectae, quae ex tegumentis latissimum dorsi, ac dentatum majorem induentibus procedebant et in truncum 88. influunt.
90. Truncus communicationem constituens inter truncum 88. ac ramum in truncum 99. influentem.
91. 91. 91. 91. 91. Rami resecti ex tegumentis partem superiorem musculi obliqui externi induentibus procedentes, qui simul concurrunt, ac efformant truncum 88.
92. Ramus ex tegumentis dentatum induentibus procedens.
93. Truncus major ex concursu plurium ramorum ex diversis partibus procedentibus efformatus, qui in truncum 87. influit.
94. 94. Venae, quae respondent arteriae circumflexae posteriori, ac in venam 93. influunt.
95. 96. Trunci venosi respondentes ramis arteriae scapularis inferioris, qui pariter in venam 93. concurrunt.
97 .97. Vena basilica.
98. 99. Venae ex tricipite procedentes, quae partim in venam basilicam, partim in truncum venosum juxta latus inter-

num arteriam humeralem concomitantem se exonerant.

100. Alius ramus ex parte media tricipitis derivans, qui influit in venam basilicam.

101. Ramus, qui a parte externa comitatur arteriam humeralem.

104. Continuatio venae *101.*, quae inter latus externum arteriae humeralis, ac nervum medianum apparet.

105. Locus ubi vena 104. ad latus externum nervi mediani se manifestat.

106. Truncus transversus, qui constituit communicationem inter venam externam *104.* ac

107. Venam, quae lateri interno ejusdem arteriae humeralis adjacet.

108. Truncus communicationis inter venam basilicam *97.* ac truncum *107.*

109. Truncus cum vena ulnari externa communicans, qui supra brachialem internum excurrit, ramos ex eodem musculo prodeuntes recipit, ac influit in venam *107.*

110. Continuatio venae, quae latus internum arteriae humeralis occupat.

111. Truncus communicationis inter venam *109.* ac *110.*

112. 112. Rami venosi, qui ex brachiali interno, ac articulatione profecti in truncum *109.* influunt.

113. Ramus arteriae recurrentis ulnaris sodalis, qui in venam *109.* influit.

115. Ramus ex musculo brachiali interno procedens, ac in truncum *110.* influens.

116. Vena ulnaris interna, quae influit in partem internam arcus in articulatione conspicuus ab unione venae externae ac internae arteriam humeralem comitantium.

117. Vena ulnaris externa, quae in praedictum arcum se immittit.

118. 119. Rami venosi ex brachiali interno ac bicipite procedentes, qui in venam externam arteriae humeralis sociam se inserunt.

120. Truncus communicationis inter truncum *104.* ac *110.*

121. Vena cephalica circa articulationem cubiti venae 84. respondens.

122. Vena mediana cephalica resecta.

123. 123. Truncus ex digitis ac parte externa brachii procedens, qui in venam medianam cephalicam influit ac respondet trunco 19. Fig. II.

124. Truncus, per quem cephalica cum truncis venarum arteriam humeralem comitantium communicat, atque cum iis arcum efformat.

125. Ramus, qui pone arteriam ac venas radiales transit, ut cum vena ulnari interna conjungatur et alium efformet.

127. Ramus ex interosseis superioribus, qui in praedictos arcus influit.

128. Rami ex musculis flexoribus procedentes, qui in ulnarem internam concurrunt.

129. Truncus lymphaticus respondens trunco 33. secundae figurae, qui juxta venam radialem externam excurrit; in articulatione supra truncum communicationis inter cephalicam ac truncos arteriam humeralem comitantes, bifariam dividitur, ac altero ramo cum alio conjunctus edit truncum majorem, altero decurrit ad glandulam arteriae humerali accumbentem.

130. Trunci respondentes iis in secundae figurae notis 34. ac 35 indigitatis, qui arteriam ac venam radialem internam comitantur ac se inserunt in

131. Glandulam in bifurcatione arteriae humeralis sitam. Haec glandula a facie posteriore recipit ramos ex interosseis, ac emittit truncum, qui cum ramo ex trunco 129., ac alio ex interosseis e facie postica vasorum sanguineorum exeunte conjunctus truncum majorem efformat, qui suppeditat ramum glandulae 139., ac dein pone vasa sanguinea se occultat.

132. Glandula lateri interno venae ulnaris externae circa tertiam cubit partem sita, ubi concurrunt divisiones trunci 28. in Fig. II. indigitati. Ex hac glandula procedit truncus, qui paullo infra articulationem bifariam dividitur,

ac altero ramo petit glandulam *131.*, altero vero cum trunco ex alia glandula procedente in articulatione conjungitur.

133. Alius truncus arteriam ulnarem a parte interna comitans, qui se inserit in

134. Glandulam venae *116.* accumbentem infra articulationem humeri et cubiti, ubi concurrunt pariter alii trunci ex musculis radiali interno, pronatore terete, ac palmari longo, qui resecti conspiciuntur.

135. Truncus lymphaticus ab unione truncorum ex glandulis *133.*, ac *134.* prodeuntium efformatus, qui juxta latus internum vasorum sanguineorum supra brachialem internum excurrens in plures dividitur ramos, quorum duo glandulas *138.* ac *139.* adeunt dum alii pone vasa sanguinea se occultant.

136. 136. Glandulae, in quas concurrunt nonnulli trunci lymphatici ex superficialibus, et alii ex parte inferiore musculi tricipitis ac brachialis interni prodeuntes.

137. Truncus lymphaticus ex tricipite procedens, qui in plures ramos dividitur, cum aliis truncis conjungitur, ac adit glandulas axillares.

138. Glandula lateri interno vasorum sanguineorum supra brachialem internum accumbens, ubi concurrunt trunci ex glandulis *136.* ac ramus ex trunco *135.* prodeuntes. Ex hac glandula producuntur trunci ad glandulas superiores circum vasa sanguinea dispositas.

139. Glandula arteriae humerali paullo supra articulatione accumbens, quae recipit ramos praedictos ac duos emittit truncos juxta latus externum vasorum sanguineorum decurrentes, quorum alter ad glandulas axillares decurrit, alter vero adit.

140. 140. Glandulas lateri externo vasorum sanguineorum accumbentes paullo infra mediam cubiti longitudinem. In harum infimam concurrit truncus ex glandula *183.*, ac in supremam truncus ex musculis bicipite, ac brachiali interno.

141. 141. Truncus a suprema ex glandulis *140.* procedens, qui musculum coracobrachialem perforat ac adit glandulas lateri externo vasorum sanguineorum axillarium accumbentes.

142. Truncus ab unione ramorum trunci *137.*, rami ex infima ex glandulis *136.*, ac trunci ex tricipite prodeuntis efformatus, qui supra tendinem latissimi dorsi transit, ac in glandulam musculo tereti majori accumbentem se immittit.

143. Truncus ex quadam glandula pone vasa sanguinea sita circa mediam cubiti longitudinem procedens, qui juxta venam basilicam excurrens adit glandulas imfimas circa vasorum sanguineorum axillarium fines dispositas.

144. Trunci ex glandulis pone vasa sanguinea sitis in praedictas concurrentes.

143.†. 143.†. 143.†. Glandulae juxta decursum vasorum sanguineorum musculi pectoralis dispositae, quae recipiunt successive truncos ex eodem musculo prodeuntes, ac tandem eos truncos emittunt, quibus cum glandulis circum vasa sanguinea axillaria ordinatas conjunguntur. Glandulae, quae juxta vasa sanguinea brachii ac musculi pectoralis dispositae observantur, numero, situ, et magnitudine variant.

145. 145. Trunci ex facie laterali, posteriori, ac infima thoracis procedentes, quorum nonnulli directe adeunt glandulas axillares, ceteri vero postquam alias glandulas inter tertiam et sextam costam supra musculum dentatum anteriorem sitas pervaserint, eodem feruntur.

146. Truncus superficialis ex lateralibus thoracis, qui cum alio trunco conjunctus adit glandulas successive inter quartam et quintam costam supra dentatum sitas.

147. Alius truncus ex superficialibus anterioris partis thoracis, qui petit

148. 148. Easdem glandulas, quas truncus *146.*

149. 149. Glandulae axillares inter secundam et tertiam costam supra musculum dentatum anteriorem sitae, quae recipi-

unt truncos ex glandulis *148.* procedentes, et alios, qui directe in easdem se immittunt.

150. 150. Binae glandulae in latus internum supra musculum dentatum reclinatae, quae plures truncos ex superficialibus recipiunt. At hi resecti fuere.

151. Glandula tertio capiti dentati anterioris circa suam insertionem in tertiam costam accumbens, quae recipit truncos ex dentato ac musculis intercostalibus procedentes.

152. Truncus ex glandula *151.* procedens, qui musculos intercostales secundi spatii perforat, et cum intercostalibus hujus spatii conjungitur.

153. Truncus lymphaticus ex dentato anteriore, ac pinguedine inter ipsum dentatum ac pectoralem sita procedens, qui directe in glandulas axillares concurrit.

154. Glandulae juxta divisiones scapularis internae sitae, quae successive recipiunt truncos ex dentato anteriore, latissimo dorsi, ac tereti majori procedentes, ex quibus trunci vel directe, vel intermedia.

155. Glandula tereti majori accumbente ad glandulas axillares producuntur.

156. 156. 156. 156. 156. 156. Glandulae axillares juxta vasa sanguinea axillaria infra dentatum minorem dispositae.

157. 157. 157. 157. 157. 157. 157. 157. 157. Glandulae, quae maxima ex parte pone musculum dentatum minorem ad latus internum vasorum sanguineorum jacent.

158. 158. 158. 158. 158. 158. Glandulae lateri externo vasorum sanguineorum accumbentes, omnes predictae glandulae recipiunt truncos ex diversis plagis procedentes, qui successive easdem pervadunt ac truncis aut plexibus ex una in aliam trajicientibus lata gaudent communicatione. Tandem omnes confluunt in

159. 159. 159. Tres truncos, qui simul concurrunt, ac efformant

160. Truncum majorem, qui venae subclaviae circa angulum cum jugulari interna inferitur.

162. Truncus ex glandula *161.* procedens, qui supra subclaviam sinistram excurrit extrorsum declinans, bifariam dividitur ac se inserit in glandulas inferiore colli.

164. Glandulae tracheae infra thyroideam accumbentes, quae recipiunt truncos ex glandulis bronchialibus et ex thyroidea procedentes.

165. 165. Trunci, qui ex glandula thyroidea procedunt et in glandulas *164.* se immittunt.

166. Trunci lymphatici, qui ex predictis glandulis *164.* profecti pone jugularem internam ac carotidem transeunt ut se immittant in glandulas iuferiores colli.

167. Truncus lymphaticus ex glandula thyroidea procedens, qui ascendit ad

168. Glandulam inter cartilaginem thyroidem ac cricoidem sitam.

169. Glandula venae jugulari internae paullo infra ejusdem divisionem accumbens, in quam concurrit truncus ex glandula *168.*, ac alius truncus ex glandula thyroidea et ex collo procedentes.

170. Trunci ex glandulis circa glandulam submaxillarem dispositis procedentes, qui concurrunt in glandulam bifurcationi jugularis internae appositam.

171. Lymphaticorum trunci ex glandulis circa carotidem internam sitis, ex lingua, ac ex cavitate cranii cum carotide prodeuntes, qui ad glandulas in bifurcatione jugularis internae locatas decurrunt.

172. Trunci lymphatici ex glandulis circa parotidem sitis advenientes.

173. 173. Glandulae majores in bifurcatione jugularis internae sitae.

174. Lymphaticorum trunci ex glandulis circa processum mastoidem ac circa parotidem sitis derivantes, qui se inserunt in glandulas juxta latus externum venae jugularis in parte superiori sitas.

175. 176. Trunci ex glandulis occipitis ad superiores colli juxta latus externum venae jugularis decurrentes.

177. Alius truncus ex glandulis occipitis pariter derivans, qui supra cucullarem inferiora versus oblique antrorsum excurrit, ac se immittit in glandulas inferiores colli.

178. 179. Glandulae musculis splenio capitis ac elevatori scapulae accumbentes.

180. Glandula parti inferiori musculi elevatoris scapulae accumbens, quae recipit truncum ex musculis circum scapulam sitis procedentem.

181. 181. 181. 181. 181. Glandulae lateri externo venae jugularis, scaleno medio, et anteriori accumbentes.

182. 182. 183. 183. Glandulae inferiores colli. Omnes praedictae glandulae, quae ad latus externum venae jugularis jacent, plexubus, ac truncis ad se invicem emissis lata gaudent communicatione. Hi plexus ac trunci glandulis superioribus ac mediis peragratis in inferiores demum coadunantur, unde procedunt plures trunci, ex quorum confluxu ac unione ii majores trunci coagmentantur, qui omnem horum vasorum lympham aut in ductum thoracicum, aut immediate in venas evacuant.

184. Ductus thoracicus, qui pone venam jugularem internam transit, et arcuato cursu in eamdem jugularem aperitur postquam ex glandulis inferioribus colli plures ex praedictis truncis majoribus receperit.

185. Truncus ab unione truncorum ex ultimis glandulis inferioribus colli procedentium efformatus, qui in angulum jugularis internae et subclaviae se exonerat.

186. Alius truncus ex glandulis inferioribus colli pariter procedens, qui cum trunco lymphatico axillari *160.* circa suam insertionem conjungitur.

TABULA CCXXVIII.

FIGURA I.

Sistit lymphatica diaphragmatis, cordis, mediastini, mammarum, capitis, et eorundem, aliorumque a ligamento suspensorio hepatis procedentium decursum per glandulas ad finem usque in venas sanguineas.

A. A. A. Tegumenta resecta, ac in latera revoluta.

B. B. Sternum cum cartilaginibus costarum sinistri lateris in dexterum latus revolutum.

I. II. III. IV. V. VI. VII. VIII. IX. Novem costae superiores a cartilaginibus separatae, quarum anterior pars deleta est.

XII. Processus coracoides.

C. C. Pars convexa diaphragmatis lateris sinistri.

D. D. Brachium sinistrum.

E. E. Tegumenta partis superioris brachii, et pectoris inferius supra brachium revoluta.

F. F. Mamma sinistra a musculo pectorali separata, et cum tegumentis supra brachium revoluta ut ostendat faciem posticam.

G. Portio musculi pectoralis circa suam insertionem resecta.

H. Portio serrati antici minoris resecta circa suam in processu coracoide insertionem.

I. Portio deltoidis.

P. Portio anterior musculi trapetii a clavicula enascens resecta, ac in latus sinistrum revoluta.

S. Elevator scapulae.

T. Scalenus posticus.

V. V. Portio musculi recti interni majoris capitis.

W. W. Ventres anteriores musculorum biventrium.

X. Musculus mylohyoideus.

a. a. Musculus masseter ex arcu zygomatico ortus ac faciei anticae basis maxillae inferioris usque ad angulum insertus.

b. b. b. Musculus temporalis, qui per membranam a pericranio adscitam translucet.

c. c. c. Musculi frontales.

d. d. Musculus occipitalis sinister.

e. e. e. e. Musculorum frontalium, ac occipitalium aponeurosis, epicranium appellata.

f. f. Musculus orbicularis palpebrarum.

g. Compressor narium.

h. Elevator labii superioris alaeque nasi.

i. i. Elevator labii superioris circa suam insertionem resectus.

K. Elevator anguli oris.

l. Musculus zygomaticus major.

m. m. Musculus buccinator.

n. Depressor anguli oris.

o. Depressor labii inferioris.

q Nasalis labii inferioris.

r. r. Orbicularis oris.

s. Cartilago thyroides.

Z. Cartilago cricoides.

u. Basis ossis hyoidis.

v. v. Aspera arteria, seu trachea.

w. w. Glandula thyroidea.

x. x. Oesophagus, qui ad latus sinistrum tracheae se manifestat.

y. Glandula submaxillaris.

z. z. Portio glandulae parotidis cum ductu Stenoniano, qui musculum buccinotorem perforat.

1. 1. 1. 1. 1. Pericardium partim resectum, diaphragmati ac vasis sanguineis majoribus adherens.

2. Cor ex pericardio eductum ac in latus sinistrum adlatum ut faciem anteriorem ostendat.

3. 3. 3. 3. 3. 3. Divisiones arteriarum coronariarum, quae per faciem anteriorem cordis distribuuntur.

4. 4. 4. 4. Divisiones venarum coronariarum.

5. 5. Auricula cordis dextera.

6. Portio auriculae sinistrae.
7. Arteria pulmonalis, quae pone aortam se occultat.
8. Arteria aorta.
9. 9. Arcus aortae.
10. Arteria subclavia dextera ex arcu aortae procedens.
13. 13. Carotis sinistra ex arcu aortae procedens.
14. Subclavia sinistra ex arcu aortae pariter procedens.
16. 16. Arteria axillaris lateris sinistri.
17. Truncus resectus ex thoracicis, qui per musculos pectoralem, et dentatos anteriores, ac tegumenta dividebatur.
18. 18. 18. Arteria occipitalis, quae per occiput decurrendo ramos continuo emittit ad partes finitimas ac tandem circa verticem cum ramo majori arteriae temporalis inosculatur.
19. Continuatio carotidis externae, quae in maxillarem internam abit.
20. Arteria temporalis externa resecta.
21. Ramus ejusdem ad auriculam properans.
22. Ramus exterior arteriae temporalis, qui per sincipitem dividitur, et cum occipitali communicans arcum efformat, ex quo plurimi rami ad verticem protenduntur.
23. Ramus interior ejusdem temporalis, qui ad partem anteriorem sincipitis et ad frontem producitur.
24. Ramus, qui per partem inferiorem frontis ac per palpebram superiorem dividitur.
25. Ramus, qui posteriora versus decurrit, ac per sinciput dispertitur.
26. Ramus arteriae ophtalmicae, qui per palpebram superiorem ac frontem dividitur, et cum arteria temporali communicat.
27. Anastomosis arteriae temporalis, ac ophtalmicae.
29. Coronaria labii superioris, quae dat ramum
30. Coronariae labii inferioris.
32. Nasalis lateralis ex coronaria superiori orta, quae per nasum ac partem internam genarum suis ramis dividitur, ac circa angulum internum oculi ramo majori cum ophtalmica communicat.

34. Arteria transversalis faciei secta ex temporali procedens.

35. Portio venae cavae superioris, quae in pericardio continetur.

36. Cavae superioris divisio.

37. Vena subclavia dextera.

38. Vena subclavia sinistra.

39. Vena ex thyroideis inferioribus, que influit in subclaviam sinistram circa suum in cavam concursum.

41. Jugularis internae et subclaviae confluxus.

42. Jugularis interna paullis per a suo situ dimota.

43. Jugularis externa resecta.

44. 44. 44. Continuatio subclaviae, quae abit in axillarem.

45. Truncus resectus ex thoracicis, qui recipit ramos ex musculis pectorali, serratis anticis, ac tegumentis.

46. Vena cephalica resecta.

47. Truncus communis venae vertebrali ac ramo ex thyroideis inferioribus.

48. Confluxus truncorum, qui jugularem internam efformant.

49. Truncus ex cavitate cranii procedens.

50. Alius truncus, qui ex partibus externis capitis et colli procedit.

51. Truncus influens in truncum *50.*, qui coagmentatur ex duorum ramorum confluxu ex opposito colli latere advenientium.

52. Vena facialis, quae in praedictum truncum influit. Desunt autem alii trunci ex locis profundioribus prodeuntes, qui pariter in truncum *50.* concurrunt.

53. Vena angularis, quae recipit venas ex fronte, naso et oculo, cum Santorini emissario communicant, et cum vena faciali continuatur.

54. Vena temporalis resecta, quae recipit ramos ex sincipite vertice, ac fronte.

55. Ramus ex sincipite ac vertice ortus, qui cum ramos alterius lateris, et venae occipitalis communicat, et influit venam *54.*

56. Alius ramus ex fronte ac sincipite procedens, qui cum ramis alterius lateris et vena angulari communicat.
57. Portio plexus nervorum brachialium.
58. Nervus scapularis.
59. 60. Nervus musculo-cutaneus.
61. Nervus medianus.
62. 62. 62. Ductus thoracicus, qui ad latus externum carotidis sinistrae decurrit, ac pone jugularem internam transit, et in angulum externum jugularis et subclaviae se inserit. In hoc subiecto ubi pone jugularem se subducit sensim valde dilatabatur, cumque in maximam extensionem pone ipsam jugularem abierit statim coarctabatur. Haec dilatatio eas aemulabatur, quas in vasis lymphaticis ad quamvis valvularum sedem descripsimus, hinc nempe sensim extenuata, illinc in duas quodammodo eminentias ad angulum acutum in anteriori et posteriori canalis facie invicem coeuntes distincta. Sed illud praecipue hic notandum occurrebat, quod dum in systemate universo eminentiarum convexitas regiones cordi oppositas respicit, hic vero cor ipsum spectabat. Internam hujus loci structuram curiose perlustrassem, nisi praeparationem hujus Tabulae archetypam asservare debuissem.
63. Truncus lymphaticus colligens ramos ex superficie convexa diaphragmatis, ac ex pleura eamdem induente prodeuntes, qui pluries divisus adit
64. Glandulam in mediastini cavo anteriore ac inferiore sitam.
65. Alia glandula praedictae adjacens, in quam concurrunt rami ex eadem glandula 64. profecti.
66. Alia glandula 64. praedictae pariter contigua, quae truncum ex eadem glandula 64. recipit eidemque vicissim impertitur.
67. Glandula paullo inferius sita, et pericardio apposita, quae recipit truncum ex glandula 64. prodeuntem.
68. Truncus lymphaticus ex glandula 67. procedens, qui supra pericardium excurrendo protenditur ad cavam superiorem, ac in plures ramos divisus adit

69. 69. Glandulas ipsi cavae superioris accumbentes. Hic truncus, qui saepe deficit, colligebat ramos ex pericardio ac mediastino, quos Pictor, cum oculis se subducerent, hic exhibere non potuit.

70. 70. Aliae glandulae subclaviae dexterae, et cavae accumbentes, quae recipiunt truncos ex glandulis 69. ac alios ex pericardio et mediastino.

71. Trunci ex glandulis 70. profecti, qui juxta venam subclaviam dexteram excurrentes cum mammariis et phrenicis lateris dexteri conjunguntur, et ad glandulas inferiores colli se conferunt.

72. Alii lymphaticorum trunci ex iisdem glandulis 70. profecti, qui cum mammariis, phrenicis, ac hepaticis lateris sinistri consociantur ac conjunguntur.

73. Truncus coalescens ab unione truncorum ex superficie convexa hepatis prodeuntium ac in ligamentum supensorium se colligentium, qui diaphragma perforat ac in ramos divisus se immittit in glandulas in parte superiori cavitatis inferioris et anterioris mediastini dispositas.

74. Truncus ex glandula 67. procedens, qui adit infimam ex

75. 75. Glandulis in predicto spatio mediastini sitis.

76. Truncus lymphaticus ex tegumentis ac musculis partis superioris, et anterioris abdominis procedens, qui cum sanguineis mammariis excurrens se immittit in

77. Glandulam inter cartilagines septimae, et octavae costae sitam, ex qua producuntur trunci ad glandulam 65.

78. Truncus major, qui ex glandula 65. ad alias glandulas inter cartilagines costae *IV.* et *V.* sitas producitur.

79. 79. 79. 79. 79. Glandulae juxta vasa sanguinea mammaria successive dispositae, quae recipiunt truncum 78., ac binos alios truncos ex glandulis 75. prodeuntes. Hae glandulae recipiunt pariter nonnullos truncos ex parte anteriore musculi pectoralis, et ex tegumentis, mammis, ac mediastino derivantes.

80. Trunci lymphatici ex suprema ex glandulis 79. profecti, qui cum truncis ex glandulis 70. prodeuntes conjuncti

plexum efformant tendentem ad glandulas venae subclaviae sinistrae et arcui aortae accumbentes.

81. Truncus lymphaticus ex parte dextera faciei anterioris ac finitima posterioris procedens, qui supra aortam cum aliis truncis conjungitur.

82. Alius truncus ex facie anteriori ac superiori procedens, qui cum praedicto conjungitur.

83. Tertius truncus ex facie postica apicis cordis, ac ex tota facie anteriore procedens, qui pone auriculam sinistram oculis se subducit, deinde in duos dividitur ramos, quorum primus tendit ad glandulas tracheae accumbentes ubi cum lymphaticis pulmonum conjungitur, alter in anteriorem arteriae pulmonalis et aortae faciem ductus denuo in conspectum venit, et cum truncis *81.* et *82.* conjungitur ut cum iis edat,

84. Communem truncum, qui adit

85. 85. Glandulas aortae ac subclaviae accumbentes, ubi concurrit pariter plexus truncorum *80.*

86. Truncus lymphaticus resectus, qui ex thymo procedebat ad glandulam aortae circa anulum pericardii accumbentem.

87. Glaudula aortae accumbens, quae recipit truncos ex thymo ac pericardio procedentes.

88. Glandulae arteriae subclaviae sinistrae et aortae accumbentes,

89. Truncus major ab unione truncorum ex glandulis *85. 87. 88.* prodeuntium efformatus, qui supra venam subclaviam sinistram decurrit, ac bifariam divisus se immittit in

90. 90. Binas glandulas lateri externo subclaviae supra musculum scalenum anteriorem accumbentes.

91. Truncus ex infima ex glandulis *90.* derivans, qui cum trunco ex alia glandula *90.* prodeunte conjunctus in thoracis caveam pone concursum jugularis internae et subclaviae redit

93. 93. Lymphaticorum trunci majores ab unione truncorum ex mamma prodeuntium efformati, qui in primas glandulas

axillares se immittunt. Haec autem vasa ex ipsis locis, quibus e mammae substantia emergunt per posticam ejus faciem, injecta fuerunt mercurio.

94. 94. 94. Nonnulli trunci ex superficialibus artuum superiorum, qui in glandulas axillares concurrunt.

95. 95. 95. 95. 95. 95. 95. 95. 95. 95. 95. 95. 95. 95. Glandulae, quae in axilla, ac juxta vasa sanguinea axillaria dispositae conspiciuntur. Omnes hae glandulae truncis ac plexibus invicem colligantur.

96. 96. Truncus a supremis ex glandulis *95.* procedens, qui post venam subclaviam transit, arteriam subclaviam scandit, et introrsum reflexus in eamdem venam subclaviam paullo infra confluxum jugularis internae se immittit.

97. 97. Alius truncus a supremis ex glandulis *95.* procedens, qui venam subclaviam scandit, superiora versus decurrit, demum deorsum conversus in eumdem venae subclaviae locum, quo truncus *96.*, se inserit.

98. 98. Trunci lymphatici, qui a postica vasorum sanguineorum facie in superiorem, et anteriorem veniunt, atque hinc ad glandulas *95.* pergunt.

99. Truncus lymphaticus ex musculis circum scapulam dispositis procedens, qui se inserit in

100. 101. Glandulas musculo infrascapulari et elevatori scapulae accumbentes.

102. Trunci lymphatici ex occipite derivantes, qui in ramos divisi descendunt ad

103. 103. 103. Glandulas musculo cucullari, ac splenio capitis circa suam insertionem accumbentes.

104. Truncus lymphaticus ex glandulis *103.* derivans, qui in ramos divisus se inserit in

105. 105. Glandulas musculo elevatori scapulae accumbentes.

106. Alia glandula paullo infra sita, ubi concurrunt trunci ex glandulis *105.* ac ex aliis glandulis superioribus.

107. Truncus lymphaticus major ex glandula *106.* ortus qui oblique anteriora, ac inferiora versus excurrit alios recipit ramos ac influit in ductum thoracicum proxime ad

suam insertionem in angulum a confluxu venae subclaviae, et jugularis internae efformatum.

108. Glandula inter scalenum anteriorem, medium, ac elevatorem scapulae sita, ubi concurrunt plures trunci ex glandulis superioribus profecti. Haec glandula alios emittit truncus ad glandulas *105.*, ac alterum truncum ad

109. Glandulam paullo infra sitam, ex qua truncus in truncum majorem *107.* influit.

110. 110. 110. Trunci lymphatici ex sincipite prodeuntes, qui concurrunt in

111. 111. 111. 111. 111. 111. 111. 111. Glandulas processui mastoideo circumpositas.

112. Bini trunci lymphatici ex glandulis interioribus *111.* procedentes, qui producuntur ad

113. Glandulam angulo maxillae inferioris accumbentem.

114. Bini alii trunci ex glandulis mediis *111.* derivantes, qui feruntur ad

115. Glandulam carotidi externae, ac trunco venae jugularis ex cranio prodeunti appositam.

116. Truncus lymphaticus ex glandulis externis *111.* prodeuns, qui in ramos divisus plures colli glandulas petit divisioni jugularis internae ac lateri externo ejusdem accumbentes.

117. Glandula paullo infra divisionem jugularis internae sita, quae recipit ramum inferiorem trunci *116.*, ac binos alios ramos ex

118. Trunco a glandulis externis *111.* profecto.

119. 119. Binae glandulae infra glandulam *117.* successive dispositae, quae recipiunt truncos ex glandula *117.* ac ab aliis glandulis proximis.

120. Truncus lymphaticus major ab infima ex glandulis *119.* procedens, qui ad glandulam *101.* descendit, ac exinde ad glandulam *90.* ut tandem ad ductum thoracicum producatur.

121. Glandula inter auriculam et parotidem sita circa processum zygomaticum, quae recipit binos truncos ex sinci-

pite ac vertice prodeuntes, ac emittit truncum ad glandulam *113.*

122. 122. Bini trunci lymphatici ex fronte, temporibus, ac externa et inferiore parte palpebrarum procedentes, qui simul confluunt, et in glandulam *113.* concurrunt, quorum superior, antequam cum socio conjungatur, emittit truncum ad glandulam *121.*

123. Trunci lymphatici ex parotide ad glandulam *113.* protensi.

124. Trunci, qui ex glandula *113.* ad glandulam *115.* descendunt.

125. Truncus ex glandula suprema colli *113.* procedens, qui per collum decurrit et ad glandulas inferiores ejusdem *106.* ac *127.* pertingit.

126. Glandula, ad quam ascendit truncus ex glandula *105.* unde truncus derivat cum trunco *125.* conjunctus.

128. 128. 128. 128. Glandulae basi maxillae inferioris inter musculum masseterem ac depressorem anguli oris sitae, quae recipiunt lymphatica ex genis, fronte, palpebris, naso, labiis, mento, faucibus, ac gingivis prodeuntes.

127. Trunci lymphatici, qui ex musculis linguae, et ex glandulis sublinguali, et submaxillari procedentes, ad glandulas in bifurcatione jugularis internae sitas protenduntur.

129. Glandula musculo thyrohyoideo accumbens, quae recipit truncum ab infima ex glandulis *128.*

130. Glandula inter cartilaginem cricoidem ac thyroidem sita, quae recipit truncum ex glandula *129.* et alium truncum edit, qui oblique exteriora ac inferiora versus excurrens protenditur ad

131. Glandulam jugulari internae accumbentem.

132. Truncus ex glandula *131.* procedens ac in ductum thoracicum influens circa suam insertionem.

133. 133. 133. Glandulae in bifurcatione jugularis internae dispositae, quae praeterea recipiunt lymphatica ex lingua, et ejus musculis, ex pharynge, cavitatibus narium, palato, musculis maxillae inferioris, glandulis salivalibus, ac ex cavitate cranii cum carotide interna, jugulari interna, ac vasis sanguineis meningeis, prodeuntia. Hae glandulae

e sua facie posteriore edunt truncos, qui hic latent, eo quod pone jugularem internam decurant ut ad glandulas juxta latus externum jugularis internae acervatim sitas procedant.

134. Glandula lateri interno jugularis internae accumbens, quae recipit truncos ab infima ex glandulis *133.* ac emittit alios truncos cum trunco ex glandula *130.* profecto se conjungentes.

135. Glandula venae jugulari internae accumbens, ad quam tendebat ramus ex trunco a glandula *134.* profecto.

136. Glandula juxta latus externum venae jugularis internae sita ubi concurrunt trunci ex glandulis *133.*, ac rami ex trunco *116.*

137. 138. Glandulae, quae successive recipiunt truncos ex glandula *136.* ac alios ad glandulas inferiores emittunt, qui de glandula in glandulam transeundo tandem in truncos majores coagmentantur, ut in ductum thoracicum se exonerent.

FIG. II.

Ostendit faciem posticam sterni cum cartilaginum costarum portione, eique innexis musculis intercostalibus internis et vasis sanguineis mammariis internis per hanc plagam decurrentibus, et vasa lymphatica mammaria interna, quae ex ligamento suspensorio et diaphragmate procedunt, et in hac sterni facie vasorum sanguineorum ductum sequuntur.

A. Pars suprema ossis pectoris.

B. Pars media ejusdem ossis.

C. Pars infima.

D. Sinus lunatus in suprema parte conspicuus, qui ad juguli formationem concurrit.

I. II. III. IV. V. VI. VII. Cartilagines septem priorum costarum.

E. Portio diaphragmatis ex cartilagine mucronata procedens.

F. Alia diaphragmatis portio, quae ut plurimum e septima

tantum, in hac vero praeparatione a sexta etiam procedit, et cum portione *E* conjungitur.

G. G. Portiones musculorum sternothyroideorum faciei internae partis supremae ossis pectoris innexae.

H. H. Portiones sternohyoideorum ex cartilagine primae costae, ac ex parte finitima sterni procedentes.

1. 1. Arteriae mammariae internae resectae.

2. 3. Rami ex mammaria sinistra procedentes in sinistro latere conspicui, qui per faciem internam sterni, et mediastinum ac per pinguedinem inter hujus laminas sitam dividebantur.

4. 4. Alii rami majores resecti in utroque latere conspicui, qui per partem anticam diaphragmatis, nec non per ligamentum suspensorium hepatis, mediastinum ac pericardium dividebantur.

5. 5. 6. Trunci resecti in latere sinistro conspicui ex mammaria inter primam et tertiam costam procedentes, qui ramulis ad musculos intercostales emissis atque inita cum arteriis intercostalibus communicatione, in faciem anteriorem pectoris exeunt ac per musculum pectoralem, tegumenta, et mammam dividuntur.

7. 7. 8. 8. 9. 9. 10. 10. Alii trunci resecti in utroque latere conspicui, ex mammaria inter sextam ac septimam costam procedentes, qui suis ramis cum intercostalibus communicant, et in anteriorem pectoris faciem exeunt ut per ipsum musculum pectoralem, partem superiorem recti, ac obliqui abdominis, et per integumenta dividantur.

11. 11. Continuatio arteriae mammariae, quae per musculos abdominales ad umbilicum usque progreditur, ut cum epigastrica conjungatur.

13. 13. 13. 13. 13. Venae mammariae internae.

14. Confluxus duorum truncorum supra tertiam costam, qui utrinque arteriam mammariam in latere dextero comitantur.

15. Ramus transversus, quo praedicti trunci supra quintam costam conjunguntur.

16. 16. 17. 17. Venae mammariae ex musculis abdominalibus procedentes.

18. 18 Trunci inferiores inter sextam et septimam costam procedentes, qui supra quintam utrinque in mammarias influunt.

19. Ramus major ex tegumentis inferiorem partem pectoris ac superiorem abdominis induentibus procedens, cui concurrit in mammariam sinistram supra quintam costam. Desunt plurimi trunci arterias comitantes, quos minime pervaserat injectio, ideo Pictori incospicui.

20. Truncus lymphaticus ex ligamento suspensorio procedens deorsum cum suis glandulis ductus, ac supra portionem diaphragmatis cum suis glandulis reclinato.

21. Truncus lymphaticus resectus ex parte sinistra diaphragmatis procedens.

22. 22. Binae glandulae, quas petit truncus *20.*

23. Glandula sextae costae accumbens circa suam conjunctionem cum sterno, ubi concurrit truncus *21.* In glandulas *22.* et *23.* concurrunt etiam trunci ex mediastino, ex parte superiore musculorum abdominalium, ac ex tegumentis derivantes, qui juxta sanguinea mammaria decurrunt.

24. Truncus ab inferioris ex glandulis *22.* derivans, qui producitur ad

25. Glandulam sitam inter costam quintam et sextam.

26 26. Binae glandulae inter secundam et tertiam costam dispositae, quas pervadit successive truncus ex glandula *25.* profectus.

27. Truncus major resectus a suprema ex glandulis *26.* procedens, qui ad glandulas venae subclaviae sinistrae accumbentes pergebat.

28. 28. Trunci lymphatici ex parte antica musculi pectoralis, ex superiori musculorum abdominalium ac ex tegumentis procedentes, qui perforatis intercostalibus in glandulas *25.* ac *26.* concurrunt.

29. Truncus ab unione truncorum ex glandula *23.* ac *25.* prodeuntium efformatus, qui ad imfimam ex glandulis *31.* in-

ter tertiam et quartam costam sterno adjacentem producitur.

30. Truncus a suprema ex glandulis 22. derivans, qui ad supremam ex glandulis 31. transit.

31. 31. Binae glandulae inter tertiam, et quartam costam sitae.

32. Truncus lymphaticus ab infima ex glandulis 26. ad supremam ex 31. protensus.

33. Glandula secundae costae, ac sterno accumbens, quae recipit truncos a suprema ex glandulis 31., ac alios emittit ad supremam ex glandulis 26. properantes.

34. 34. Trunci resecti, prodeuntes ex quibusdam glandulis circa sternum sitis, in quas se reddunt lymphatica nounulla ex mediastino ac pericardio derivantia, qui se inserunt in

35. 35. Glandulas origini musculi sterno-thyroidei accumbentes, unde plures trunci derivant, qui in plexum implicantur.

36. Trunci ex praedicto plexu procedentes, qui ad supremam ex glandulis 26. descendunt.

37. Truncus resectus deorsum ductus, qui in hac praeparatione profectus ex ligamento suspensorio ad glandulam internam ex glandulis 40. in latere dextero diaphragmati accumbentibus ferebatur.

38. 39. Trunci resecti ex facie convexa diaphragmatis procedentes, qui in glandulas 40. se immittunt.

40. 40. Glandulae diaphragmati superius et anterius in latere dextero accumbentes.

41. Glandula inter quartam et quintam costam sterno ac vasis sanguineis accumbens, quae recipit truncum ab interna ex glandulis 40.

42. Truncus ex glandula 41. procedens, qui vasa sanguinea decussat ut ad externum eorumdem latus decurrat usque ad tertiam costam, ubi denuo decussatis vasis sanguineis ad internum redit, et se immittit in

43. 43. Glandulas inter secundam et tertiam costam lateri interno vasorum sanguineorum accumbentes.

44. 44. 44. 44. Glandulae inter faciem articularem claviculae, et

tertiam costam sitae, quas successive pervadunt trunci a suprema ex glandulis *43.* profecti.

45. Trunci majores, qui ad glandulas venae subclaviae dexterae circumpositas pergebant, ac exinde ad glandulas inferiores colli lateris dexteri.

46. Truncus ex glandula *40.* procedens, qui juxta latus externum vasorum sanguineorum usque ad quartam costam decurrens pone arteriam ad internum migrat et se immittit in

47. Glandulam inter tertiam et quartam costam sitam, ex qua trunci ad infimam ex glandulis *43.* porriguntur.

TABULA CCXXIX.

Lymphatica nonnulla ex cranio prodeuntia, tum et ea quae ex superficialibus ad glandulas colli protenduntur usque ad truncum majorem, quo in angulum jugularis internae et subclaviae inseruntur.

I. II. III. IV. Quatuor costae superiores, quarum tres in parte anteriore suam cartilaginem resectam ostendunt.

B. Processus coracoides scapulae.

C. Ligamentum triangulare inter processum coracoidem, et acromion situm.

D. Sectio maxillae inferioris circa symphysim.

F. F. Maxilla superior.

H. Sectio maxillae superioris eo loco instituta, quo cum osse zygomatico conjungitur.

I. Sinus maxillae superioris, quem antrum Highmori appellant.

K. K. Sectio ossis frontalis in margine ac parte externa orbitae instituta.

L. Sinus ossis frontalis dexter.

M. Processus zygomaticus ad suam radicem resectus.

O. Facies articularis in osse temporali conspicua, ubi condylus maxillae inferioris articulatur.

N. Processus pterygoideus externus ossis sphaenoidis.

P. Processus mastoides ossis temporalis.

Q. Processus transversus primae vertebrae seu atlantis.

T. Globus oculi.

U. U. Lingua sursum ad palatum ducta.

V. Glandula sublingualis.

W. Saccus pharyngis.

X. Os Hyoides.

Y. Larynx.

Z. Ligamentum inter os hyoides et cartilaginem thyroidem.

1. 1. Glandula thyroidea.
2. 2. Trachea, seu aspera arteria.
9. 9. Portio musculi supraspinosi.
10. 10. Musculus elevator scapulae.
11. 11. 11. Musculus cucullaris a sua insertione in claviculam resectus, ac extrorsum reclinatus.
12. 12. 12. Musculus splenius capitis a sua insertione in processu mastoideo et osse occipitali resectus, ac deorsum in latus externum revolutus.
13. 13. Trachelo-mastoideus a sua insertione in processu mastoide dissectus, ac partim deletus.
14. 14. Musculus complexus cum biventre.
15. Obliquus inferior capitis.
18. 18. Longus anterior colli.
20. 20. Scalenus medius.
22. Portio constrictoris medii.
23. Portio constrictoris superioris.
24. Musculus circumflexus palati.
25. Musculus thyrohyoideus.
26. 26. Geniohyoideus.
27. 27. Genioglossus.
28. 29. Ceratoglossus ac chondroglossus.
30. Musculus styloglossus circa linguam resectus.
31. 31. Musculus occipitalis, qui cum
32. 32. Frontali conjungitur ope
33. 33. 33. 33. Expansionis tendinosae epicranium dictae, quae partim resecta apparet.
34. 34. 34. 34. Musculus temporalis partim resectus.
35. 35. Tarsi palpebrarum.
36. Portio musculi elevatoris palpebrae superioris.
37. Rectus abducens oculi.
38. Rectus deprimens.
39. Obliquus minor.
40. Elevator labii superioris, alaeque nasi.
41. Compressor narium.
42. Portio elevatoris anguli oris.

43. Portio buccinatoris resecti.

44. Portio orbicularis oris.

45. Ramus major primi rami quinti paris nervorum cerebri, qui per partem superiorem orbitae transit ac per incisuram in osse frontali proxime ad angulum internum insculptam egreditur.

46. Ramus major rami secundi quinti paris.

47. Ramus portionis durae septimi paris, qui suis divisionibus cum ramis nervi 46. conjungitur.

48. Ramus tertii rami quinti paris, qui per musculum masseterem ac buccinatorem dividebatur.

49. 49. Rami ejusdem, qui per musculum temporalem, seu crotaphitem dividuntur.

50. 50 Ramus major ejusdem rami, qui a nonnullis gustatorius appellatur.

53. Nonum par nervorum cerebri, linguale dictum, quod per musculos linguae dividitur ac suis ramulis cum divisionibus rami 50. communicat.

53. Ramus octavi paris, qui per pharyngem dividitur.

55. 55. Octavum par nervorum cerebri, quod per cervicem inter arteriam carotidem et venam jugularem decurrit.

57. 57. Rami, qui ex intercostali procedunt et ad eosdem plexus cardiacos efformando concurrunt.

58. 58. Ramuli ex cervicalibus procedentes, qui cum nervo intercostali conjunguntur.

59. Parvum ganglium, cervicale inferius appellatum.

62. 62. 62. Nervus accessorius Willisii, qui cum octavo pare ex cranio egreditur.

63. 63. 63. Nervus phrenicus, qui pone jugularem et subclaviam transiens in pectoris cavitatem penetrat ac versus diaphragma protenditur.

64. 64. 64. 64. Nervi resecti ex cervicalibus, qui per tegumenta ac musculos capitis et colli ac per tegumenta partis superioris thoracis, et brachii dispertitur.

65. Ramus posterior tertii paris nervorum cervicalium, qui perforato musculo complexo inter cucullarem et splenium egreditur.

66. Ramus ex ramo anteriore tertii paris profectus, qui per tegumenta partis capillatae proxime ad auriculam, ac per ipsam auriculam dividitur, atque suis ramulis exterioribus cum ramulis rami 65. conjungitur.

68. Portio arteriae pulmonalis.

69. Portio aortae.

70. Portio arcus ejusdem aortae.

71. Subclavia dextera ab eodem arcu procedens.

76. Arteria scapularis superior resecta.

77. Arteria carotis, quae in carotidem internam, et externam dividitur.

78. Carotis interna, quae in canalem in osse temporali insculptum ingreditur.

79. 79. Arteria thyroidea superior.

80. Arteria lingualis, quae per linguam, glandulas sublinguales ac musculos linguae et ossis hyoidis dividitur.

81. 81. Arteria pharyngea a parte posteriore carotidis externae procedens circa suam originem.

82. Arteria labialis resecta.

83. 83. 83. Arteria occipitalis, quae pone processum mastoideum oculis se subducit, deinde denuo se manifestat, ramos emittit ad musculos capitis, ac tandem per tegumenta occipitis dividitur.

84. Arteria auricularis resecta carotide procedens.

85. Divisio carotidis externae in

86. Arteriam temporalem resectam ac in

87. Maxillarem internam.

88. 88. Arteriae temporales profundae a maxillari interna procedentes, quae per musculum temporalem dividuntur.

89. Arteria meningea, quae per foramen spinosum ossis sphaenoidis in cranium ingreditur.

90. Arteriae partim resectae, quae per musculos pterygoideos, masseterem, ac buccinatorem dividebantur.

91. Ramus resectus arteriae maxillaris, qui per foramen infraorbitale ad faciem protendebatur ac per musculos labii superioris suis ramis evanescebat.

92. Continuatio arteriae maxillaris internae.
93. Vena cava superior a confluxu subclaviarum efformata.
94. Subclavia sinistra.
95. Venae thyroideae inferiores, quae in subclaviam sinistram influunt.
96. Vena subclavia dextera.
97. Vena vertebralis in subclaviam influens.
98. Confluxus venae jugularis internae et subclaviae.
101. Jugularis externa resecta, ac introrsum revoluta.
102. 102. Vena jugularis interna.
103. Confluxus truncorum ex partibus exterioribus ac ex cavitate cranii prodeuntium.
104. Truncus externus ab unione plurimorum ramorum efformatus.
105. Thyroidea superior.
106. Linguales.
107. Vena facialis resecta.
108. Vena pharyngea.
109. Truncus venosus ex sinu laterali procedens, qui aliis ramis receptis in venam vertebralem influit.
110. Ramus venae jugularis externae resectus ex sincipite, vertice, ac occipite procedens.
111. 111. Truncus ex cranio procedens continuus sinui laterali, qui cum trunco 102. jugularem efformat.
112. Truncus colligens venas comitantes diramationes arteriae maxillaris internae, qui in
113. Truncum influit. Desunt, aut resectae apparent venae, quae inter musculum masseterem, et pterygoideos varios plexus efformant ac cum venis in cavitate cranii contentis per emissarium posterius Santorini communicant, atque influunt in divisiones jugularis internae.
114. Glandulae lymphaticae, quae juxta decursum carotidis internae supra musculum rectum internum majorem capitis jacent, ac nonnullos truncos lymphaticos cum carotide interna prodeuntes recipiunt.
115. Glandulae arteriae carotidi externae accumbentes, in quas

concurrunt trunci ex musculo temporali ac dura matre prodeuntes.

116. Glandulae juxta vasa sanguinea lingualia dispositae, ubi coadunantur lymphatica ex lingua ac suis musculis derivantia.

117. 117. Glandulae superiores colli, quae trunco *107.* jugularis internae adjacent, ubi se conferunt nonnulli trunci ex superficialibus capitis absque intermediis glandulis circa processum mastoideum dispositis, quae in hoc cadavere deficiebant, nec non alii ex cavitate cranii cum jugularibus et carotidibus exeuntes.

118. Glandula trunco venoso *102.* jugularis internae apposita truncos recipiens ex glandulis circa maxillam inferiorem sitis, ex laryuge et glandula thyroidea procedentes.

119. 119. 119. 119. Glandulae mediae colli quae supra musculum elevatorem scapulae, ac scalenum medium ad latus externum jugularis internae sedent ac recipiunt truncos ex glandulis *117.* ac *118.* prodeuntes, nec non alios truncos ex glandulis circa maxillam inferiorem dispositis, ac ex superficie capitis et colli profectos.

120. 120. 120. Glandulae inferiores colli, quae pariter latus externum jugularis internae occupant, in quas coadunantur trunci ex glandulis mediis ac superioribus procedentes, nec non alii ex occipite, cervice, brachio cum vena cephalica decurrentes, ac ex glandulis circa subclaviam sitis derivantes.

121. 121. Glandulae juxta decursum vasorum sanguineorum axillarium locatae, ubi concurrunt trunci ex aliis glandulis inferioribus profecti.

122. 122. Glandulae, quae venae subclaviae dexterae adjacent ac recipiunt lymphatica ex mediastino, pericardio, et glandulis juxta decursum mammariae internae dispositis prodeuntia.

123. Glandula inter jugularem internam et venam vertebralem sita, quae recipit truncum ex aliis glandulis latus dexterum tracheae occupantibus.

124. Glandulae asperae arteriae accumbentes, quae recipiunt truncos ex glandula thyroidea ac alios ex glandulis superioribus tracheae profectos, et emittunt alios truncos ad glandulas inferiores colli lateris sinistri.

125. Bini trunci resecti ex superficialibus partis capillatae.

126. Alius truncus resectus ex occipite procedens.

127. Truncus resectus, qui cum vena cephalica decurrebat.

128. Truncus major ab unione truncorum ex glandulis superioribus circa vasa sanguinea axillaria dispositis prodeuntium efformatus, qui se inserit in venam subclaviam circa confluxum ejusdem venae cum jugulari interna.

129. Alius truncus major colligens ramos ex glandulis inferioribus colli, qui in angulum jugularis internae et subclaviae exoneratur.

TABULA CCXXX.

FIGURA I.

Ostendit cerebri hemisphaeria, sinistrum a suis omnibus membranis, dexterum ab aracnoidea tantum, et pia meninge tectum, ut pateant lymphatica durae matris, et ea, quae per piam et aracnoidem serpunt.

A. A. A. A. Cranium resectum.

B. B. B. B. Dura mater, quae hemisphaerium sinistrum obtegit.

C. C. C. C. Hemisphaerium dexterum a dura matre denudatum.

D. D. Dura mater circa sinum longitudinalem dissecta.

a. a. a. a. Divisiones arteriae spinosae, seu meningeae, per duram matrem hemisphaerium sinistrum obtegentem distributae.

b. b. b. b. Diramationes arteriarum cerebri, quae in hemisphaerio dextero apparent.

c. c. c. c. Venae, quae utrinque divisiones arteriae meningeae comitantur.

d. d. Vena, quae constituit communicationem inter sinum longitudinalem ac venas meningeas.

e. e. Basis sinus longitudinalis.

f. Pars anterior ejusdem.

g. Pars posterior.

h. h. h. h. h. h. Venae, quae ab hemisphaerio dextero procedunt, ac in sinum longitudinalem influunt.

i. i. i. Venae, quae ad faciem inferiorem cerebri transeunt.

k. k. k. k. Trunci lymphatici ex dura matre procedentes, qui juxta vasa sanguinea decurrunt. Hi delineati fuere dum adhuc suo humore turgebant.

l. Truncus lymphaticus, qui oculis se subducit circa sinum longitudinalem.

m. Alius truncus lymphaticus, qui cranio detracto sic abruptus conspiciebatur.

u. v. n. n. Trunci lymphatici per piam matrem decurrentes, qui venas *h.* comitantur, ac circa sinum longitudinalem oculis se subducunt. Hi delineati fuerunt ex variis cadaveribus dum aut sanguine prius in cranii cavitatem effuso, aut glutine absque colore post plenam vasorum sanguineorum injectionem turgebant.

o. o. o. o. Vasa, quae in membrana aracnoide mercurio replevi lymphatica aemulantia.

FIG. II.

Exhibet faciem inferiorem seu basim cerebri cum duobus truncis lymphaticis, quos mercurio injeceram.

A. A. Cerebrum.
B. B. Cerebellum.
C. C. Lobi anteriores cerebri.
D. D. Lobi posteriores.
E. E. Scissura Sylvii.
F. F. Lobi cerebelli.
G. Processus vermiformis.
H. Medulla oblongata resecta.
I. I. Crura cerebri, quae cum
K. K. Pedunculis cerebelli conjuncta
L. L. Pontem varolii, seu protuberantiam anularem efformant.
M. Protuberantiae albae, quas testes, processus mammillares appellant.
N. Infundibulum.
O. O. Protuberantiae pyramidales.
P. P. Protuberantiae olivares.
a. a. Nervi olfactorii seu primum par nervorum cerebri.
b. b. Nervi optici secundum par constituentes.
c. Substantia medullaris, per quam nervi optici invicem conjunguntur.
d. d. Tertium par nervorum, quos motores oculi appellant:
e. e. Quartum par patheticum dictum.
f. f. Quintum par.

g. g. Sextum par.
h. h. Portio dura septimi paris.
i. i. Portio mollis ejusdem.
l. l. Octavum par, quod vagum nominant.
m. m. Filamenta noni paris nervorum cerebri.
n. n. Arteriae vertebrales resectae, quae simul concurrunt, et efformant
o. Arteriam basilarem.
p. p. Rami arteriae basilaris, qui per cerebrum, cerebellum, ac medullam oblongatam dividuntur.
q. q. Arteriae carotides resectae.
r. r. r. r. Circulus Willisii ab unione ramorum arteriae basilaris et carotidum efformatus.
s. s. Continuatio carotidum, quae in scissuram Sylvii se occultant.
t. t. t. t. Rami, qui ex circulo Willisii procedunt et quaquaversus per cerebrum distribuuntur.
u. u. u. u. Venae, quae colligunt ramos etiam a basi cerebri, et ad sinum longitudinalem producuntur.
w. w. Venae utrinque resectae, quae cum sinubus lateralibus, et venis *u.* instituebant communicationem.
x. Vena resecta in sinum lateralem dexterum influens.
y. y. Venae quae influunt in sinum superiorem ossis petrosi circa receptacula Vieussenii.
z. z. Venae resectae in receptaculo Vieussenii influentes.
1. 1. 1. Circulus venosus pone circulum Willisii situs.
2. 2. Truncus lymphaticus inter lobum anteriorem et posteriorem mercurio injectus.
3. 3. Alius truncus pariter in cerebello mercurio repletus.

FIG. III.

Exempto cerebro ac processu orbitali sinistro ossis frontalis deleto, demonstrat basim calvariae dura matre obtectam cum lymphaticis ejusdem durae matris.

A. A. A. A. Cranium resectum.
B. B. Orbita oculi sinistri.

C. C. C. Dura mater resecta, quae basim calvariae obducit.

D. Processus falciformis ejusdem durae matris resectus ac supra cranium posterius reclinatus.

E. E. Tentorium dissectum.

F. Pyramis petrosa ossium tempóralium.

G. G. Processus orbitalis ossis frontalis, qui cum sphaenoide conjunctus recipit lobos anteriores cerebri.

H. H. Cavitates ab osse sphaenoidali ac temporalibus efformatae, quae cum subtenso tentorio recipiunt lobos posteriores.

I. I. Cavitas inferior calvariae ab osse occipitali efformata, quae cerebellum continet.

L. Foramen magnum ossis occipitalis.

M. Apophysis crista galli etmoidis.

N. Sinus sinister ossis frontalis.

O. Cellulae ossis etmoidis.

P. Sella turcica a processibus clinoideis circumdata.

Q. Globus oculi.

a. a. Musculus rectus attollens seu superbus.

b. b. Rectus deprimens seu humilis.

c. c. d. d. Rectus abducens, quem vocant indignatorium.

e. e. Rectus adducens, bibitorius appellatus.

f. f. Obliquus major seu trochlearis.

g. Trochlea in angulo interno oculi ossi frontali innexa per quam transit tendo musculi *f. f.*

h. Nervus olfactorius dexter, qui per foraminula laminae cribrosae ossis etmoidis ad membranam pituitariam producitur.

i. i. i. Nervi optici, quorum sinister usque ad suam insertionem in globum oculi conspicitur ac dexter in foramen se occultat.

k. k. Tertium par nervorum cerebri, cujus nervus dexter in foramine durae matris se immittit, dum sinister usque ad suum ingressum in fissuram sphaenoidalem conspicitur.

l. l. Nervus sinister quarti paris usque ad musculum trochlearem protensus.

m. Nervus dexter quinti paris, qui in foramen durae matris se occultat.

n. Nervus sinister, qui in tres ramos dividitur.

o. Ramus posterior, quem maxillarem inferiorem nominant, ex cranio per foramen ellypticum egrediens.

p. Secundus ramus seu medius, maxillaris internus appellatus, per foramen rotundum e cranio egrediens.

Primus ramus accessorius Willisii dictus partim resectus apparet, cujus nonnulli tantummodo rami conspiciuntur, qui per fissuram sphaenoidalem ad musculos oculi transeunt.

q. Nervus dexter sexti paris, qui in foramine durae matris oculis se subducit.

r. Sinister, qui per fissuram sphaenoidalem in orbitam ingreditur.

s. s. Portio mollis septimi paris, quae per foramen in facie posteriore pyramidis petrosae ossis temporalis insculptum transeundo per cochleam dividitur, ac auditui inservit.

t. t. Portio dura ejusdem nervi, qui per idem foramen transit, sed per proprium canalem ex cranio egreditur, ut per tegumenta capitis dividatur.

u. u. Octavum par nervorum cerebri, quod ex cranio egreditur per foramen inter os occipitis et pyramidem petrosam insculptum, quod ab alio foramine jugularis internae separatur ope parvae productionis osseae, aut ligamenti.

v. v. Nonum par nervorum, linguale dictum, quod in foramine durae matris se abscondit.

w. w. Decimum par nervorum medullae oblongatae seu primum medullae spinalis.

x. x. Nervus accessorius Willisii.

y. y. Arteriae vertebrales resectae, quae per foramen magnum occipitis cranii cavitatem subibant.

z. z. Arteriae carotides ad processus clinoideos resectae.

1. Arteria ophtalmica in latere sinistro conspicua.

2. 2. 2. 2. Arteriae meningeae ex maxillari interna prodeuntes, quae per foramen spinosum processui spinoso ossis sphaenoidis insculptum in cranium penetrant.

3. 3. 3. 3. Eorumdem rami majores resecti.

4. Sinus longitudinalis resectus.
5. Sinus transversalis tentorii sinui longitudinali insertus.
6. Torcular Herophili.
7. 7. 7. 7. Sinus laterales, in quos abit longitudinalis, qui ex calvaria exeunt per canales in apophysis petrosae, et ossis occipitalis conjunctione apertos.
8. 8. 8. 8. Venae resectae ex cerebro procedentes, quae in sinus laterales influunt.
9. Sinus superior apophysis petrosae, qui recipit.
10. Venas resectas ex cerebro prodeuntes.
11. Sinus inferior ejusdem apophysis.
12. Venae supra apophysim basilarem ossis occipitis ac sphaenoidem decurrentes.
13. Sinus circularis Ridley.
14. 14. 14. Venae arterias meningeas comitantes.
15. 15. 15. 15. Trunci lymphatici, qui vasa sanguinea meningea comitantur, ac cum iis ex cranio per foramen spinosum egrediuntur.

FIG. IV.

Ostendit totius lymphatici systematis finem in venas subclavias, et jugulares internas utriusque lateris, quibus juxta longitudinem antrorsum dissectis, et apertis in conspectum prodeunt ostia suis valvulis communita, per quae ductus thoracicus, et alii trunci majores ejusdem sistematis in venas aperiuntur.

A. Vena cava superior resecta.
B. B. Venae subclaviae, sinistra nempe ac dextera.
C. C. Jugulares internae utriusque lateris.
D. D. Axillares.
E. E. E. Jugulares externae.
F. F. Vertebrales.
G. G. Thyroideae inferiores.
H. Truncus communis mammariae sinistrae ac appendici sinistrae venae sine pari.

I. Mammaria dextera.

L. L. Ductus thoracicus prout se habebat in cadavere, a quo preparatio hujus figurae archetypa desumpta fuit.

M. Dilatatio circa suum finem conspicua.

N. Trunci resecti, qui ex glandulis inferioribus colli procedebant.

O. Ostium ductus thoracici duplici valvula munitum.

P. Truncus colligens lymphatica ex glandulis superioribus circa vasa sanguinea axillaria sinistri lateris dispositis procedentia, qui in subclaviam aperitur.

Q. Ostium ejusdem simplici valvula instructum.

R. Truncus lymphaticus a confluxu truncorum ex glandulis superioribus circa vasa sanguinea axillaria dispositis procedens, qui cum

S. Trunco ex glandulis inferioribus colli procedente conjungitur, ac deinde cum

T. Alio trunco ex glandulis inferioribus colli procedente. Hi communi trunco in angulum jugularis et subclaviae aperiuntur.

U. Ostium simplici valvula munitum.

CEREBRUM
ET
NERVI

TABULA CCXXXI.

ST. MARY'S HOSPITAL
RADFORD LIBRARY
MANCHESTER.

Ex Vicq - d' Axyr Traité d' Anatomie.

FIGURA I.

Durae meningis conspectus dissecto cranio.

Π. Regio anterior lobi dexteri; Γ. posterior.
C. C. C. D. Cranii crassities.
R. Sinus longitudinalis, membrana cellulosa circumdatus Δ.Δ.
T. V. Eminentiae nonnullae. *X.* Corpuscula, quae a nonnullis pro glandulis habita fuerunt. *U. Y. Y.* Foramina, in exteriori meningis lamina.
S. S. T. V. Summa pars lobi sinistri cerebri.
Ω. Ω. Σ. Σ. Quâ gyrorum divisiones in cerebro trans meningem apparent.
E. F. G. Majores rami arteriae meningeae, Ramus *E.* distribuitur in *I. K. L. M. N.* Caeterorum soboles sunt arteriae *O. P. Q.*
A. B. a. Anastomoses.

FIG. II.

Eadem vasorum dispositio in altero cadavere.

Δ. Pars anterior cerebri; Ω. posterior.
Caetera ut in Fig. *I.*

FIG. III.

Vasorum distributio per meningem tertii cadaveris.

A. Anterior cerebri pars; *P.* posterior.
r. r. Sinus longitudinalis.
s. s. Hemisphaerium sinistrum.
E. F. G. H. Arteriae meningeae trunci. Ex iis truncus *E.* ramos

suppeditat *y. b. k.* ex quibus rami veniunt *i. b. l. m. n.* Ex truncis *F. G. H.* oriuntur rami *o. p. q.*

a. a. Anastomoses.

FIG. IV.

Fibrarum incessus in dura meninge a posteriori.

h. Margo superior; *b.* inferior; *d.* dexter; *g.* sinister.

FIG. V.

Durae meningis portio a superiori parte cerebri dissecta.

h. Margo superior; *b.* inferior; *p.* posterior; *a.* anterior. Prope *b. d.* fissura.

FIG. VI.

Durae meningis portio quae respondet ossi frontali.

h. h. Margo superior; *b.* inferior; *d. d.* dexter; *g.* sinister.

FIG. VII.

Portio alia ejusdem membranae ab inferiori hemisphaeriorum superficie deprompta.

h. h. Limbus superior; *b. b.* inferior; *a.* anterior; *p.* posterior; *d.* decussatio fibrarum.

FIG. VIII.

Dispositio fibrarum in alio meningis fragmento.

h. Margo superior; *b.* inferior; *a.* anterior; *p.* posterior.

FIG. IX.

Portio meningis a suprema sede dissecta prope sinum longitudinalem.

h. h. Limbus superior; *b. b.* inferior; *a.* anterior; *p.* posterior.

TABULA CCXXXII.

Ex eodem Opere

FIGURA I.

Exteriorem exhibet cranii superficiem pericranio contectam, vasis injectis. Ex foetu octimestri.

A. A. Cranium. *B. B.* Arteriae pericranii. *C.* Fons pulsatilis superior.
D. D. Sinus logitudinalis.
E. E. Cranii suturae. Δ. Δ. Intervallum membrana clausum, seu fons pulsatilis postetior. *I. I.* quâ ossa parietalia nondum ossefacta.
F. F. Inferior ac media pars ossium parietalium. *E. K. K.* Sutura sagittalis. *H. H.* Os frontis. *A. L.* Sutura coronalis media. *E. M.* Sutura coronalis superior. *G.* Os occipitale.

FIG. II.

Meninx foetus, injectis arteriis.

A. Cranii crassities. *F. F.* Ossium parietalium portio membranacea.
B. Rami arteriae meningeae. Δ. Δ. Ejusdem arteriae truncus medius.
C. Rami per fontem pulsatilem distributi.
r. r. Meninx in marginibus fontis pulsatilis.
D. E. F. Sinus longitudinalis superior.
P. P. Meninx anteriores contegens cerebri lobos.

FIG. III.

Ex eodem Opere

Gyri cerebri detracta meninge.

a. b. Cutis cum musculis dissecta; *c. c. c.* quâ cranium serra divisum; *d.* regio orbitalis ossis frontis.

e. e. e. Hemisphaerium sinistrum cerebri: *d. d.* dexteri hemisphaerii margo superior.

f. f. f. Gyri cerebri anteriores: *g. g.* medii: *m. m.* medii et posteriores: *n. n.* posteriores et inferiores: *h. i. h.* divisio gyri cujusdam majoris in portiones duas. *k. k. l. Δ. l.* extrema illius gyri insimul juncta: *o. o.* gyrus inferior fere perpendicularis.

q. q. q. Arteriae.

p. p. Quâ cerebrum angustiorem cranii caveam occupat.

TABULA CCXXXIII.

Ex eodem Opere

FIGURA I.

Massam exhibet medullae cerebri, quae centrum dicitur ovale laterale.

b. c. Margo externus hemisphaerii: *f. f.* gyri cinerea substantia distincti: *d. d.* margo internus, in quo substantia cinerea minus abundat: *k. k.* extremum anterius: *c. c.* gyri posteriores diversimode revoluti.

a. a. Centrum ovale laterale.

FIG. II.

Corpus callosum, resecta horizontaliter parte hemisphaeriorum superiore.

a. b. c. d. Cranium dissectum: *e. e.* meninx in posteriora revoluta.

p. q. Gyri cerebri; *q.* cortex cerebri; *p.* sulci inter gyros.

f. f. f. Arteria corporis callosi.

r. r. Portiones corticis ad gyros dissectos pertinentes.

s. s. Medulla cerebri, elevata nonnihil in *t. t.* prope corpus callosum.

h. h. k. k. Corpus callosum, quod anterius *g. g.* arctatur: margines inaequales *i. i.* cultro debentur.

m. n. Lineae longitudinales aliquantum salientes, quae pro nervis habitae fuerunt.

l. l. Sulcus medius.

x. x. Striae transversae.

q. h. g. Centrum ovale *Vieussenii*.

FIG. III. IV. V. VI.

Callosi corporis variam in diversis cadaveribus longitudinem exhibet.

B. C. Longitudo corporis callosi: *B. A.* portio cerebri anterior: *C. P.* posterior. *D.* Os frontis: *E.* occiput.

FIG. VII.

Septum lucidum, plexus choroidei laterales, formix, corpora striata.

A. a. b. Sinus frontales.

c. d. e. H. Cranium serra dissectum: *f. f.* meninx.

i. i. Substantia cinerea; *h. h.* sulci gyros dividentes; *l. l.* medulla cerebri.

g. g. Sulcus, qui hemisphaeria cerebri distinguit anterius: *k. k.* sulcus alter posterior inter ipsa hemisphaeria.

Δ. Δ. Pars corticalis, quae utplurimum occurrit in parte cerebri postica.

2. 3. 4. Corpora striata in posteriore parte angustiora surculis venosis picta qui pertinent ad venam *Galeni. 4.* Eorum margo externus.

m. Reliquiae corporis callosi striis transversis distinctae.

Ω. Ω. Cornua anteriora ventriculorum lateralium.

w. w. Septum lucidum duabus laminis efformatum: *8. n. 6.* Sinus inter eas laminas, qui est ventriculus septi lucidi.

s. s. s. Fornix, cujus anteriora crura septo lucido conteguntur.

q. q. Plexus choroidei laterales: *r. r.* eorum pars tenuior.

o. o. Taenia semicircularis seu limbus corporis striati posterior.

x. x. Σ. Σ. *y. y.* Cornua posteriora ventriculorum lateralium, seu cavitas digitalis.

E. Σ. *Calcar avis.*

z. z. Margo externus cavitatis digitalis. *5. 5.* substantia medullaris, in qua digitalis cavitas excavata est.

u. u. Initium cornu Ammonis.

10. p. Pars media uniuscujusque ventriculi lateralis: *u. 7. s.* extremum ejusdem inferius.

FIG. VIII.

Ventriculi cerebri et fornix, remoto septo lucido et plexibus choroideis.

1. 2. 3. Crassities ossium cranii.

4. Anterior hemisphaeriorum divisio: *5. 5.* gyri cerebri: *6. 6.* pars quaedam centri ovalis: *7. 7.* posterior hemisphaeriorum divisio: *8.* meninx.

9. Residua pars anterior corporis callosi.

10. 11. 12. Corporum striatorum pars anterior: *13.* eorum limbus exterior.

14. 15. 16. 17. Anteriores rami venosi: *18. - 25.* rami medii qui per corpora striata decurrunt.

28. 29. 30. 31. 47. Praecipui earum venarum trunci.

32. 33. 34. Taenia semicircularis.

28. 30. 48. 27. 29. 31. Thalami nervorum opticorum.

37. 38. 39. 40 Media fornicis pars: *27.* ejusdem fornicis margines laterales.

41. 41. Foveola in fornice ad latera septi lucidi.

42. 42. Margo convexus aut posterior fornicis, qui statim in taeniolas dirimitur. Earum altera *35. 35.* in cornu Ammonis finem habet: altera autem *36. 36.* facit corpus *fimbriatum.*

43. Cornu Ammonis, quod in *49. 43.* cum *calcari avis* continuum cum corpore calloso et fornice.

26. 44. 46. Cavitas digitalis vel ancyroidea.

45. Calcar avis.

a. a. Spatiola, per quae descendunt sub fornice plexus choroidei.

TABULA CCXXXIV.

Ex eodem Opere

FIGURA I.

Venae Galeni in cerebro.

1. Communis truncus venarum *Galeni*: *2. 3.* Earum origo posterior ubi ab eminentia *a.* separantur ab invicem.

4. 5. 6. Ramus dexter venarum *Galeni*: *7. 8. 9.* sinister, qui dextero incumbit *9.* A posteriori parte spectatae venae istiusmodi, spatium videntur comprehendere plurimis arteriis refertum.

10. 11. Surculi posteriores venarum *Galeni*: *12. 13.* medii: *14. 15.* anteriores.

16. Extremum anterius venarum, quâ unusquisque truncus in duos ramos dividitur, nempe *23. 23.* venam *choroideam*, et *17. 18.* venam *majorem corporum striatorum*, a qua venae erumpunt *19. 19. 19.* quemadmodum ex truncis *14. 15.* venae aliae veniunt *46. 46.*

34. 34. Plexus choroidei, angustiores anterius *48.* posterius autem progredientes inflexi et recurvi *35.*

24. 24. Venae majores juxta marginem interiorem.

36. 36. Crura fornicis posteriora truncata.

33. 33. Margo externus corporum striatorum.

32. 32. Eorum extremum anterius.

22. 22. Crura fornicis anteriora dissecta.

43. 44. 49. Portio falcati processus a meninge producti supra cerebelli tentoruim reflexa. *45.* Fibrae in ea meninge varia directione dispositae. *37.* Portio venae in falcis limbo inferiore, quae sinum constituit longitudinalem inferiorem. *38.* Foramen, quo sinus ipse in anterius extremum quarti sinus aperitur.

39. 40. 41. 42. Sinus quartus apertus, in tentorio cerebelli excavatus.

48. 34. 35. Velum sive plexus choroideis interpositus.
25. 25. Rami arteriae cerebralis posticae truncati, ex quibus vascula plurima 26. 26. et retia 51. 51.
29. Rami alii ab alia arteria producti.
28. 28. Rami arteriarum superiorum cerebelli, qui a posterioribus partibus procedentes ad anteriores 7. 15. 14. 50. anastomosi junguntur 27. 27. 47. cum posteriorum arteriarum cerebri ramis.

FIG. II.

Varietas in dispositione venarum Galeni.

1. Truncus: 2. 5. 6. 7. ramus dexter venosus: 3. 4. 8. sinister: 9. spatium inter venas.

FIG. III.

Velum vasculosum inter plexus choroideos.

1. 1. Arteriae corporis callosi.
2. 2. Crura anteriora fornicis truncata.
3. 4. 5. Taenia semicircularis.
6. 6. Crura fornicis posteriora.
7. 8. Cornu posterius ventriculi lateralis.
14. 14. Corpora striata: 15. 15. eorum margo externus.
16 16. Lobi cerebri posteriores: 17. processus cerebelli vermiformis, seu raphe: 18. pars posterior cerebelli.
30. Plexus choroideus.
28. 28. Limbus posterior veli vasculosi.
9. Communis truncus venarum *Galeni*: 10. 10. Venae duae, quae posterius spatium comprehendunt 41.
11. 11. Venarum ipsarum rami posteriores: 12. 12. medii: 13. 13. anteriores.
31. 31. Venae minimae corporum striatorum, Fig. I. 19.
19. 19. Truncus medius arteriarum superiorum cerebelli, quarum rami sunt 42. 20. 21. 22. 32. 33.
25. 35. 36. 37. Plexus arteriosi.
24. 27. 38. Arteriae a profundioribus cerebri derivatae; quarum

nonnullae *43.* per lobos cerebri posteriores distribuuntur; aliae *44. 45. 33. 48. 39.* anastomosi junguntur cum arteriis cerebelli superioribus; aliae plexus faciunt et spatia oblonga *26. 46.* aut rotunda *37.* aut in trianguli formam disposita *25.* comprehendunt. Rami anteriores *40. 29.* in fornicis anticis columnis disseminantur *34. 34.*

FIG. IV.

Veli choroidei aut vasculosi facies inferior.

1. Glandula pinealis.
2. Venarum galenicarum situs.
3. 4. Plexus minores, qui insimul in angulum conveniunt *5.* Ex eo angulo funiculus vasorum decurrit ad *6.* qui plexum ipsum *3. 4.* conjungit cum extremo *7.* plexus choroidei ventriculorum lateralium *8. 9. 10.*
11. 12. Rami anastomotici inter plexus choroideos et minores.

FIG. V.

Thalami nervorum opticorum oblique secti, cum plexibus choroideis.

1. Truncus arteriae carotidis sinistrae: *2.* ejus ramus posterior.
3. Arteria corporis callosi.
5. 6. Arteria choroidea inferior et anterior.
7. Ramus qui ad circulum Willisii pergebat.
8. 11. Ramus arteriae profundae cerebri a ramo *7.* precedens, qui surculos suppeditat *10. 10.* seu arterias choroideas posteriores atque inferiores.
9. Arteriae basilaris ramus truncatus.
12. 13. 27. Cornu Ammonis.
14.-20. Plexus choroideus ventriculi lateralis: *21.* margo internus plexus illius.
22. Centrum albescens thalami nervi optici: *23.* ejusdem thalami superficies exterior.
24. Commissura anterior truncata.

25. Pars fornicis recta decurrens.
26. Portio cavitatis digitalis.

FIG. VI. VII.

Lyra aut corpus psalloides.

1. Crura fornicis anteriora truncata.
2. 2. Posteriora ejus crura.
3. 4. 5. 6. 7. Spatium triangulare, in quo fila varia directione disposita.

FIG. VIII.

Thalami nervorum opticorum, corpora striata, glandula pinealis, tubercula quadrigemina.

1. 1. Cerebri substantia prope corpora striata 2. 2.
3. 3. Crura fornicis anteriora truncata.
4. Commissura cerebri anterior.
5. 6. 7. Taenia semicircularis.
8. 9. 10. Thalami nervorum opticorum: 8. eorum tubercula anteriora.
12. Tertius ventriculus.
a. Fovea pone commissuram anteriorem, quae infundibulo respondet.
13. 14. Mollis substantia, quae thalamos insimul jungit.
15. 16. 17. 19. Pedunculi glandulae pinealis.
18. Glandula pinealis, cujus extremum posterius obtusum.
20. 20. Tubercula quadrigemina.
24. 24. Origo nervi, qui dicitur quartus seu patheticus.
21. 22. Substantia albescens inter tubercula et valvulam *Vieussenii*, seu velum medullare cerebelli.
28. 28. Columnae veli medullaris cerebelli.
29. Arbor vitae.
30. 31. Ventriculus quartus. 31. sulcus, quem appellant calamum scriptorium.

33. Lineae aut fila albescentia, quorum pleraque cum nervo acustico continuantur.

27. Gyri cerebri dissecti

25. 26. Cornua Ammonis truncata.

79. Corpus fimbriatum dissectum.

78. Plexus choroideus eadem sectione divisus.

35. 36. In latere dextero, truncus arteriae profundae cerebri: *37. 38.* ejus rami qui anastomosi uniuntur *48. 49. 50.*

39. Rami arteriae profundae tuberculis quadrigeminis, glandulae pineali, ejusque pedunculis prospicientes.

40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. Arteriae superiores cerebelli. Earum ramuli *51. 68.* in ventriculo quarto cum ramis *69* arteriae inferioris inosculantur.

75. 76. Distributio ramorum arteriae superioris cerebelli.

53. 54. In latere sinistro, truncus cerebralis arteriae profundae; *55. 56. 57.* rami per anastomosim juncti.

59. Profundus ramus arteriae superioris cerebelli.

58. Parva arteria, quae supra thalamos nervorum opticorum disseminatur, et *64.* communicat cum ramo arteriae profundae cerebri, nec non cum ramo *61.* arteriae superioris cerebelli.

60. Arteriola a ramo profundo arteriae superioris cerebelli exorta, quae postquam ramos tribuit thalamis nervorum opticorum, ac prominentiis quadrigeminis anastomosi jungitur ramo *x.* arteriae superioris cerebelli.

62. Truncus arteriae superioris cerebelli. Ejus rami nonnulli, ut *x.*, ab anterioribus ad posteriora decurrunt, et cum ramo *60.* arteriae profundae inosculantur. Alii autem, ut *61.*, ad tubercula veniunt quadrigemina et ad glandulam pinealem; dein anastomosim efformant cum ramo *58.* arteriae cerebelli profundae. Ad ejus exortum arteriae procedunt ab ea *65. 66.* quae per columnas veli medullaris distribuuntur ac per ventriculum quartum, ubi anastomosi *67. 69.* communicant cum ramis *51. 51.* arteria infer. cerebelli.

70. 71. 72. 73. 74. Rami arteriae superioris cerebelli.

52. 52. Ramuli ab anterioribus carotidis propaginibus exeuntes et per latera crurum anteriorum fornicis distributi.

FIG. IX.

1.1. 2.2. 3.3. 4.4. Sectio cranii.
5. 5. Haemispheria cerebri divisa.
5. 6. Gyri.
7.8.9. Substantiae corticalis reliquiae.
10. Crura fornicis anteriora truncata: *11.* Eadem crura in posteriores partes reflexa.
15. 15. Posteriora crura fornicis, quae in taeniolas dividuntur *12.* et *13.* ea taeniam efficiunt hypocampi, haec vero ad initium cornu Ammonis evanescunt.
14. 16. 32. Corpus psalloides, lyra.
27. Corporis callosi anterius dissecti crassities.
22. 23. Spatiolum inter laminas septi lucidi.
20. 21. Taenia striata vel semicircularis.
18. 19. Thalami nervorum opticorum.
17. 28. Quâ thalami sese mutuo tangunt.
32. 20. Limbus interior corporis striati: *25.* eorum extremum anterius: *20.* posterius.
24. Cornua ventriculorum lateralium.
29. 26. 30. Limbus superior et internus corporum striatorum.

FIG. X. XI. XII. XIII.

Fornicis pars posterior ab inferiori facie spectata, cum Fig. VI. et VII. conferenda.

11. Anterior pars fornicis: *2.2.* Crura ejusdem postica.
3. 4. 5. Filamenta quae corpus constituunt psalloides.

FIG XIV.

1. 2. Cerebri limbus externus: *2.* ejus gyri: *3.* spatiola, per quae membrana cerebri vasculosa pervadit.
1. 7. Divisio anterior cerebri: *8. 9.* posterior.

30. Dura meninx in posteriora reflexa.

10. Gyri cerebri posteriores, quorum cinerea substantia striis albescentibus persaepe mixta conspicitur.

a.a.a. Quâ lutea substantia quandoque observatur inter cineream et medullarem.

33. 33. Pars medullaris cerebri.

3.32.4.31.5. Fossa Sylvii.

6. 6. Gyri inter fossam Sylvii, et corpora striata.

11. 11. Gyri posteriores et profundiores.

12.13. Reliquiae corporis callosi.

14. 34. Cornua anteriora ventriculorum lateralium.

18. Crura fornicis anteriora truncata.

16. Portio anterior septi lucidi.

23. Crura posteriora fornicis dissecta.

[*21. 22.* Thalami nervorum opticorum: *21.* Eorum tubercula anteriora.

17.33.19.20. Taenia semicircularis.

24. 24. Cavitatis digitalis pars anterior.

25.26.27.29. Corpora striata ab interioribus ad exteriora dissecta: *26. 27.* striae medullares internae: *15. 25.* substantia cinerea, quae angustior evadit in *29.*, ac tandem *35.* evanescit.

28. 28. Levis stria corticalis, quae corporis striati exteriorem limbum a gyris cerebri dividunt posteriorem fossae Sylvii partem constituentibus.

TABULA CCXXXV.

Ex eodem Opere

FIGURA I.

Idem cerebrum, corporibus striatis obliqua sectione a superioribus et interioribus, ad exteriora et inferiora separatis.

1. 2. 3. 7. 8. 9. 10. 31. 32. 5. 11. 12. 13. 14. 34. 18. 16. 23. 21. 22. 17. 33. 19. 20. 24. 28. 6. Uti in Fig. XIV. Tab. CCXXXIV.

35. Cerebri substantia medullaris.

15. 25. 29. Pars cinerea interior corporum striatorum, quae et superior est, relate ad

36. 38. Partem cineream exteriorem, quae ovalem atque irregularem formam exhibet.

26. 33. 27. Striae medullares inter cinereas portiones oblique decurrentes, inaequali longitudine. Cum medulla cerebri coalescunt et continuantur anterius *39.* posterius *37.*

FIG. II.

Corpora striata cum thalamis nervorum opticorum profundius dissecta.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 12. 10. 28. 31 32. 16. 18. Uti in Fig. *XIV.* Tab *CCXXXIV.*

35. 36. 37. 38. Uti in Fig. I.

23. 30. 29. 13. Vide Tabulas quae praecedunt.

8. Taenia semicircularis anterius dissecta.

34. 36. Fundus tertii ventriculi.

9. 9. Plexus choroidaeus sub membrana vasculari ope fili *31. 11.* elevatus et in posteriora revolutus.

24. Origo cornu Ammonis.

19. 39. Cavitas digitalis vel ancyroidea, cujus exterior limbus *22.*

20. 21. Hypocampus minor.

40. Quâ major ac minor hypocampus continuantur.
14. 17. Sectio thalami nervi optici.
15. 25. Pars interior atque anterior cinerea corporum striatorum.
36. 38. Inferior eorum portio atque exterior cinerea.
41. 26. 33. 27. Substantia albescens, quae respondet notis 26. 33. Figurae praecedentis. Extremum *a. b.* Fig. I. dilatatur nonnihil in 41. 33.
42. 42. Sectio inaequalis substantiae laminaris.
43. 43. Substantia albescens continua cum parte illa medullari, quae est inter fossam Sylvii et limbum exteriorem corporum striatorum.

FIG III.

Sectio cerebri ad horizontem ita instituta ut commissurae anterioris cerebri continuatio et evolutio in oculos incurreret.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 31. 32. Uti in Fig. XIV. Tab. CCXXXIV.
19. 20. 21. 24. 35. 39. 40. Uti in Fig. I. et II. hujus Tabulae.
36. Profunda sectio gyrorum cerebri.
34. Fundus ventriculi tertii.
11. 11. Commissura cerebri posterior, quae minime producitur, uti de anteriore dicetur.
14. Glandula, seu corpus pineale.
15. 16. Tubercula quadrigemina: 15. superiora: 16. inferiora.
17. 25. 23. 18. Commissura anterior cerebri: 17. Pars media angustior: 23. 25. portio convexa crassior: 18. extremum, quod in albescente cerebri substantia evanescit superiorem atque anteriorem lamellam cornu Ammonis efficiente.
24. Origo cornu Ammonis.
27. 28. Pars anterior corporis striati.
41. 42. Portio ejusdem pone commissuram anteriorem producta.
25. 26. Striae medullares a convexa parte commissurae anterioris exortae, ad medullam pergentes lobi anterioris.

13. 13. Crura fornicis anteriora, truncata.

12. 12. Funiculorum sectio, qui a corporibus mammillaribus seu condicantibus sursum ducuntur ad taeniam semicircularem.

29. 29. Thalami nervorum opticorum.

33. 42. Substantia albescens cinereis fibris interrupta arcus totidem referens eadem inflexione dispositos ac anterior commissura.

30. 38. Striae cinereae cum albida medulla, quâ spissiores *38.* quâ rariores *30.*

TABULA CCXXXVI.

Ex eodem Opere

FIGURA I.

Eadem cerebri dispositio ac in Fig. III. Tab. CCXXXV. at sectio profundius ducta.

24. 24. Substantiae corticalis stria inter corpora striata et gyros qui pertinent ad fossam *Sylvii 32. 4. 30. 31.*

17. 17. Portio media et fibrosa commissurae anterioris.

13. 13. Crura fornicis anteriora.

34. Fovea quae respondet infundibulo.

35. Pars posterior ventriculi tertii.

11. Commissura posterior.

14. Glandula, seu corpus pineale.

40. 40. Fila medullaria, quae basi adhaerent corporis pinealis cum ejusdem pedunculis continua.

15. 16. Tubercula quadrigemina: *15.* superiora: *16.* inferiora.

26. 36. 22. 23. Arcus exterior corporum striatorum.

41. 21. 18. Striarum ordo alter, secundum arcum efficiens.

17. 25. Tertius arcus striarum.

29. 29. Arcus omnium interior.

13. 42. 26. Vide *25. 26.* Fig. III. Tab. CCXXXV.

men intra membranas ita decurrunt ut aperiantur in *59.* ideoque obliquum iter tenent : hoc magis patet in venis *28. 29. 31. 32.* sinistri lateris.

33. 35. 37. 38. 42. 43. 45. 46. 47. 48. in sinistro latere: *79. 60. 64. 63. 65. 66. 67. 69. 70. 71. 72.* in dextero, venae veniunt a posterioribus ad anteriora, postquam inter laminas meningis spatium aliquod emensae sint.

FIG. V.

Eam meningis partem exhibet, quae dicitur processus falciformis.

a. a. Limbus concavus processus falciformis: *b. b.* ejus pars convexa: *f.* extremum anterius: *h.* pars posterior.

22. 22. Quâ falx angustior in parte anteriore: *27. 28.* quâ dilatatur. *14. 15.* Pars falcis quae cum cerebelli tentorio continua.

22. 22. Foramina, quae in nonnullis cadaveribus processui falciformi insculpta sunt .

2. 3. 4. 6. 10. 11. 34. Sinus longitudinalis superior in longum dissectus : cujus initium est in *k.* ad sedem ossis frontis ; finis in *h. 12.* ad mediam partem ossis occipitalis.

m. m. Granula quae respondent *14. 14.* in Fig. III. IV.

g. 19. 18. 17. Vena, quam dicunt sinum inferiorem longitudinalem, in limbo concavo falcis excurrens.

14. 15. Sinus rectus, vel quartus.

TABULA CCXLV.

FIGURA I.

Ex eodem Opere. Vicq - d'Azyr.

Dempto cerebro et cerebello ostendit caveas cranii meninge obductos, cum sinubus.

a. a. Foveae pro lobis cerebri anterioribus: *b. b.* foveae mediae, quibus continentur lobi medii cerebri: *c. c.* foveae posteriores: *d.* fovea basilaris: *e. e.* foveae in osse occipitis pro cerebello.

6. 7. Fovea ethmoidalis pro nervo olfactorio.

8. 8. Nervi optici.

23. 23. Nervi oculos moventes.

24. 24. Quartum nervorum par.

28. 28. Nervi trigemini.

27. 27. Nervus oculum abducens.

32. 33. Septimum par nervorum, in quo duplex substantia; dura videlicet, quae nervum constituit facialem; mollis quae facit nervum acusticum.

37. 37. Nervus vagus.

38. 38. Nervus hypoglossus.

39. 39. Nervus accessorius ad octavum par.

11. Glandula pituitaria: *12.* ejus *radix* seu infundibulum.

10. 18. Arteria carotis.

21. 22. Venae retro fissuram sphenoidalem anteriorem decurrentes.

19. 20. Venae aliae per meningem disseminatae in fossa media.

13. 14. 15. Sinus circularis ephippii: *elipticus* dicitur a cl. *Malacarne*.

25. 25. Sinus cavernosus, per quem transit carotis *10. 18.*

31. 30. 29. Sinus petrosus superior; supra pyramidem decurrens

ossis temporum: patet anterius in sinu cavernoso, posterius vero continuatur cum laterali.

34. 36. Sinus petrosus inferior, quem *obliquum* dixit cl. *Malacarne*.

54. 56. 58. 59. Sinus lateralis dexter, seu transversus *Halleri*.

48. 50. 51. 53. Sinus lateralis vel transversus sinister: in quibus pars occipitalis *54. 56. 48. 50.* distinguenda est a portione quae incumbit ossi temporum.

26. Venae in regione basilari inter se communicantes et cum sinu petroso inferiori utriusque lateris.

40 Foramen occipitale.

43. 46. Meninx ad posteriora reflexa.

42. Processus falciformis cerebelli.

44. Sinus occipitalis posterior, qui in transversum sinum sinistrum plerumque finem habet.

FIG. II.

Ex F. I. Gall, et Spurzheim Anatomie et Physiologie du systeme nerveux en général, et du cerveau en particulier.

B. Lobus cerebelli sinister.

91. Massa nervea columnae vertebralis.

e. e. Corpus restiforme, seu continuatio cerebelli cum medulla oblongata. *Gall* appellat *fasciculum cerebelli primitivum*, qui transit inter nervum facialem *11.* et acusticum *9.*

b. b. Corpus quo cerebellum cum cerebro jungitur, seu protuberantia anularis fibris transversis formata.

12. Par mixtum nervorum, sive nervi trigemini transversis fibris cerebelli contecti: *k. i.* idem nervorum par transversis fibris oblatis in oculos incurrens.

a. a. Ganglium olivare seu corpora olivaria.

1. Initium fasciculi pyramidalis cerebri, cujus fibrae *c.* sensim sensimque divergunt atque enassescunt: *f.* ejusdem fasciculi continuatio in protuberantia annulari.

q Nervus opticus dexter truncatus.

13. Quartum par nervorum, seu nervus musculi obliqui superioris oculi.

g. g. Processus medullosi cerebri seu crura cerebri.

33. 34. 35. 37. Complicationes transversae: *33.* ea quae ad majorem cerebelli commissuram spectat: *34.* quae ad crura cerebri: *35.* quae sub nervis opticis est: *37.* quae propria est majoris ac superioris ganglii cerebri.

L. L. Corpus striatum.

N. N. Pars posterior ventriculi lateralis.

S. Processus ganglii majoris ac superioris cerebri, idest striae albescentes corporis striati.

h. h. Fasciculi nervei dissecti ad medium cerebri lobum pergentes.

16. 16. Eminentiae mammillares seu corpuscula candicantia.

17. Cinerea substantia quae est pone commissuram nervorum opticorum.

y. Crura corporum candicantium.

q. t. u. Nervus opticus sinister: *q.* ejus corpus geniculatum externum.

32. Commisura nervorum opticorum, sive corpus quadrilaterum.

v. Nervus opticus e corpore eductus et ad oculum sinistrum pergens.

61. Commissura cerebri anterior, seu conjunctio anterior lobi medii.

26. 27. Lobus medius cerebri.

w. w. Ejus sectio.

A. A. Lobus cerebelli dexter dissectus.

5. Cerebelli ganglion, sive corpus dentatum cerebelli.

FIG. III.

Ex eodem Opere

Cranium cum cerebro a summo ad imum dissectum.

1. Initium fasciculi pyramidalis cerebri.

a. Ganglion ovale, seu corpus olivare medullae oblongatae.
b. Commissura cerebelli, sive protuberantia anularis per medium truncata.
12. Sectio nervi mixti seu quinti paris nervorum cerebri.
e. Corpus restiforme ut in Fig. II.
5. Ganglion cerebelli.
q. Corpus geniculatum externum nervi optici.
g. Crura cerebri.
61. Commissura cerebri anterior.
h. h. 34. 35. 37. Ut in Fig. II.
38. Quâ nerveorum filorum ordines insimul commiscentur.

FIG. IV.

EX EODEM OPERE.

Ostendit quomodo nervea fila thalamorum interiores ac posteriores gyros constituant.

a. c. e. s. Ut in Fig. III.
c. Quâ fasciculus pyramidalis sub protuberantia sibi viam facit.
f. Fibrae pyramidalium corporum per protuberantiam anularem decurrentes.
30. Substantia nigrescens in cerebro.
g Crura cerebri.
20. Nervus opticus.
61. 37. 37. Ut in Fig. III.
p. p. p. Ganglion inferius majus cerebri, seu thalami nervorum opticorum.
70. Fasciculi nervei posteriores, qui in ganglio *p. p.* producuntur.
85. Linea quae anteriorem partem substantiae cerebralis anterius ad scendentis dirimit ab ea quae posterius adjacet.
S. S. S. Faciculi nervei a ganglio cerebri inferiore profecti.

FIG. V.

Ex eodem Opere

Commissura major cerebelli sive protuberantia anularis, commissura cerebri anterior, una cum anterioris lobi gyris.

1. e. e. a. c. Uti in Fig. II.
65. 65. Sectio cerebelli ad horizontem ducta.
s. Ganglion cerebelli seu corpus serratum.
64. 64. Fibrae nerveae cerebelli.
d. Linea media totius cerebri.
b. b. 12. q. L. S. 35. g. Ut in Fig. II.
63. Fasciculus fibrarum transversalium ante nervos opticos decurrens.
61. 74. Commissura anterior cerebri, vel lobi medii.
v. Pars nervi optici dexteri anterior ad posteriora revoluta.
29. Quâ nervus opticus cum socio alterius lateris jungitur.
20. Nervus opticus sub cruribus cerebri progrediens.
70. Pes hippocampi.
18. 19. 21. Radices nervi olfactorii.
23. Ganglion ipsiusmet nervi.
16. y. Ut in Fig. II.
l. Pars interior ganglii superioris cerebri, idest corporis striati.
67. Quâ radix interior *21.* nervi olfactorii adhaeret inferiori et anteriori extremo corporis callosi.
68. Extremum anterius corporis callosi, quod inferiores gyros lobi utriusque anterioris conjungit inter se.

TABULA CCXLVI.

Ex Anatomie et Physiologie du système nerveux en général, et du cerveau en particulier par F. J. Gall, et G. Spurzheim.

FIGURA I.

Facies anterior medullae spinalis.

A. A. A. Meninx discissa per medium et utrimque reclinata.

B. B. Ligamenta denticulata durae meningi inserta ad omnia nervorum interstitia.

C. Ligamentum ex infimo piae matris apice cum vasis sanguiferis productum per mediam caudam equinam excurrens, nervum imparem mentiens, ac tandem in osse coccygis dispersum desinens.

a. b. Eminentiae duae nodos referentes, quarum altera inferior est, altera superior in quas desinit infimus funiculi apex.

c. d. Linea media sulcata funiculi spinalis anterior.

E. Locus, ubi filamenta nervea concurrere incipiunt, et caudae equinae basis constituitur.

f. Nervus accessorius.

q. Cauda equina.

1.- 5. Nervi sacri.

6. - 10. Lumbales nervi.

11. - 22. Nervi dorsales.

22.-25. Nervi qui ad plexum brachii effermandum concurrunt.

23.-30. Octo nervorum cervicalium paria.

FIG. II.

Ejusdem funiculi spinalis facies posterior.

e. e. Sulci laterales prope mediam lineam posticam in colli medulla.

Inter nervos *21.* et *22.* inter eos qui notis designantur *22.* et *23.* aeque ac inter *24.* et *25.*, tum inter *25.* et *26.*, aut *26* et *27.* fila conspiciuntur, quae ab uno nervorum spinalium pare in alterum transeunt.

FIG. III.

1. 2. Facies anterior funiculi spinalis a latere sinistro conspecta.
3. 4. Posterior facies.
a. b. Nodi, Fig. I. *a. b.*

FIG. IV. V. VI.

Sectiones funiculi spinalis ad puerum pertinentis quatuor annorum in regione inferiorum nervorum cervicalium.

IV. Sulcus anterior divisus: *1. 1.* Partes ejus laterales: *a. a.* ordines fibrarum, quae latera insimul jungunt, in sulci fundo observandi.

V. Sulcus posterior eadem ratione divisus: *1. 1.* Sulci latera: *a. a.* fibrae latera connectentes in fundo sulci.

VI. Sectio transversa: *a. a.* columnae nervosae aut medullares: *b.* sulcus medius posterior: *c.* sulcus alter anterior: *1.-2.* Locus, ubi substantia cinerea medullam dividit utriusque columnae: *1. d.* ortus radicis anterioris nervorum spinalium: *2.* radices posteriores eorumdem a facie postica funiculi prodeuntes.

TABULA CCXLVII.

FIG. I.

Ex J F. Meckel de nervis faciei in Memoires de l' Acad. des Sciences de Berlin 1751. recusa in Vol. II. Scriptor. Nevrologie minor.

1. Musculus sterno-mastoideus.
2. Masseter.
3. Posterior pars musculi digastrici.
4. Buccinator.
5. Zygomaticus major.
6. Orbicularis oris.
7. Compressor nasi.
8. Crotaphites membrana aponeurotica tectus.
9. Palpebrae levator.
10. Attollens auriculae.
11. Retrahens auriculae.
12. Glandula maxillaris.
13. Vena facialis, quae jugularis est ramus.
14. Temporalis vena.
15. Vena facialis proprie dicta.
16. Arteria carotis externa.
17. Arteria occipitalis.
18. Arteria temporalis.
19. Arteria angularis oris.
20. Musculus frontalis dissectus.
21. Facies posterior auriculae.
22. Ductus Stenonianus.
23. Nervus frontalis rami primi quinti paris per foramen supraorbitale exiens.
24. Ramus externus nervi frontalis magni 25. internus.
26. Nervus palpebralis superior externus.

27. Ramus communicans cum ramo temporali nervi facialis.
28. Ramus adscendens ad frontem qui se conjungit cum nervo secundo temporali superficiali.
29. Ramus externus nervi frontalis magni adscendens sub frontali musculo punctis notatus in ramos discedens minores cutis quae tegit bragmatis os.
30. Ramus alter frontalis profundus inter os frontis et pericranium.
31. Nervus frontalis minor exterior sive supratrochlearis.
32. Nervus palpebralis superior medius.
33. Ejus ramus qui communicat cum nervo supraorbitali nervi facialis *126.*
34. Ramus communicans cum ramo frontali anteriore nervi infratrochlearis.
35. Anastomosis supraorbitalis nervi supratrochlearis cum ramo nervi facialis.
36. Ramus nervi frontalis minoris sive supratrochlearis communicans cum ramo interno nervi frontalis *25.*
37. Ramus frontalis nervi supratrochlearis: *38.* ejus rami sub cute frontis.
39. Nervus infratrochlearis sive frontalis minor interior.
40. Ramus palpebralis internus, qui fibras demittit ad caruncu-lam lacrymalem et saccum communicans cum facialis ramo *143.*
41. Ramus cutaneus frontalis anterior sub cute frontis.
42. Ramus muscularis infratrochlearis ad corrugatorem supercilii et frontalem.
43. Fibrae sub cute ossa nasi contegente.
44. Nervus infraorbitalis rami secundi paris quinti.
45. 47. Cutaneus nervus medius nasi.
46. Ramus qui se reflectit circa venam nasalem externam in parte anteriori palpebrae inferioris, ubi communicat cum ramo nervi facialis *142.*
48. Ramus communicans nervi palpebralis inferioris interni cum cutaneo nasi.
49. Ramus nervi cutanei nasalis qui pergit ad alas nasi sub cute:
50. Ejus anastomosis cum nervo faciali: *51.* extremi rami.
52. Nervus cutaneus nasi inferior.

53. Nervus labialis superior emittens ramos ad partem mediam labii superioris, et musculi orbicularis.

54. Ramus nervi tertii labialis superioris qui ad externam partem labii superioris pertinet.

55. Tertius ramus nervi *44.* ad labium superiorem pergens.

56. Quartus nervus labialis superior.

57. Nervus labialis superior externus.

58. Ramus ad limbum orbitae inferiorem.

59. Ramus nervi cutanei inferioris nasi, qui incedit ad partem inferiorem intersepimenti narium: *60.* ejus ramulus ad musculum nasalem labii superioris.

61.62.63.64.65. Anastomoses nervorum labialium cum nervo faciali.

66. Ramus nervi *44.* qui se terminat in levatore anguli oris.

67. Nervus palpebralis inferior externus.

68. Ejus ramus minor, qui communicat cum nervo *70.*

69. Alius ramus, qui procedit in parte exteriori et media palpebrae inferioris.

70. Nervus subcutaneus malae, a secundo ramo quinti paris.

71. Ramus hujus nervi, qui communicat cum ramo *68.*

72. Parvus ramus ejusdem nervi qui descendit supra os, et se conjungit cum nervo *151.*

73. Alius ramus minor hujus nervi, qui adscendit versus foramen superius ossis malae et communicat cum nervo cutaneo superiori malae.

74. Nervus cutaneus superior malae, qui per foramen exterius exit hujus ossis.

75. Ejus ramus communicans cum ramo facialis *131.*

76. Primus nervus cutaneorum temporalium anteriorum, qui exit per incisuram aponeuroseos musculi temporalis.

77. Ramus hujus nervi qui adscendit supra aponeurosim.

78. Secundus nervus cutaneus anterior temporum.

79. Ramus cutanei anterioris communicans cum ramo temporali nervi facialis.

80. 82. Tertius nervus cutaneus anterior temporalis: omnes a ramo secundo quinti paris.

81. Ramus secundi cutanei qui sursum tendit in cutem musculi temporalis.

83. Ramus tertii nervi cutanei anterioris, qui sub cute musculi temporalis adscendit ante arteriam superficialem.

84. Nervus mentalis.

85. Ejus ramus muscularis.

86. Ejus prima anastomosis cum ramo *196.* nervi facialis: *87.* anastomosis altera cum ramo *198.*

88. Fibrae nervi mentalis, quae in musculos menti distribuuntur.

89. 90. Ramus labialis inferior, internus.

91. Anterior ramus nervi labialis interni, qui cuti prospicit menti et mediae parti labii inferioris.

93. Ramus labialis inferior externus: *92.* anastomoses cum ramis nervi facialis.

94. Buccinatorius tertii rami quinti paris, qui inter masseterem et buccinatorem in facie egreditur.

95. Minor ramus ejusdem nervi qui descendens flectitur circa venam facialem, ut deinde jungatur cum ramo *185.* facialis.

96. Ramus buccinatorii qui transit pone arteriam ac venam facialem.

97. 98. Conjunctio nervi buccinatorii cum ramo *171.* facialis.

99. Ramus superior buccinatorii pone ductum stenonianum incedens.

100. Extremae ejus fibrae in superiorem partem buccinatorii musculi disseminatae.

101. Ramus inferior nervi duri, qui et sympathicus minor, et facialis dictus fuit.

102. Ramus profundus interior nervi duri, vel muscularis internus.

103. Ejus fibrae ad musculum digastricum.

104. Ramus anterior nervi profundi.

105. Primus ejus funiculus, qui ad externam carotidem arteriam accedit pone maxillam inferiorem: *106.* ejus connexio cum ramo molli nervi intercostalis.

107. Ramus alter ejusdem nervi, qui sub caeteris ramis descendens communicat *108.* cum nervo cutaneo colli medio.

109. Nervus zygomaticus posterior rami superioris nervi facialis.

110. Ejus ramus descendens seu facialis, qui cum ramo adscendente *115.* arcum constituit, a quo nervi procedunt.

111. Ramus auricularis anterior.

113. Nervus cutaneus temporum, qui posterior est zygomatici ramus, communicans *112.* cum auriculari anteriore. Distribuitur *114.* sub musculo anteriori auris inter ramos cutaneos temporales quinti paris.

117. Comunicatio arcus *110. 115.* cum nervo cutaneo posteriori temporum *235.*

118. Ramus zygomaticus secundus, sive temporalis secundus nervi facialis.

119. Insertio rami unius qui ad tertium ramum spectat temporalem nervi facialis.

120. 121. Ramus supra aponeurosi m temporalis se jungens cum primo temporali nervi facialis.

122. 123. Insulae communicantium ramorum hujus nervi.

124. Ramulus ejusdem nervi, qui jungitur cum ramo supraorbitalis *23.*

125. Tertius ramus temporalis nervi facialis.

126. Ramus quo ipse cum quarto ramo communicat *131.*

127. Surculus adscendens per zygoma, et cum cutaneo medio temporum junctus.

128. Ejusdem nervis surculus alter, qui cum ramo orbitalis nervi superioris *132.* communicat superato zygomate: *129.* Ejus nexus cum cutaneo anteriori temporum.

130. Ramus supraorbitalis nervi temporalis, qui sub musculo orbiculari palpebrarum ad foramen incedit supraorbitale, et cum ramo sese unit *27.* nervi supraorbitalis.

131. Quartus nervus sive orbitalis superior nervi facialis: *132.* ejus ramus, qui postquam anteriorem zygomatis partem superscandit cum nervo conspirat *128.* Ramus *133.* est supraorbitalis *134.* anastomosis cum nervo *27.* Communicat quoque *135.* cum nervo supratrochleari.

136. Quintus nervus sive orbitalis inferior aut malaris a nervo faciali procedens: *137. 138.* Ejus rami ad partem exteriam

musculi orbicularis palpebrarum: *139.* Ramus alter, qui cum nervo conspirat cutaneo inferiori malae: *140.* Ramus anastomoticus cum eodem cutaneo: *141.* Ramus, qui ad inferiorem orbitae marginem adscendens cum altero ejusdem nervi ramo conjungitur, ex quo nervus oritur *142.*, qui ligamentum palpebrarum transgressus cum ramo *4o.* continuatur nervi palpebralis superioris interni.

144. Ramus muscularis orbicularis palpebrarum.

145. Ramus nervi orbitalis inferioris, qui sub musculo zygomatico procedit, cui surculum impertit.

146. Ramus facialis superior.

147. Ejus nervi surculus, qui se cum faciali medio conjungit.

148. 149. Ramus, qui sub musculo zygomatico decurrens communicat cum orbitali inferiori.

15o. Nervus infraorbitalis a nervo profectus faciali superiori.

151. Idem nervus continuatus cum ramo *72.* cutanei inferioris ossis malae.

152. Ejus communicatio cum ramis facialis medii.

153. Nervus facialis medius.

154. Ejus ramus qui communicat cum nervo faciali inferiori. *155.* ramus superior ejusdem nervi: *156.* ramus alter parvus, qui in facialem superiorem finem habet.

157. Ramus superior facialis adscendens sub musculo zygomatico.

158. Nervus inferior facialis magni.

159. Ramus qui conjunctionem format inter facialem, labiales superiores et cutaneum narium inferiorem.

16o. Cutaneus infraorbitalis nervi facialis inferioris.

161. Ramus qui supra venam facialem incedit: *162.* ejus surculus ad nares.

163. Ramus qui communicat cum nervo faciali superiori *159.*

164. Connexio hujus nervi cum nervo *43.* cutaneo dorsi narium.

165. 166. Facialis inferior, qui in medio musculo massetere incedit.

167. Connexio cum faciali inferiori *177.*

168. Secunda anastomosis cum nervo faciali inferiori.

17o. Ramus superior facialis medii, qui supra venam antrorsum procedit.

171. Ejusdem ramus inferior, qui se conjungit cum ramo 97. buccinatorii.

172. Ramus minor communicans cum tertio labialium superiorum.

173. Ramus ad nervos labiales superiores.

174. Alter ramus facialis inferioris qui cum buccinatorio communicat, et facialem arteriam circumdat.

175. Ramus inferior facialis.

176. Nervus buccalis ab eo ramo suppeditatus.

177. Ramus communicans cum faciali medio.

178. (Scalptoris errore nota numerum refert 188.) Ramus facialis inferior, qui in 181. sese conjungit cum ramo 180.

179. Ramus inferior buccalis: 180. ramus communicans cum 178. unde nervus 181.

182. Ramus facialis inferioris cutaneo maxillae conjunctus, unde nervus 183. qui supra musculum zygomaticum adscendit et se conjungit 184. cum ramis inferioribus facialis.

185. 186. Ejusdem rami, quorum alter 185. inferior venam et arteriam facialem circumdat; superior alter et minor 186. venam cingit, et communicat cum ramo inferiori nervi buccinatorii.

187. Ramus maxillaris inferior nervi facialis: 188. ejus communicatio cum faciali inferiori: 189. ramus inferior ejusdem maxillaris, qui coalescit cum cervicalibus et cutaneis superioribus colli: 190. ramus fertur antrorsum.

191. Ramus primus cutaneus colli facialis inferioris: 192. secundus: 193. tertius.

194. Connexio nervorum colli cutaneorum cum inferiori maxillari.

195. Ramus qui ex hoc conventu nascitur, et communicat cum ramo maxillari inferiori 190. nervi facialis.

196. Nervus a conjunctis 195. et 190. productus: 197. ramus ejus cum surculo continuus nervi mentalis: 198. ramus alter, qui communicat cum ramo infimo nervi maxillaris inferioris.

199. 200. Surculus maxillaris inferioris, coalescens cum nervo cutaneo medio colli nervorum cervicalium.

201. Cutaneus superior colli.

202. Nervus auricularis posterior tertii paris cervicalium, 203. ejus ramus communicans cum cutaneo colli superiori.

204. Nervus cutaneus lateralis faciei, qui sub cute decurrit glandulam parotidem contegente.

205. Ramus anterior auricularis posterioris, qui adscendit ante musculum sterno-mastoideum: 206. Ejus fibra quae jungitur ramo auriculari anteriori temporalis posterioris.

207. Ramus qui incedit retro cartilaginem helicis, et se distribuit sub cute ejus particulae.

208. Ramus medius auricularis posterior: 209. ejus distributio sub cute auris posteriori.

210. Ramus posterior auricularis posterioris: 211. ejus propagines ad convexam auriculae superficiem: 212. ejus continuatio cum nervo auriculari profundo posteriori nervi facialis: 213. cum ramo occipitali ejusdem nervi facialis.

214. Parvus nervus auricularis posterior, qui adscendit retro musculum sternomastoideum: 215 quâ se distribuit ad partem convexam externam auris: 216. ad musculum auriculae superiorem: 217. ad occiput.

218. Nervus cutaneus colli: 219. ramus medius: 220. hujus surculus superior, qui dividitur in ramum 221. communicante cum cutaneis superioribus colli, et 222. qui coalescit cum maxillari inferiori.

223. Cutaneus nervus inferior faciei: 224. ejus ramus, qui supra musculum platysmamyoideum fertur ad anteriorem partem maxillae inferioris: 225. 226. alii rami cutanei.

227. Cutaneus inferior colli, qui saepe a quarto venit pare nervorum cervicalium: 228. ejus ramus cum profundo ramo continuus nervi facialis 108.

229. Idem cutaneus colli ramus qui versus anteriorem maxillae faciem incedit: 230. ejus ramus anterior: 231. ramus ad musculum tringularem et quadratum.

232. Ramus inferior cutanei inferioris colli.

233. Nervus cutaneus colli a nervo faciali.

234. Nervus cutaneus lateralis faciei, qui dum adest soboles

est paris primi nervorum cervicalium sub cute partem inferiorem parotidis tegente.

235. Ramus nervi cutanei posterioris temporalis, qui transit supra arteriam temporalem, et se inserit in ramum superiorem nervi facialis.

236. Ramus alter ex eodem nervo qui antrorsum incedit retro arteriam temporalem et in superiorem ramum facialis se immittit.

237. Nervus cutaneus tragi.

238. Nervus auricularis anterior cutanei temporum, qui ad partem helicis anteriorem distribuitur, *239.*

240. Ramus, qui distribuitur in musculo auriculae levatore, et in cute.

241. Surculus qui communicat cum auriculari parvo posteriori secundi paris nervorum cervicalium.

242. Nervus occipitalis secundi paris cervicalium.

243. Ramus ejus qui communicat cum nervo *241.*

244. Nervus omnium posterior ab eodem occipitali procedens, et anastomosi junctus cum nervo *240.*

245. Nervus mollis nervi sympathici, supra ramos carotidis externae distributus.

246. Ramus qui adscendit cum arteria temporali.

247. Alter ramus arteriae maxillaris internae socius.

FIG. II.

Ex Jo. Frid. Meckel Dissertat. de quinto pare nervorum cerebri.

Effracta atque resecta est omnis ossium compages, quae ab osse temporum ad os maxillare superius, introrsum vero ad corpus ossis sphenoidei omnem capitis ambitum replet.

A. Ossis occipitis portio: *B.* pars ossis sincipitis: *C.* os temporale: *D.* per medium dissectus processus mastoideus.

e. Inter processum mastoideum et radicem processus styli-

formis effractus aquaeductus *Falloppii*, facialem nervum continens.

F. Pyramidis ossis maxillaris pars exterior.

K. Spina ab ossis temporalis inferiori latere ante fossam venae jugularis prominens.

M. Inferior pars membranae tympani, cui adhaerent ossicula.

N. Processus clinoideus posterior, dexter ossis sphenoidei.

P. Pars effracti sinus sphenoidei.

R. Convexa posterior paries sinus higmoriani.

S. Sinus maxillaris pars exterior, ossibus nudata.

T. Canalis infraorbitalis apertus.

W. Canalis nervi optici apertus.

X. Ossis frontis dissecti portio supra nasum posita.

Z. Maxilla inferior juxta symphysim resecta.

Θ. Musculus rectus colli anterior.

Φ. Lingua inversa, ut venter ejus extrorsum obversus appareat.

Ψ. Musculus genioglossus.

Ω. Ossis hyoidei cornu inter vasa eminens.

5. Arteriae carotidis truncus.

6. Ejus ramus cerebralis, sive carotis interna.

7. Carotidis flexio extra cranium.

8. Prima ejus flexio intra canalem caroticum.

9. Flexio secunda: *10.* tertia.

11 Quarta flexio et dissectio carotidis quâ cerebrum ingreditur.

12. Arteria ophthalmica a carotide nata et in orbitam pergens, ibidemque in ramos distributa.

13. Carotis externa, a qua *14.* arteria thyreoidea superior: *15.* arteria lingualis.

17. Ramus arteriae ad pharyngem adscendens.

23. Arteria occipitalis.

26. Facialis arteria a situ naturali diducta et rescissa.

27. Arteriae temporalis truncus adscendens, a qua *28.* auricularis posterior, et ab hac auriculari venit arteriola

29. stylomastoidea adscendens per aquaeductum Fallopii, et arteriola altera 30. ad originem musculi biventris.

32. Arteria maxillaris interna.

43. Infraorbitalis arteria comes nervi.

51. Nervus quinti paris superimpositus hedrae superiori pyramidis ossis temporum: 52. ejus ramus primus ophthalmicus resectus: 53. ramus secundus, qui maxillaris superior dicitur: 54. ramus tertius fortissimus.

55. Nervus sexti paris ad orbitam tendens, resectus.

ξ. Ramuli duo hujus nervi, qui supra arteriam carotidem sub secundo ramo quinti paris descendentes, insula facta, conjunguntur iterum, et intercostalis nervi radicem constituunt.

56. Nervi maxillaris superioris ramus primus subcutaneus malae resectus.

57. Ramus descendens ejusdem nervi.

58. Nervus septimi paris, qui durus nonnullis dicitur, in aqueductum Falloppii extrorsum inflexus.

λ. Insertio ramuli superficialis nervi Vidiani in nervum septimi paris.

μ. Ramus profundus nervi Vidiani, cujus ramulus superior ν. est radix superior nervi intercostalis, quae conjungitur ξ. cum radice intercostalis a sexto descendente, et o. una inseritur in ganglion cervicale superius.

π. Ramulus nervi Vidiani alter profundior ad intercostalem, arteriae carotidi sese subjiciens, insertus ρ. in ganglion cervicale superius.

59. Nervus intercostalis ex his duabus radicibus ortus.

60. Ejus ganglion cervicale superius in hoc subjecto per totum fere collum continuatum.

σ. Ramus palatinus descendens, secundi rami quinti paris.

ς. Hujus surculus anterior major immittens se in canalem pterygo-palatinum anteriorem majorem.

τ. Ejus ramulus nasalis inferior, perforans processum nasalem ossis palati.

v. Nervus palatinus posterior minor descendens cum arteria comite in canalem pterygopalatinum posteriorem.

φ. Ramus exterior minimus nervi palatini, cum arteriola intrans canalem pterygopalatinum exteriorem.

χ. Ramus alveolaris sive dentalis posterior.

ψ. Ejus communicatio cum ramulo dentali anteriori nervi infraorbitalis.

ω ω ω. Ejusdem nervi ramuli descendentes per foraminula tuberositatis maxillaris ad radices dentium molarium.

61. Nervus infraorbitalis secundi rami quinti Paris.

2. 2. Ramus ex secundo quinti ortus in fibras buccinatoris.

b. Hujus ramus dentalis anterior, cujus surculus *c*. anastomosi convenit cum nervo dentali posteriori *ψ*.

d. Ramus nasalis superficialis superior, a quo *e*. rami palpebrales inferiores.

f. f. Ejus tres rami in musculum compressorem narium, et cutem.

g. Ramus nasalis superficialis inferior ab infraorbitali.

k. k. Ejusdem ramuli in musculos depressorem alae nasi, nasalem labii superioris, et cutem septi narium.

l. Labialis superior ramus primus.

m. m. Ejus anastomosis cum facialis ramulis.

n. n. n. Ejusdem ramuli in musculum orbicularem labiorum et cutem labii superioris.

o. Ramus labialis superior secundus cujus surculus recectus *p*.

q. q. Ejus anastomoses cum ramulis facialis: *r. r*. ramuli in musculum orbicûlarem labiorum et cutem labii superioris.

s. Ramus labialis superior extimus: *t*. ejus ramulus palpebralis superior exterior.

u. u. u. Ramuli descendentes in partem extimam musculi orbicularis et cutem labii superioris.

v. v. Ramuli ejusdem in elevatorem communem labiorum inserti.

w. Anastomosis ejus nervi cum insigni ramo nervi facialis.

62. Continuatio rami tertii quinti paris.

63. 64. 65. 66. 67. Ejus rami superiores: *63*. massetericus. *64*. tem-

poralis exterior: *65.* temporalis interior: *66.* buccinatorius: *67.* pterygoideus: omnes resecti.

69. 70. Ramus maxillaris inferior: *70.* ejusdem ramus lingualis.

71. Insertio chordae tympani in ramum lingualem.

72. 72. Ramuli posteriores ex nervo linguali ad ganglion maxillare.

73. Ramulus ejusdem anterior ex linguali retrogradus.

74. Gangliolum maxillare.

75. Ejus ramuli in glandulam maxillarem inserti.

76. Ramulus ex gangliolo antrorsum supra musculum ceratoglossum abiens, anastomosi junctus cum ramulo ex nervo linguali noni paris.

77. Ramuli nervi lingualis in glandulam sublingualem et cutem oris.

78. Ejusdem ramulus, linguae substantiae immersus, communicans cum ramulo noni paris lingualis.

79. Ejusdem nervi lingualis reliqui rami in linguae substantiam trorsum abeuntes.

80. Ejus ultimi ramuli in linguae apicem excurrentes.

81. Ramus temporalis superficialis tertii rami quinti paris.

82. Hujus radix superior a trunco descendente profecta tertii rami quinti paris.

83. Ejus radix inferior a nervo maxillari inferiori reflexa.

84. Ramus facialis septimi paris descendens per aquaeductum *Falloppii*.

x. Chorda tympani ex hoc nervo orta, reflexa, ad cavitatem tympani adscendens.

86. Nervi facialis ramus superior ad tempora adscendens resectus.

87. Ramus ad faciem excurrens.

88. Ejusdem nervi ramus descendens abscissus.

89. Nervus noni paris circa octavum circumflexus.

90. Ejus ramus descendens ad musculos ossis hyoidis.

91. Ramulus communicans cum ramulo ganglii maxillaris desinensin musculum genioglossum.

92. Ejusdem ramus, anastomosi conveniens cum ramulo lingualis.

93. Rami ejusdem in musculum genioglossum desinentes.
94. Nervus octavi paris resectus.
95. Ejus ramulus in ganglion cervicale superius nervi intercostalis sese inserens.
96. Ejusdem ramus laryngeus.
97. Ramus nervi primi paris cervicalium supra processum transversum atlantis emergens, descendens supra musculum colli rectum anteriorem.
98. Ramus hujus in ganglion nervi intercostalis cervicale.
99. Nervus secundi paris cervicalium.
γ. Ramus ex secundo cervicalium in nervum intercostalem insertus.
Λ. Musculus circumflexus palati a tuba descendens.

FIG III.

Ex A. B R. Hirsch Paris quinti nervorum Encephali Disquisit. Anatomic.

Calvaria feminae quadraginta annos habentis, per medium abscissa.

A. Truncus quinti paris ab origine abscissus et stylo incumbens.
B. C. Ganglion semilunare, seu Gasserianum.
D. Ramus primus orbitalis dictus e ganglio proveniens.
E. Secundus ramus, maxillaris superior.
F. Tertius, seu maxillaris inferior.
G. G. Nervi optici ab origine abscissi.
H. Foramen occipitale.
I. Stylus ferreus, cui truncus quinti paris incumbit.
K. Fovea dextera ossis sphenoidei.
L. L. Os frontis.
M. M. Pyramis ossis temporum.
N. N. Foveae posteriores pro cerebello locando destinatae.

TABULA CCXLVIII.

FIGURA I.

Ex G. T. Asch de primo pare nervorum medullae spinalis Diss.

Ex infantis biennis latere sinistro.

A. Auriculae lobulus.
B. Maxilla inferior.
C. Processus mammillaris.
D. Ossis occipitis pars inferior.
E. Musculus complexus, et ejus pars superior reflexa.
F. Obliquus capitis superior truncatus.
G. Obliqui inferioris portio.
H. Rectus posticus major.
I. Musculi biventris pars juxta processum mastoideum.
K. Portio reliqua anterior ejusdem musculi.
L. Styloglossus: *M.* Stylopharyngeus: *N.* Stylohyoideus.
O. Os hyoides.
P. Musculus mylohyoideus.
Q. Sternohyoideus resectus.
R. Longus colli sinistri lateris.
S. Rectus major anticus.
T. Corpus tertiae vertebrae colli.
U. Diffractus processus lateralis atlantis.
1. Ganglion primi paris nervorum medullae spinalis: *2.* ejus nervi ramus posterior *3.* ramus anterior.
4. Rami anterioris surculus adscendens.
5. Ramulus alter, qui anastomosim facit cum nono pare nervorum.
6. Ganglion supremum nervi intercostalis.

7. Anastomosis inter ramum anteriorem primi paris cervicalium et ganglion intercostalis.
8. Alia anastomosis inter idem ganglion et ramum anteriorem secundi paris nervorum cervicalium.
9. Nervus intercostalis: 10. ejus ganglion medium.
11. Ganglion secundi paris nervorum cervicalium.
12. Ejus ramus posterior truncatus: 13. ramus anterior.
14. Anastomosis inter ramos anteriores primi et secundi paris.
15. Ramulus a ramo procedens anteriori secundi paris, qui se conjungit cum tertio pare cervicalium 16., et exinde mittit nervum 17. ad musculum sterno-cleido-mastoideum; et 18. ad scalenum medium.
19. Tertium par nervorum cervicalium.
20. Quartum par nervorum cervicalium.
21. Anastomosis inter tertium et quartum par cervicalium.
22. Quintum cervicalium nervorum par.
23. Anastomosis inter quartum et quintum.
24. Fossa venae jugularis fasciculum nervorum emittens.
25. Nervus accessorius resectus et reclinatus.
26. Octavum par nervorum capitis resectum.
27. Nervi pharyngei, ex octavo pare.
28. Laryngeus nervus ex eodem octavo productus.
29. Nonum par nervorum capitis.
30. Nervus colli descendens, accipiens ramum 31. a ramo anteriore secundi paris cervicalium insertum musculo sternothyroideo et sternohyoideo.

FIG. II.

Ex eodem Opere.

Varietas rami anterioris nervi primi paris medullae spinalis ex cadavere quinquaginta circiter annorum.

A. Auriculae lobulus.
B. Capitulum maxillae inferioris.

C. Processus mastoideus.
D. Styliformis processus a musculis denudatus.
E. Portio ossis occipitis.
F. Musculus obliquus superior a processu transverso atlantis separatus et reclinatus.
G. Obliquus inferior itidem seperatus et reclinatus.
H. Rectus major anticus.
I. Longus colli.
K. Sternohyoideus.
L. Carotidis communis truncus.
m. Arteria ex carotidis trunco adscendens ad magnum ganglium nervi intercostalis.
M. Carotis cerebralis sive interna: *N.* superficialis sive externa: *O.* ejus ramus, qui dicitur arteria thyreoidea superior: *P.* arteria lingualis: *Q.* labialis.
R. Reliquiae processus transversi atlantis.
S. Pars posterior secundae vertebrae, spinae propinqua.
1. Ganglion primi paris nervorum medullae spinalis inter arteriam vertebralem et atlantem emergens: *2.* ramus posterior ejusdem primi paris resectus: *3.* ramus anterior.
4. Rami anterioris ramulus adscendens ad musculum rectum lateralem: *5.* ramulus alter ad musculum rectum minorem anticum capitis.
6. Anastomosis superior rami anterioris cum nervo octavi paris: *7.* anastomosis altera inferior inter eosdem nervos: *8.* anastomosis inter ramum anteriorem primi paris et descendentem noni.
9. Anastomosis inter ramum anteriorem primi paris cum ganglio supremo nervi intercostalis.
10. Anastomosis rami anterioris primi paris descendentis cum ramo anteriore secundi paris adscendente.
11. Ganglium supremum nervi intercostalis.
12. Nervus intercostalis.
13. Ganglium secundo paris nervorum cervicalium: *14.* ramus posterior ejusdem secundi paris resectus.

15. Ramus secundi paris anterior: 16. ejus ramulus, anastomosim faciens cum ganglio cervicali: 17. 17. ejus rami ad musculum rectum anticum majorem colli.

18. Ramus dissectus, qui conjunctus cum ramo tertii paris anastomosin faciebat cum ramo descendente noni paris, et surculum suppeditabat musculo sternothyreoideo, sternohyoideo, et coracohyoideo.

19. Anastomosis inter ramum anteriorem secundi paris cum tertio pare nervorum cervicalium.

20. Nervus tertii paris cervicalium: 21. Ejus ramus dissectus, qui conjunctus cum ramo secundi paris, anastomosin faciebat cum descendente noni: 22. ramus alter, qui cum nervo quarti paris anastomosim efficiebat.

23. Nonum par nervorum capitis: 24. ejus ramus descendens dissectus.

25. Octavum par nervorum capitis: 26. ejus ramus qui divisus facit 27. ramum laryngeum, et 28. ramum ad glandulam thyreoideam.

29. Ramus pharyngeus octavi paris, juxta os hyoides se in musculos inserens.

30. Alius ramus pharyngeus supra os hyoides musculos ingrediens.

31. Nervus qui ramos modo descriptos anastomosi conjungit.

32. Nervus accessorius resectus.

33. Septimum par nervorum capitis, durus dictus; vel facialis.

FIG. III.

Ex eodem Opere.

Adulti hominis circiter quinquagenarii imaginem exhibet.

A. Processus mastoideus.

B. Portio superior musculi complexi, cujus major pars *C.* resecta et reclinata.

D. Musculus obliquus superior capitis.
E. Obliquus capitis inferior.
F. Cervicis musculus rectus major: *G.* minor.
H. Rectus capitis lateralis.
I. Levator scapulae.
K. Arteria temporalis injecta cera turgida per cutem transparens.
a. Arteria sincipitis: *b.* arteria occipitalis: *c.* hujus arteriae ramus descendens interior et anterior.
d. Arcus arteriae vertebralis circa atlantem circumflexae.
e. Anastomoses inter ramum arteriae occipitalis dextri lateris et ramum ejusdem lateris sinistri.
f. Processus vertebrae secundae oblique descendens, superimpositus processui *g.* oblique adscendenti vertebrae tertiae colli: *h.* Portio conspicua arcus tertiae colli vertebrae: *i.* Processus oblique adscendens quartae vertebrae colli.
1. Nervus primi paris medullae spinalis, sive cervicalium: *2.* ejus ramus anterior cujus ramulos in prima et secunda Figura hujus Iconis jam descripsimus.
3. Ramus posterior nervi primi paris; cujus ramulus *4.* descendens perforat musculum obliquum inferiorem, dein convenit anastomosi *5.* cum ramo posteriore nervi secundi paris cervicalium.
6. Secundus ramulus rami posterioris, cujus ramusculus superior *7.* inseritur in musculum rectum minorem.
8. Tertius ramulus longissimus, tendens surculis suis ad musculum complexum.
9. Quartus ramulus: *10.* ejus surculus superios in musculum obliquum superiorem.
11. Ganglion nervi secundi paris medullae spinalis: *12.* Ramus ejus anterior, qui statim surculum *13.* praebet musculo cervicali descendenti.
14. Ramus posterior nervi secundi paris, qui perforans musculum biventrem cervicis, et adscendes super occiput ad verticem capitis innumeros distribuit surculos in occipitis regione.

15. Ramus adscendens tertii paris nervorum medullae spinalis resectus ramos itidem mittens ad musculum occipitalem versus aurem.
16. Insignis anastomosis inter ramos adscendentes nervi secundi et tertii paris medullae spinalis.
17. Ramulus posterioris rami nervi secundi paris ad musculum splenium.

FIG. IV.

Ex Jo. Frid. Lobstein. De nervo spinali ad par vagum accessorio.

A.A. Integumenta reflexa.
B. Musculus latissimus colli.
C. Musculus sternocleidomastoideus.
D. Rectus colli.
F. Portiones scaleni.
G. Elevator scapulae.
H. Splenius capitis.
I. Trapezius a spina scapulae, atque a clavicula solutus et reclinatus.
L. Musculus supraspinatus.
O. Extremitas humeralis claviculae.
a. Nervus spinalis emergens sub musculo sternocleidomastoideo.
b. Ramus secundi paris ad sternocleidomastoideum adscendens et ad latera capitis.
c. Ramus secundi paris ad latissimum colli.
d. Alter ramus secundi paris cervicalis, in duos iterum subdivisus, quorum unus *e.* intrat in nervum spinalem cum ramo *f.* a tertio pare cervicalium proveniente; alter *g.* iterum in duos subdividitur, quorum prior *h.* cum ramulo *i.* a tertio pari cervicalium pronato unitur atque trapezio musculo distribuitur; alter *l.* ad latus descendit sternocleidomastoidei, et prospicit latissimo colli.

m. Ramus tertii paris cervicalium.
n. Ejus ramulus in duos subdivisus trapezium petentes.
o. Ramulus alter a ramo *m.* proveniens, qui iterum in surculos dividitur *f. p.* et accessorio unitur.
r. Ramus ad claviculam descendens.
s. Ansa communicationis nervi spinalis ad ramum secundi paris cervicalium.
t t.t. Ramuli laterales nervi spinalis trapezio prospicientis.
u. Ramus a secundo pari cervicalium occiput petens.

FIG. V.

Ex eodem Opere.

A. Apophysis mastoidea: *B.* Occipitis portio.
C. Musculus sternocleidomastoideus.
D. Venter posterior musculi digastrici.
a. Arcus atlantis: *b.* reliquiae processus ejus transversi.
c. Apophysis condyloidea atlantis.
d. Arcus arteriae vertebralis elevatae.
e. Carotidis communis truncus: *f.* carotis cerebralis: *g.* superficialis.
1. Nervi spinalis continuatio: *2.* truncus abscissus et reclinatus ut ansulae visui melius offerantur: *3.* ejus nervi continuatio per musculum sternocleidomastoideum.
5. 6. Duo filamenta, quae ablata membrana in conspectum veniunt.
7. Communicatio rami nervi spinalis cum secundo filamento.
8. Ansa communicationis cum tertio filamento.
9. Ramus pro constituendo nervo pharyngeo.
11. Ejusdem ansa communicationis cum ramo *7. 8.*
12. Continuatio nervi spinalis.
14. Ramus pro nervo pharyngeo.
15. Nervus pharyngeus.
16. Ramus portionis parvae octavi paris.
18. Nervus ad linguam tendens.

20. Octavum par nervorum cerebri.
21. Nervus intercostalis: 22. ejus ganglion colli primum.
23. Ramus adscendens noni paris.
24. Primi paris cervicalium ramus anterior: 25. posterior ramus abscissus: 29. ramus ejus ad nonum par.
30. Ramus ad nonum par quasi ex secundo pari cervicalium proveniens.
31. Ramus anterior secundi paris cervicalium.
32. Ejusdem ramus descendens communicationis cum 33. tertio pare nervorum cervicalium.
34. 35. Ramuli ad intercostalis ganglion.
36. Quartum par nervorum cervicalium.

FIG. VI.

Ex Jani Bang. Nervorum cervicalium anatome.

I. Primum par nervorum cervicalium.
a. Ejus ramus anterior, qui surculum *1.* ad rectum colli lateralem mittit; deinde descendit et format arcum *2.* cum ramo anteriore *c.* secundi paris. Hic arcus in uno cadavere insulam formavit, e cujus ramo anteriore *3.* surculi exorti, quorum primus *4.* et tertius *5.* ad nervum *E.* noni paris: secundus *6.* et quartus *7.* ad ganglion *. cervicale supremum nervi intercostalis *A.* ramulus *8.* ad musculum rectum majorem et minorem anticum colli.
b. Ramus posterior primi nervi cervicalis, a quo ramus descendens *9.* anastomosi junctus cum ramo *d.* secundi nervi cervicis: deinde ramulus egreditur *10.* ad rectum majorem et minorem posticum colli: *11.* surculus ad complexum, et *12.* nervus alter adscendens ad musculum colli rectum lateralem et obliquum superiorem.
II. Secundum per nervorum cervicalium egreditur inter vertebram primam et secundam.
c. Ejus ramus anterior, qui emittit ramulum adscendentem *13.* junctum cum ramo anteriore *a.* primi paris *14.* surculus

ad ganglion *. nervi intercostalis. *15.* ramus descendens qui cum anteriore ramo *e.* tertii paris anastomosim facit. Ramus alter *16.* ad nonum cerebri par.

d. Ramus posterior, ramulo *17.* junctus cum tertio pare: progreditur *18. 18.* et occipitalis magnus appellatur. Is emittit ramos profundiores *19.* ad multifidum spinae: superficiales *20.* ad splenium, complexum, trapezium: ramos alios *21* communicantes cum occipitali parvo *26.*

III. Tertium par nervorum cervicalium inter vertebram secundam et tertiam.

e. Anterior ramus, qui dat surculum *22.* insertum nervo intercostali: *23.* ramulum descendentem ad nonum par, cum quo angulum format acutum, et ex eo angulo rami *24.* ad laryngem abeunt. *25.* Ramulus communicans cum ramo posteriore *h.* quarti paris. Postea assumpto ramulo *15.* a secundo pare procedente fit occipitalis parvus adscendens, qui ramulum excipit anastomoticum a ramo posteriore *f.* ejusdem cervicalis, et ramum emittit *28.* descendentem ad musculum suprascapularem. *29* Ramus communicans cum ramo anteriore quarti paris *g.* Ab eodem ramo *e.* prodit *30. auricularis principalis* vel magnus posterior, qui distribuitur in anteriorem et posteriorem. *31. 32.* Anterior, a quo filum *33.* cum superficiali colli medio communicans, ramus *34.* communicans cum ramo auriculari anteriore nervi duri *B.* surculus *35.* ad helicem auris, alter *36.* pone helicem: *37.* medius sub cute ad auris convexitatem: *38.* posterior pone aurem sese diffundit et cum ramo posteriori auriculari nervi duri *B.* communicat. A ramo *30.* gignitur quoque posterior ramus auricularis principalis *39.* qui ad musculos aurem retrahentes sese dispergit: *40. superficialis* colli versus anteriorem colli partem distributus, et ab eo duo ramuli *41. 45.* Ramus *41.* superior vel superficialis *medius* sequitur venam jugularem et in ramos iterum dividitur *42. 43.* cum superficiali colli superiore et infimo communicantes; deinde dat surculum *44.* qui colli glandulis et pinguedini

prospicit. 45. Ramus interior sive superficialis infimus cum superficiali medio 41. communicat, et ramulos 46. immittit in musculum platysma-myoidem et integumenta.

f. Posterior ramus dat nervos intermusculares, scilicet 47 superficiales musculo complexo et splenio, profundiores 48. multifido et transversis vertebrarum. Conjungitur anastomosi cum ramo posteriori secundi cervicalis *d.* et cum occipitali parvo 26.

IV. Quartum par inter tertiam et quartam vertebralem cervicis.

g. Ramus anterior, a quo filum 49. transit ad nervum intercostalem. Deinde assumpto ramo anastomotico 29. a ramo anteriori *e.* tertii paris suppeditat 50. nervum *diaphragmaticum* sive *phrenicum*. Mox dividitur in tres ramulos: 51. *posteriorem* qui superficialis scapulae dicitur et surculos dat 52. supraspinales, et 53 infraspinales: 54. *medium*, in musculum trapezium abeuntem, et ad humerum 55. et 56. ad partem superiorem thoracis: 57. *anteriorem*, a quo 58. ramus prodit ante partem clavicularae mediam, et 59. alter ad ejusdem ossis regionem anteriorem. Postremo ab hoc nervo ramus procedit 60. communicans cum anteriore ramo *i* quinti paris cervicalium.

h. Ramus posterior, qui surculum emittit anastomoticum 61. ad ramum anteriorem *e.* tertii paris. Deinde nervis 62. superficiali, et 63 profundo diffunditur supra musculum multifidum spinae, caeterosque vicinos.

V. Quintum par nervorum cervicalium inter quartam et quintam cervicis vertebram decurrens.

i. Anterior ramus, qui filum protendit 64. cum nervo intercostali communicantem, et alium 65. cum ramo anteriore quarti paris conjunctum. Hic ramulum 66. demittit qui connectitur cum sexto et septimo pare nervorum cervicalium, ex qua communicatione oritur nervus 67. *thoracicus major* ad latus thoracis distributus. Tum suppeditat ramulum 68., qui pergens ad plexum brachialem

una cum ramo *69.* sexti paris nervi musculo-cutanei, mediani et radialis radices efformat, et scaleno prospicit, rhomboideo, trapezio. Ab hoc nervo venit suprascapularis *70.* in musculum supraspinatum.

k. Ramus posterior dat ramum *71.* superiorem, et *72.* inferiorem multifido spinae, caeterisque vicinis musculis.

VI. Sextum nervorum cervicalium par inter quintam et sextam colli vertebram procedens.

l. Ramus ejus anterior, communicans cum nervo intercostali ope surculi *73.* Deinde ramum demittit *74.* cum septimo pare conjunctum. Connectitur ramo *75.* cum septimi paris ramo *84.* Deinde accepto ramo *68.* quinti paris dat ramum *76.* qui communicat cum ramo *83.* septimi paris et suppeditat nervum *thoracicum minorem* in superficie musculi pectoralis descendentem. Ab eo quoque ramus producitur *78.* ad plexum a septimo et octavo cervicali formato, et ramus alter *79.* in musculo scaleno diffunditur.

m. Posterior ramus in musculis profundis distributus.

VII. Septimum par nervorum cervicalium inter sextam et septimam colli vertebram.

n. Ejus ramus anterior, qui emisso ramulo *80.* in ganglion cervicale infimum *β.* ramum dat anastomoticum *81.* ad formandum nervum thoracicum majorem. Mox in duos ramos divisus *82. 85.* surculum projicit *83.* cum sexto pare communicantem ad efficiendum thoracicum minorem, et ramulum alium *84.* qui sese implicat ramo descendenti sexti paris. Ramus *85.* connectitur cum sexto et octavo pare, et plexum format, ramusculis ad axillares glandulas productis.

o. Ramus posterior in musculis profundis deletur.

VIII. Par octavum nervorum cervicalium inter septimam colli vertebram et primam dorsi.

p. Ramus ejus anterior, qui brevem ramum *87.* dat ganglio cervicali infimo *β.* Deinde filum insinuat *88.* ramo anteriori primi nervi dorsalis, et cum eo conjungitur *89.* ad

componendum nervum cubitalem, cutaneum internum et radialem. Postea ramum emittit *90.* qui surculum dat *91.* primo pari dorsali, et alium septimo pari cervicali infixum.

q. Ramus posterior in musculis profundis diffunditur.

In adjecto fragmento cadaveris nervi exhibentur, qui, juxta nonnullos, intercostali nervo radices suppeditant.

A. A. Arteria carotis.

B. Nervus sexti paris oculum abducens: *a. a.* ejusdem ramus supra carotidem divisus in *b.* anteriorem surculum qui radicem primam constituit nervi intercostalis, et *c.* posteriorem qui efficit secundam radicem.

C. Primus ramus quinti paris, vel ophtalmicus, truncatus.

D. Secundus ejusdem ramus, vel maxillaris superior, a quo *d.* subcutaneus malae; *e. f. g. h.* palatini; *i.* ramulus in sinu sphenoideo et ad posteriorem partem nasi.

K. Secundi rami ramus Vidianus. Ejus ramulus anterior *l.* inseritur ramulo sexti paris: *m* superficialis qui ad nervum durum pergit: *n.* profundus surculus qui format radicem nervi intercostalis tertiam.

E. Conjunctio ramuli anterioris et posterioris sexti paris cum ramo profundo secundi rami quinti paris in *F.* ganglion cervicale superius.

G. Tertius ramus quinti paris, sive maxillaris inferior.

FIG VII.

Ex Cadavere.

Dexteram capitis partem ostendit ita praeparatam ut tertii rami quinti paris incessus in conspectum veniret.

A. Os occipitale serra dissectum.

B. Sinus ossis sphenoidei.

C. Os frontale. *D.* Portio dextera nasi cartilaginei.

E. Palatum. *F.* Sinus maxillaris dexter diffractis ossibus conspicuus.

G. Processus styliformis ossis temporalis.

H. Maxilla inferior dissecta. *I.* Ejus angulus.

K. Portio adscendens maxillae ad processum articularem.

L. Musculi masseteris facies interior, dempto buccinatore detecta.

M. Labii inferioris crassities.

a.a.a.a. Dentes molares, quorum radices ablato alveolorum pariete interiore in aperto sunt.

b. Foramen insculptum in facie interna et laterali maxillae, quod initium praebet canali *c. c.* cujus paries internus ablatus.

d. Arteriae carotidis externae continuatio nonnihil remota.

e. Nervi maxillaris inferioris ramus lingualis truncatus quâ linguae accedebat.

f. Tertii rami quinti paris ramus maxillaris, qui foramine *b.* superato per canalem maxillae decurrit *g. g.* minimos surculos dentium radicibus suppeditat *i. i. i.* dein in regione dentium tomicorum in filamenta dividitur *k.* antequam truncus foramine egrediatur, quod est prope mentum in facie maxillae anteriori.

h. h. Nervus mylohyoideus.

l. Chorda tympani nervo linguali tertii rami quinti paris inserta.

m. Nervus buccinatorius, cujus rami *n. n.* per musculi buccinatorii exteriorem faciem disseminantur.

o. Adeps buccae musculum buccinatorium operiens.

p p. Rami nervei per membranam sinus maxillaris distributi ad ramum secundum quinti paris pertinentes.

TABULA CCXLIX.

Ex Anton. Scarpae Tabul. Neurol.

FIGURA I.

Nonus nervorum cerebri, seu lingualis medius.

A. Vena cava superior: *B. B.* Jugularis interna: *C.* ejus truncus *superficialis*. *D.* Jugularis interna cerebralis.

E. Arteria innominata. *F.* Subclavia dextera: *G. G.* Arteria carotis communis dexteri lateris: *H.* Maxillaris interna: *I.* Maxillaris externa seu *labialis*.

K. Processus styloideus ossis temporum.

L. Sterni manubrium.

M. Styloglossus musculus: *N.* Stylohyoideus.

O. Musculus genioglossus, cujus penitiores fasciculi de industria divaricati.

P. P. Mylohyoideus musculus ab dextero maxillae inferioris latere esectus et revolutus.

Q. Obliquus capitis superior.

R. Glandula sublingualis.

1. Nonus nervorum cerebri, seu *lingualis medius* qui de cranio egressus arcte cohaeret cum octavo ope cellulosi textus stipati, atque etiam interdum tradita acceptave fibrilla nervea. Mox inter venam jugularem, atque occipitalem arteriam interiora et inferiora versus incedens vergit ad linguam.

2. Descendens ramus noni, quem nonnulli descendentem colli internum dixerunt.

3. Nervi descendentis incessus supra carotidem communem.

4. 5. Rami duo a descendente profecti, ac deinceps in unum coa-

liti, mox iterum sejuncti carnem superiorem adeuntes musculi costoyoidei *12. 13.* et sternohyoidei *6. 7. 8. 9. 10.*

15. Nervus a secundo cervicalium cum descendente noni concurrens.

16. Alter nervus a cervicalium tertio editus et cum descente confluens.

17. Concursus et plexuosa anastomosis secundi et tertii cervicalium cum nervo descendente noni. Ex hac nervorum copulatione ii omnes emanant nervi, qui musculis prospiciunt os hyoideum et simul laryngem deprimentibus sternohyoideo videlicet, sternothyreoideo, et costohyoideo.

18. 19. 20. 21. Rami duo ex copulatione descendentis noni et cervicalium profecti, qui per medios fasciculos musculi sternothyreoidei serpentino incessu procedunt.

22. 22. Praelongus nervus per adversam faciem musculi sternothyreoidei disseminatus: *23. 24.* Ejusdem nervi teneriora stamina sub sterno continuata.

25. 26. 27. Socius alter nervus ex plexu cervicalium cum descendente noni profectus, et per priorem faciem repens musculi sternothyreoidei.

28. 29. Nervus costohyoideus alter, qui a plexuosa anastomosi descendentis noni cum superioribus cervicalibus abscedens fertur per adversam faciem carnis inferioris musculi costohyoidei.

30. 31. Tenuissima duo filamenta nervea a quarto et quinto spinalium cervicalium edita, quae sub initio retro jugularem venam internam deorsum lapsa, mox sursum reflexa commercium nervi descendentis noni cum spinalibus cervicalibus augent.

32. Noni nervorum cerebri truncus inter majores venas arteriasque colli oblique deorsum et antrorsum ad linguam properans.

33. 34. Nervulus a trunco noni prope secundam flexuram abscedens et musculo hyothyreoideo prospiciens.

35. Series nervulorum a concavitate secundae flexurae noni

nervi exorta, quae fila tradit musculis ceratoglosso, styloglosso, basioglosso, simulque cum nervo linguali rami tertii paris quinti nervorum cerebri copulatur.

36.37.38. Filamenta nervea superioribus ceratoglossi fibris et styloglosso musculo impertita.

39. Duplex anastomosis noni cum *linguali* nervo paris quinti nervorum cerebri.

40. Filamenta quaedam nervea ex plexu ceratoglosso noni sub linguali glandula in carneam texturam linguae, quae in ejus margine est, et styloglossi musculi continuationem esse videtur, inserta.

41. Noni nervi extremus truncus in ramos solutus, perque penitiores carneos fasciculos musculi genioglossi, quorum fasciculorum directionem intersecat, disseminatus.

42. Noni surculus musculo genioglosso traditus.

43. Lingualis nervus ex tertio ramo quinti paris nervorum cerebri.

45. Lingualis quinti ramus ad glandulam sublingualem.

46. Penicilli nervei lingualis quinti, qui inter styloglossi musculi fibras ad apicem usque linguae protensas, et genioglossum musculum incedentes desinunt tandem manifesto in papillare stratum, quod est fere a medietate linguae antrorsum, praecipue vero in confertas papillas quae apicem obsident et margines anteriores linguae.

47. Nervi ad octavum accessorii ramus major, exterior: *48.* ejus fila quaedam in fasciculos carneos sternomastoidei insumpta.

49. Accessorius nervus versus scapulam ad trapezium delabens.

50. Spinalis nervus cervicalis secundus.

51. Anastomosis inter nervum cervicalem secundum, et accessorii ramum majorem exteriorem.

52. Spinalis cervicalis tertius: *53.* ejus anastomosis cum ramo majore exteriore accessorii.

54. Cervicalis spinalis quartus. *55.* Quintus. Plexus brachialis summa pars.

56. Phrenicus nervus; *57.* ejus radix tertia in hoc subjecto a cervicalium quinto duplici brevique palmite nata.

FIG. II.

Nervus glossopharyngeus, et octavi nervorum cerebri pharyngaeus.

A.A. Vena jugularis interna exsecta.
B. Vena thyreoidea inferior.
C. Arteria carotis communis. *D.* Carotidis externae initium obtruncatum. *E.* Arteria thyreoidea superior. *F.* Carotis interna seu cerebralis.
G. Musculus mylohyoideus ex dextero margine maxillae inferioris solutus.
H. Musculus geniohyoideus. *I.* Genioglossus.
K. Lingua.
L. Musculi biventris maxillae inferioris caro posterior resecta et extroversa.
M. Musculi stylohyoidei caput alterum.
N. Ceratoglossi musculi e sua sede sublati et excisi initium.
O. Musculus hyothyreoideus.
P. Tonsilla dextera.
Q. Glandulae parotidis pars.
q. Processus styloideus ossis temporum.
r. Ligamentum ab angulo maxillae inferioris in ossis hyoidei apicem protensum.
1. Glossopharyngaeus nervus.
2. 2. Nervi glossopharyngaei ramus primus anastomosim instituens cum ramo digastrico *3.* communicantis faciei.
4. Ejusdem ramus alter cum nervo pharyngaeo octavi copulatus.
5. 6. Nervi glossopharyngaei rami duo in plura minora filamenta divisi, super carotidem internam descendentes, et cum nervis mollibus ganglii cervicalis superioris nervi intercostalis consociati.
7. 8. Duo alii rami ganglio et plexui pharyngaei nervi ex octavo accedentes.
9. Funiculus nerveus ex coalitu emergens plurium filamentorum glossopharyngaei, cui fibrae accedunt *48.* a ganglio cervicali superiori.

10. Fila nervea ex copulatione staminum mollium et glossopharyngaei confecta in divisione carotidis communis conspicienda: 11. nervus surculus ejus ordinis insidens arteriae thyreoideae superiori.

12. Filamentum a funiculo 9. procedens, quod super carotide communi deorsum labens ad nervum cardiacum superficialem properat.

13. Glossopharyngaei crassiusculus ramus, partim cum plexuosa expansione 14. nervi pharyngaei ex octavo in constrictorem pharyngis superiorem disseminatus, partim cum ramis 15. glossopharyngaei circumflexis, aliisque ex eadem origine surculis musculo stylopharyngaeo traditis coalitus.

16. Insignis ramus glossopharyngaei, ex quo emanant nervi 17. 17. musculo stylopharyngaeo inserti.

18. Glossopharyngaei ramus lingualis minor exterior: 19. lingualis alter minor non perpetuus.

20. Circulus tonsillaris *Anderschii*, seu plexuosa anastomosis rami lingualis minoris exterioris cum palmitibus editis a concavitate trunci glossopharyngaei.

21. 22. Glossopharyngaei rami linguales laterales, qui per marginem linguae radici ipsius adstantem distribuuntur.

23. Glossopharyngaei fila duo, quae partim in constrictorem pharyngis superiorem desinunt, partim in membrana glandulosa epiglottidem velante insumuntur.

24. Rami linguales profundi nervi glossopharyngaei. Hi, haud aliter ac linguales laterales, transgressa textura carnea linguae, ad organi hujus superficiem contendunt in eo tractu, qui est a radice linguae ad pollicem circiter ante foramen ipsius caecum.

25. Accessorius nervus ad octavum cerebri: 26. ejus ramus major exterior: 27. ramus minor internus, ex quo pharyngaeus alteram sui radicem nanciscitur.

28. Anastomosis profunda inter ramum minorem internum *accessorii* et nervum cerebri octavum.

30. Pharyngaeus nervus, ejusque expansio plexuosa ganglifor-

mis, supraemae regioni constrictoris medii pharyngis incumbens.

31.32.33. Ex plexu gangliformi nervi pharingaei, rami adscendentes ad constrictorem superiorem et pharyngis summitatem.

34. Fila quaedam pharyngaei staminibus nonnullis glossopharyngaei consociata.

35. Propagines pharyngaei in fastigio convolutae, antrorsum deorsumque reclinatae, insertae partim in constrictorem superiorem, partim in constrictorem medium pharyngis.

36. Nervi pharyngaei ramus insignis *descendens*.

37.38.40. Descendentis nervi pharyngaei filamenta in constrictorem pharyngis medium et imum inserta.

41. Descendentis nervi ex pharyngaeo anastomosis cum laryngaeo nervo externo nervi intercostalis.

42. Nervus laryngeus internus octavi nervorum cerebri: *43.* ejus anastomosis cum pharyngaeo: *44.* anastomosis ejusdem cum nervo molli ganglii cervicalis superioris nervi intercostalis, ex qua anastomosi nervus laryngaeus externus initium sumit.

45. Octavi nervorum cerebri truncus gangliformis, qua primum de cranio egressus est.

46. Ganglion cervicale superius nervi intercostalis.

48. Nervorum mollium ganglii cervicalis superioris nervi intercostalis fila duo circum arteriam carotidem internam ducta, et filamentis glossopharyngaei super eadem arteria demissis *5. 6.* copulata.

49. Duo nervi molles ex ima sede ganglii cervicalis superioris nervi intercostalis editi, qui una cum laryngaei interni sobole *44.* originem sistunt nervi laryngaei externi.

50. Laryngaeus nervus externus, seu pharyngo-laryngaeus.

51. 52. Laryngaei externi palmites constrictori pharyngis medio et imo impertiti: *53.* ejus ramus ad constrictorem medium.

54. Anastomosis non perpetua inter laryngaeum internum et externum.

55. Laryngaei externi tres surculi per constrictorem pharyngis imum, laryngis interiora et glandulam thyreoideam diffusi.
56. Nervi molles ex postremo apice ganglii cervicalis superioris nervi intercostalis prodeuntes.
57. Anastomosis nervorum mollium inferiorum cum nervo laryngaeo externo.
58. Nervulus mollis ad cardiacum superficialem descendens.
59. 60. Surculi molles nervi intercostalis glandulam thyreoideam adeuntes.
61. Nonus nervorum cerebri.
62. Arcuata anastomosis inter primum et secundum spinalium cervicalium.
63. Anastomosis noni nervorum cerebri cum primo cervicalium.
64. Duo crassi palmites, quos, primus nervus cervicalis tradit ganglio cervicali superiori nervi intercostalis.
65. Breves sed crassae radices a secundo nervo cervicali in ganglion superius nervi intercostalis insertae.
66. Ex ramo communicante secundi cum tertio spinalium cervicalium surculus contendens ad inferiorem apicem ganglii cervicalis superioris nervi intercostalis.
67. Anastomosis secundi cum tertio nervo spinalium cervicalium.
68. Ramus a secundo spinali cervicali cum descendente noni confluens.
69. Spinalis cervicalis tertius.
70. Ejus ramus cum descendente noni concurrens.
71. Cervicalis spinalis quartus: 72. quintus. Plexus brachialis initium.
73. Nervus diaphragmaticus.
74. Portio dura nervi acustici: 75. ejus ramus musculo digastrico prospiciens.
76. Portionis durae ramus stylohyoideus ejusdem nominis musculo datus.
77. Rami stylohyoidei filamentum concurrens cum nervis mollibus arteriam temporalem scandentibus.
79. Portionis durae ramus temporalis.
80. 81. 82. Ejusdem rami faciales. 80. superior: 81. medius: 82. inferior.

TABULA CCL.

Ex Antonii Scarpa Tabul. Nevrolog. Cardiaci nervi dexteri lateris.

A. A. Pulmones.
B. Cordis facies anterior convexa.
C. Sinus auriculae cordis anterioris, membrana spoliatus.
D. Auricula cordis anterior proprie dicta.
E. Vena cava superior obtruncata,
F. Cava vena inferior.
G. G. Venae pulmonales superficiales.
H. Arteriae pulmonalis truncus.
I. Ejus ramus dexter.
K. Arteria aorta tracta fortiter, et in sinistrum latus revoluta.
L. Arteria innominata.
M. Subclavia arteria dextera.
O. Arteria brachialis.
P. Mammaria externa arteria.
Q. Quâ humeralis arteria a plexu nervorum brachialium complectitur.
R. Carotis arteria primitiva dextri lateris.
S. Carotis interna seu cerebralis: *T.* externa.
U. Arteria occipitalis.
V. Temporalis arteria profunda.
W. Arteria temporalis superficialis.
X. Maxillaris externa.
Y. Y. Arteria lingualis.
Z. Glandula sublingualis.
a. Arteria carotis sinistra.
b. Aortae curvatura.
c. Arteria mammaria interna sinistra.

d. Subclavia arteria sinistra.

e. Thyreoideae glandulae cornu dexterum revolutum.

f. Glandula maxillaris.

g. Scutiformis cartilaginis paries dexter exsectus.

h. Cricoides cartilago.

i. Ossis hyoidei cornu dexterum.

k. k. Pharyngi caro a cartilagine scutiformi et cricoidea soluta et revoluta.

l. Trachea cum pharynge in sinistrum latus valide tracta atque inclinata.

m. Bronchus dexter; *n.* sinister.

o. Arteria coronaria dextera seu anterior.

p. Arteriae coronariae posterioris ramus prior aliquantisper de naturali sua sede et directione dimotus, ut nervorum inflexiones, quae sub, et circum ipsum sunt, facilius detegerentur.

q. Claviculae sinistrae pars.

r. Musculus mylo-hyoideus solutus a margine dextero maxillae inferioris ac revolutus.

s. Musculi digastrici maxillae inferioris caro posterior.

t. Stylo-hyoidei muscoli initium.

1. Vagus nervus de naturali sua sede abductus, tractusque in exteriora, ut intercostalem nervum, quam minimum fieri posset, tegeret.

2. Vagi ramus *cardiacus superficialis*, quem octavus nervorum cerebri ad huc in cervice ad praecordia demittit.

3. Octavi ramus alter cardiacus superficialis, non perpetuus.

4. Funiculi quidam partim ex ganglio cervicali inferiore, partim ex thoracico primo ganglio profecti; qui infra arteriam subclaviam et mammariam internam in octavi truncum se inserunt.

5. Recurrentis nervi origo.

7. Ramus insignis e ganglio cervicali inferiore et thoracico primo nervi intercostalis recurrenti accedens.

8. Anastomosis recurrentis cum grandi funiculo ganglii cervicalis medii *109.* nervi intercostalis.

9. 10. 11. Recurrentis nervi rami adscendentes.

12. 13. Ejusdem recurrentis rami descendentes.

14. Recurrentis nervi adscensus pone tracheam, retro arteriam subclaviam et carotidem communem.

15. Recurrentis truncus arteriam thyreoideam inferiorem superscandens, ipsiusque ramos prope eorum insertionem in glandulam thyreoideam, complexans.

16. Recurrentis penicilli nervei, qui cavum tracheae subeunt, et per ejus internam membranam disseminantur.

17. Recurrentis filamenta imo pharyngis infundibulo et oesophagi initio largita.

18. 19. Recurrentis plexuosa stamina pharyngis constrictori inferiori tradicta.

20. 21. Recurrentis palmites, quorum nonnulli glandulam thyreoideam, reliqui tracheam pervadunt.

22. Ejus ramus insignis, qui omnium praecipuam conspicuamque anastomosim constituit inter recurrentem et laryngaeum internum octavi *141.*

23. Recurrentis filamenta musculo cricoarytaenoideo postico data.

24. Ramus Recurrentis, qui sub insertione musculi cricoarytaenoidei postici primum incedens, mox in tria aut quatuor fila solutus copulatur partim cum ramo descendente laryngaei interni *144.*, partim in fibras obliquas et transversas arytaenoidei musculi inseritur.

25. Recurrentis filamentum per arytaenoideam glandulam finitimamque membranam internam laryngis disseminatum.

26. Ejusdem bina tenuissima stamina musculo cricoarytaenoideo laterali impertita.

27. Recurrentis plura subtilissima fila in fastigio reflexa ac per musculum thyreoarytaenoideum disseminata.

28. Recurrentis minores quaedam aliae copulationes non perpetuae cum profundioribus ramusculis laryngaei interni ex octavo.

29. Octavi nervi dexteri truncus pone bronchum ejusdem lateris ad pulmonis posteriora delabens.

30. Ramorum descendentium recurrentis valde conspicua communicatio cum nervo cardiaco magno intercostalis.

31. 32. 33. Funiculi nervei partim ex trunco octavi, partim ex ramis descendentibus recurrentis profecti, qui per faciem anteriorem tracheae et bronchiorum oblique a dexteris sinistrorsum labentes abeunt in plexum *pulmonalem anteriorem minorem* octavi.

34. 36. 37. Penicilli nervorum a trunco octavi intra thoracem manantes, quorum stamina quaedam oesophago prospiciunt, reliqua statis intervallis bronchum dexterum compenetrant.

38. Octavi ramus cum arteria pulmonali proximoque broncho pulmonem ingrediens.

39. Crassiusculus octavi funiculus a quo magna pars plexus pulmonalis superficialis dexteri lateris conficitur: siquidem se 40. 41. comitem addit arteriae pulmonali et broncho; tum vero 42. venae cavae superiori, ac demum 43. 44. 45. 46. 47. plexum pulmonalem superficialem dexteri lateris gignit.

48. Octavi plexus pulmonalis anterior minor.

49. Tenuia quaedam filamenta ex ganglio cardiaco intercostalis 114. profecta, quae simul cum octavi filis et arteria pulmonali dexterum pulmonem ingrediuntur.

50. Stamina quaedam nervea plexus pulmonalis anterioris octavi, quae, susceptis filis a cardiaco magno intercostalis arteriam pulmonalem ansae ad modum amplectuntur.

51. Anastomosis valde conspicua recurrentis sinistri cum plexu pulmonali anteriore octavi nervi dexteri lateris.

52. Intercostalis nervus, qua primum de canali carotico egreditur.

53. Ejus ganglion cervicale superius.

54. Duo nervi molles a summitate ganglii cervicalis superioris latere interno manantes.

55. Bini nervi molles a media circiter sede ganglii cervicalis superioris prodeuntes, qui retro carotidem cerebralem et communem deorsum inclinati una cum ramo laryngaei interni ex octavo 138. nervum componunt laringaeum externum.

56. Nervorum mollium 54. laquens carotidis externae truncum complectens, nodis gangliformibus huc illuc saepe interspersus ac tumens.

57. 58. Tres insignes nervi molles arteriam temporalem profundam scandentes.

59. Gangliolum ferme in omnibus humanis subjectis reperiundum, in quod unum pluresve nervi molles arteriam temporalem profundam comitantes intumescunt.

60. Nervus mollis per adversam faciem arteriae temporalis profundae adscendens et in gangliolum 59. confluens cum sociis nervis circum eamdem arteriam reptantibus.

62. Filamentum nerveum a dura portione nervi acustici seu a communicante faciei in gangliolum 59. advectum.

63. Nervi molles e gangliolo 59. egressi, qui porro innixi arteriae temporali pergunt superiora versus ad faciem et maxillas.

64. Tenue filamentum nerveum arteria auriculari posteriore suffultum, quod novam nervorum mollium temporalium cum dura portione nervi acustici copulationem sistit.

65. Mollium nervorum arteriae temporalis profundae stamina duo arteriam maxillarem internam comitantia.

66. Tertia in hoc subjecto manifesta anastomosis nervorum mollium arteriae temporalis cum portione dura nervi acustici.

67. Filamentum molle arteriae temporalis, quod ultra eam sedem non licuit persequi.

68. Nervi molles ganglii cervicalis superioris nervi intercostalis arteriam maxillarem externam comitantes.

69. 70. Mollia ganglii cervicalis superioris nervi intercostalis fila maxillarem glandulam subeuntia.

71. Mollium nervorum arteria maxillarem externam comitantium progressus in faciem, ubi cum nervis facialibus inferioribus portionis durae nervi acustici concurrere visum est.

72. 73. 74. Molles nervi ganglii cervicalis superioris nervi intercostalis arteriam lingualem irretientes.

75. 76. Mollia fila ejusdem ganglii circum, et supra arteriam thyreoideam superiorem incedentia.

77. 78. Nervi molles ex media laterali interna sede ganglii cervicalis superioris prodeuntes 55., suscepto ramo laryngaei interni ex octavo 138. nervum laryngaeum externum componunt.

79. 80. Laryngaei externi fila duo retro carotidem communem labentes ad cardiacum superficialem 84.

81. 82. 83. Reliqui nervi molles ex media et inferiore ganglii cervicalis superioris sede manantes, qui totidem radices sunt nervi cardiaci superficialis.

84. Cardiacus superficialis.

85. Ejus ramus in tres minores partitus, quorum alter 86. arteriae thyreoideae inferiori innixus glandulam ejusdem nominis petit; 87. reliqui duo, arteria carotide communi comprehensa eunt se infixum in nervum cardiacum priorem octavi 2.

88. Cardiaci nervi superficialis exitus in hoc subjecto; duplici videlicet copulatione: altera cum insigni funiculo 109. ganglii cervicalis medii nervi intercostalis; altera 89. cum recurrente nervo octavi dexteri lateris.

90. Intercostalis nervi truncus mox infra ganglion cervicale superius.

91. Ganglion cervicale medium nervi intercostalis.

92. 93. 94. Tres funiculi nervei a spinalium cervicalium tertio, quarto et quinto editi, et in ganglion cervicale medium nervi intercostalis inserti.

95. Ramus profundus ganglii cervicalis medii, qui haberi potest veluti truncus nervi intercostalis a ganglio cervicali medio ad imum ganglion continuatus.

96. Rami profundi ganglii cervicalis medii portio minor, quae retro arteriam.

97. Rami profundi ganglii cervicalis medii insertio in ganglion imum cervicale.

98. Rami profundi ganglii cervicalis medii portio major, quae oblique ab interioribus extrorsum flexa arteriae verte-

bralis initium superscandit, atque *99.* in ganglion cervicale imum se immittit, ubi simul cum minore portione *96. 97.* laqueum perficit arteriae vertebralis.

100. Ganglion cervicale imum.

101. Ganglii thoracici initium.

102. 103. 104. Funiculi nervei profunda admodum sede a tribus inferioribus spinalibus cervicalibus editi, et in ganglion cervicale imum confluentes.

105. Ganglii cervicalis medii funiculus nerveus, qui arteria subclavia vix superata, in plures secedit taeniolas, quarum una *106.* arteriae thyreoideae inferioris originem circumambit, confluitque mox in ganglion cervicale imum; altera *107.* partim ansae ad modum arteriam subclaviam amplectitur, abitque retro ipsam in ganglion cervicale imum, et thoracici primi summum apicem, partim, editis duobus tribusve filis arteriam mammariam internam obvolvit. Tertia *108.* prioribus modo indicatis crassior, arteriam subclaviam succingit, contenditque sub ea in ganglion cervicale imum, ac interdum in thoracicum primum.

109. Insignis funiculus nerveus ab apice inferiori ganglii cervicalis medii editus, qui, inita anastomosi cum nervo cardiaco superficiali descendit retro arteriam subclaviam, seque recurrenti nervo octavi *8.* sociat.

110. 110. Cardiacus nervus magnus, profundus nervi intercostalis.

111. Recurrentis nervi ramus descendens nervo cardiaco profundo accedens.

112. Cardiacus alter nervus minor, et ganglio cervicali imo editus.

113. Cardiacus magnus profundus nervus alte sub Aortae curvatura ad cor properans.

114. Cardiaci nervi profundi ganglion molle pellucidum.

115. Ejus ganglii ramus retro arteriam pulmonalem ad posteriorem cordis regionem et arteriae coronariae sinistrae initium contendens.

116. Tenue filamentum ex ganglio cardiaco editum, quod cum

staminibus plexus pulmonalis anterioris octavi conjunctum *5o.* reticulum facit arteriam pulmonalem comprehendentem, retro quam nerveae fibrillae feruntur ad cavam venam superiorem, sinus auricularem, et complanatam cordis faciem.

117. Gelatinosi pellucidi palmites, in quos finditur ganglion cardiacum, et qui ad originem arteriae coronariae sinistrae contendunt.

118. Canglii cardiaci rami duo sub curvatura aortae flexi, et per aortae faciem anteriorem ad coronariam arteriam anteriorem properantes.

119. 120. Cardiaci nervi profundi, gangliique cardiaci nerveae taeniolae aortae truncum amplexantes, augentesque plexum arteriae coronariae dexterae *124.*

121. Cardiaci nervi *minores* profundi sinistri lateris, qui ex ganglio cervicali imo et thoracico primo sinistro profecti retro aortae curvaturam concurrunt cum nervo cardiaco magno profundo dexteri lateris.

122. Cardiacus nervus superficialis sinistri lateris.

123. Anastomosis valde insignis, quae inter utriusque lateris cardiacorum nervorum truncos sub aortae curvatura paulo supra cor conficitur, quam *Hallerus* plexum cardiacum magnum appellavit.

124. Plexus coronarius dexter, seu anterior ex staminibus cardiacorum nervorum utriusque lateris coagmentatus, qui initio coronariae arteriae anterioris inter aortam et pulmonalis arteriae exordium sedet.

125. Filamenta nervea a cardiacis nervis sinistri lateris ad plexum coronarium anteriorem et cordis faciem priorem advenientia.

126. 126. Incessus filamentorum nerveorum plexus coronarii anterioris, quae coronariae arteriae anterioris truncum sinus venosi auriculae anterioris radicem legentem comitantur.

127. 127. Fila quaedam tenuissima plexus coronarii dexteri arteriolas sinus venosi anterioris prosequentia.

128.128. Tenues nervi plexus coronarii dexteri, qui ramos arteriae coronarie anterioris per priorem cordis faciem perreptantes comitantur.

129. Plexus coronarii sinistri filamentorum soboles, quae coronariae arteriae posterioris ramum priorem circumambit, et vestigia sequitur.

130. Glossopharyngaeus nervus.

131. Pharyngaeus ex octavo.

132. Glossopharyngaei filamenta supercarotidem cerebralem demissa.

133. Plexuosa anastomosis filamentorum glossopharyngaei et pharyngaei cum nervis mollibus superioribus ganglii cervicalis primi nervi intercostalis.

134. Pharyngaeus nervus octavi oblique deorsum et antrorsum ad pharyngem contendens.

135. Anastomosis glossopharyngaei cum pharyngaeo.

136. Glossopharyngaei distributio prope tonsillam et radicem linguae.

137. Laryngaeus internus ex octavo natus, ac retro carotidem cerebralem laryngem petens: *138* ejus ramus, qui cum mollibus quibusdam nervis ganglii cervicalis superioris *77. 78.* concurrens nervum laryngaeum externum conficit.

139. Laryngaei externi palmites ad pharyngis constrictores et laryngis interiora: *140* surculi alii ad constrictorem pharyngis inferiorem, laryngem et glandulam thyreoideam.

141. Laryngaeus internus inter os hyoideum et cornu superius cartilaginis scutiformis penitiora laryngis ingrediens: *142.* ejus ramus descendens, qui maxime insignem inter ipsum internum laryngaeum et recurrentem anastomosin instituit.

143. Laryngaei interni penicillus filamentorum glandulae arytaenoideae traditus: *144.* filamenta alia partim cum surculis recurrentis *23. 4.* copulata, partim in musculum arytaenoideum obliquum et transversalem inserta: *145.* stamina per arytaenoideam glandulam et internam laryngis membranam disseminata.

146. Surculi laryngaei interni epiglottidis glandulosae substantiae traditi.

147. 148. Reliqua surculorum laryngaei interni soboles in membrana crassa, glandulosa, quae in summitate laryngis est et viciniis, insumpta.

149. Noni nervorum cerebri truncus abscissus ac revolutus.

150. Anastomosis noni cum arcu communicationis inter primum et secundum nervorum spinalium cervicalium.

151. Nervi acustici portio dura, seu communicans faciei.

152. Nervus auricularis rami tertii paris quinti conjunctus cum portione dura nervi acustici.

153. Portionis durae nervi acustici rami temporales: 154. rami faciales medii atque inferiores: 155. ramus digastricus, a quo prodibat in hoc subjecto nervus stylo-hyoideus 156. cujus porro soboles est surculus 62. qui in ganglio-lum nervorum mollium temporalium se immittebat.

157. Accessorii ad octavum ramus major externus excisus.

158. Accessorius nervus continuatus.

159. Ganglii cervicalis superioris nervi intercostalis radices spinales, a conjunctione primi cervicalis cum secundo advenientes.

160. Radix spinalis mollis, pellucida, gangliformis a secundo cervicalium profecta, quae in apicem inferiorem ganglii cervicalis superioris nervi intercostalis inseritur.

161. Ramus tertiae conjugationis nervorum spinalium cervicalium maximus, qui auricularem posteriorem gignit.

162. Surculus ad musculum rectum capitis anticum majorem.

163. Nervus spinalis cervicalis tertius.

164. Ramus conjungens tertium cum quarto spinalium cervicalium.

165. Phrenici nervi origo superior.

166. Quartus nervorum spinalium cervicalium.

167. Phrenici nervi origo altera: 168. tertia atque inferior origo.

169. Rami profundi quartae conjugationis nervorum spinalium cervicalium.

170. 171. 172. 173. Spinales cervicales quatuor inferiores.

174. Spinalium dorsalium primus.

175. Nervus supraspinatus scapulae.

176. Nervi musculo-cutanei ramus coracobrachiali musculo traditus.

177. Nervus musculo-cutaneus.

178. 179. Rami, quos musculo-cutaneus nervus bicipiti et brachiali interno musculo praebet.

180. Surculi plexus brachialis, qui in pectoralem musculum serratum anticum et dentatum magnum inserebantur.

181. Nervi medianus et radialis.

182. Nervi phrenici truncus intra thoracem.

183. Octavus nervus sinistri lateris multa sui parte tectus carotide sinistra.

184. Phrenicus nervus sinister.

185. Phrenici nervi sinistri lateris radix inferior a spinali cervicali quinto.

186. Plexus brachialis sinistri pars.

187. Occipitalis nervus, in dextro latere, qui est cervicalis secundi soboles.

TABULA CCLI.

Ex eodem Opere.

Cardiaci nervi sinistri lateris.

A. Cordis ex sinistro in dexterum latus valide tracti et revoluti margo convexus.

B. Auricula cordis sinistra, seu posterior, de industria elevata et suspensa.

C. Sinus venarum pulmonalium.

D. Arteriae pulmonalis truncus consulto in se ipsum plicatus et revolutus.

E. Rami dexteri arteriae pulmonalis initium. *F.* Ejusdem arteriae ramus sinister.

G. G. Aortae curvatura.

H. Arteria innominata *I.* Carotis sinistra. *K.* Subclavia sinistra.

L. Aorta thoracica.

M. Arteria thyreoidea inferior. *N.* Superior.

O. Vertebralis arteria.

P. Arteria cervicalis exterior.

Q. Brachialis arteria dextera.

R. Oesophagus.

S. Pulmo dexter: *T.* sinister.

a. Arteria coronaria posterior, cujus ramus *prior b.* cum prospexerit *c.* margini convexo cordis fertur antrorsum *d.* Vide Tab. CCL. *ρ.*

e. Ejusdem arteriae ramus alter *posterior*, qui retrorsum inter auriculam sinumque venarum pulmonalium incedens ad complanatam cordis faciem vergit.

f. Arteriolae quaedam prospicientes auriculae cordis posteriori.

g. Una ex praecipuis arteriis sinus venarum pulmonalium.

h. h. h. Rami posterioris arteriae coronariae sinistrae propagines.

i. i. i. Ejusdem arteriae rami in basim cordis delitescentes.

k. k. Trunci praecipui venarum pulmonalium sinistri lateris: *l. l.* venae pulmonales profundae: *m. m.* superficiales.

n. Glandulae thyreoideae cornu sinistrum.

p. Pharyngis pars.

q. Clavicula sinistra.

1. Intercostalis nervus sinister.

2. 3. Spinalis nervi cervicalis tertii palmites intercostali accedentes.

4. Truncus nervi intercostalis, quâ arteriam thyreoideam inferiorem superscandit.

5. Ganglion cervicale medium nervi intercostalis.

6. Nervus spinalis cervicalis quartus.

7. Nervi a spinali cervicali quarto in ganglion cervicale medium immissi.

8. Nervuli a spinali cervicali quarto et quinto, profunda sede, retro arteriam thyreoideam inferiorem in ganglion cervicale medium confluentes.

9. Duo crassi funiculi nervei a laterali interna et inferiore ganglii cervicalis medii regione manantes, qui, amplexata ansae ad modum arteria vertebrali, ganglion cervicale imum ingrediuntur.

11. Ganglion cervicale imum.

12. Nervei crassiusculi palmites a spinalibus cervicalibus quarto, quinto et sexto profunda sede ganglio cervicali imo traditi.

13. Fila nervea a spinali cervicali inferiore et dorsalium primo in ganglion cervicale imum inserta.

14. Tenues nervaeae fibrillae ganglii cervicalis superioris nervi intercostalis, quae cardiaci nervi superficialis sinistri initia constituunt.

15. 16. 17. Cardiaci nervi superficialis sinistri origines: *18.* Ejusdem truncus.

19. Anastomosis inter origines cardiaci superficialis a ganglio cervicali superiore editas, atque eas, quae a trunco ner-

vi intercostalis ad eumdem cardiacum superficialem augendum accedunt.

20. Anastomosis in hoc subjecto inter cardiacum superficialem et octavi nervi truncum.

21. Cardiaci superficialis filamentum, quod superato aortae arcu jungitur partim ramo cardiaco octavi 23. partim intercostalis cardiaco profundo altero.

22. Cardiacus superficialis reliquus alte retro aortam ad plexum cardiacum *magnum profundum* labens.

23. Palmites nervei pulposi molles ex ganglio cervicali medio prodeuntes, quorum alii trunco arteriae thyreoideae inferioris innixi, alii arteria vertebrali sustentati versus subclaviam sinistram se demittunt.

24. Insignis ansa ex propaginibus ganglii cervicalis medii ad ganglion cervicale imum et thoracicum primum se recipientibus facta, qua subclavia arteria comprehenditur.

25. Arteriae subclaviae laqueus alter a conspicuo nervoganglii cervicalis imi cum cardiaco nervo altero intercostalis sinistro 26. confluente factus.

26. Cardiacus nervus profundus alter minor nervi intercostalis sinistri pluribus palmitibus ex ganglio cervicali medio et imo concretus.

27. Socius alter cardiacus profundus minor ganglii cervicalis medii soboles.

28. Cardiaci profundi minoris tumiditas gangliformis.

29. Sedes, qua cardiacus profundus minor filamenta sua ac sociorum nervorum in facie aortae posteriori contrahit, ac in *magnum* plexum cardiacum profundum immittit. His accedit tenue filamentum 30. ganglii cervicalis imi.

31. Plexus cardiacus magnus profundus. Vide Icon. praeced. 114. 123.

32. Ganglion cardiacum *Wrisbergii*.

33. Reticulata nervorum compages ex filamentis magni plexus cardiaci profundi, quae inter aortam et pulmonalem arteriam procurrens contendit ad coronariam arteriam priorem et anteriorem cordis faciem.

34. Cardiaci minoris dexteri lateris Tab. praeced. *112.* copulatio cum reticulo nerveo *33.*

35. 36 Filamenta cardiaci nervi profundi dexteri lateris Tab. CCL. *120.* ad reticulum *33.* accedentia.

37. Origo praecipua plexus coronarii anterioris. Tab. CCL. *124. 126.*

38. Crassiusculus nervus de plexu magno cardiaco profundo sinistrorsum prodiens, mox in olivare gangliolum intumescens, ex quo deinceps plura filamenta nervea emanant ligamento arterioso superstrata, quae iis partim accedunt, quae plexum coronarium anteriorem componunt, partim iis, quae ad arteriam coronariam posteriorem contendunt.

39. Ramus nervi *38.* ad plexum coronarium anteriorem contendens.

40. Fasciculus nervorum e magno plexu cardiaco profundo sinistrorsum emanans, ac retro ligamentum arteriosum incedens, qui constituit radices praecipuas magni nervi cardiaci profundi sinistri lateris.

41. Cardiaci superficialis sinistri *22.* profunda insertio in nervum cardiacum profundum sinistri lateris.

42. Multiplex et plexuosa origo nervi cardiaci magni profundi sinistri lateris.

43. Truncus cardiaci profundi magni sinistri lateris.

44. Novae filamentorum additiones, quas nervus cardiacus magnus profundus sinistri lateris recipit a plexu cardiaco.

45. 46. 47. 48. Cardiaci magni profundi sinistri lateris in ramos partitio, juxta posteriorem parietem arteriae pulmonalis, qui porro cum gelatinosis palmitibus ganglii cardiaci (Tab. CCL. *117.*) copulati plexum coronarium posteriorem conficiunt.

49. 50. Ejusdem tenuia stamina per anteriorem parietem arteriae pulmonalis reptantia, ac in plexum coronarium anteriorem confluentia.

51. 52. Ejusdem rami, qui retro arteriam pulmonalem ad plexum coronarium posteriorem contendunt.

53. Tenuissima alia stamina laevum pulmonem cum arteria ejusdem nominis adeuntia.

54. Plexus coronarius posterior, seu cardiaci profundi utriusque lateris copulati palmites, qui divisi arteriam coronariam posteriorem comitantur: 55. Rami comitantes ejus arteriae ramum priorem (Tab. CCL. 129.) 56. Filamenta, quae sub arteria pulmonali versus basim cordis incedentia, ramo arteriae coronariae posterioris priori *b.* socia se addunt.

57. Origo funiculi nervei, quem Tab. CCL. 129. exhibet.

58. 59. Filamenta nervea, quae arteriosum ramum marginis convexi cordis sequuntur.

60. 61. Plexus coronarii posterioris nervi, qui vestigia premunt rami posterioris arteriae coronariae sinistrae ad complanatam cordis faciem contendentis.

62. 63. Tenuissima fila ramis coronariae posterioris versus complanatam cordis faciem reflexis sociata.

64. 65. Filamenta nervea praelonga, plures arteriae coronariae posterioris ramos comitantia.

66. Nervulus ramo 65. accedens.

67. Bina nervea stamina ad anteriorem cordis faciem reflexa.

68. Fila nervea arteriolas auriculae et sinus venosi posterioris persequentia.

70. Tenuissima stamina, quae a magno et profundo plexu cardiaco emissa retro arteriam pulmonalem et supra sinum venarum pulmonalium ad complanatam cordis faciem descendunt, ubi cum filis nerveis plexus coronarii posterioris copulantur.

71. Vagus nervus sinistri lateris: 72. ejus ramus cardiacus superficialis.

73. Anastomosis cardiaci superficialis octavi cum cardiacis profundis minoribus nervi intercostalis.

74. Octavi ramus cardiacus alter simul cum cardiaco profundo minore intercostalis in magnum plexum cardiacum insertus.

75. Ejusdem rami soboles retro arteriam pulmonalem ad magnum plexum cardiacum flexa, ipsiusque propagines comitantes arterias sinus venosi utriusque auriculae.

76. Recurrens nervus sinistri lateris: 77. ejus funiculi duo, qui deorsum, mox sursum flexi in magnum plexum cardiacum se immittebant.

78. 79. Recurrentis distributio per sinistrum latus tracheae, et glandulae thyreoideae.

80. Funiculus nerveus ex filamentis octavi et recurrentis coalescens, qui mox in plures minores ramos partitus arteriae pulmonalis sinisirae et bronchiorum ejusdem lateris divisiones sequitur.

81. Nervus ex octavo, qui fere constanter in ea sede, retro arteriam pulmonalem sinistri lateris ad filamenta comitantia arterias sinus venosi utriusque auriculae accedit.

82. 83. Ejusdem ordinis tenuissima stamina per superficiem anteriorem pulmonis sinistri distributa.

84. Octavi palmites sinistri pulmonis intimiora et bronchi partitiones adeuntes.

85. Ramus nervi 80. inter duos praecipuos truncos venarum pulmonalium sinistri lateris ad superficiem anteriorem pulmonis emergens.

86. Octavi truncus retro bronchum sinistrum ad oesophagum flexus.

87. 88. Plexus brachialis.

89. Phrenicus nervus sinister: 90. dexter.

91. Fila tenuissima nervea comitantia arteriam transversalem cervicis et mammariam internam.

TABULA CCLII.

Ex Antonii Scarpa Tabul. Neurol. et ex Actis Acad. Caesar. R. Josephinae Vindobon.

A. Musculi trapezii caro dextera revulsa.
B. Sterno-mastoideus musculus in priora revolutus.
C. Musculi digastrici caput posterius.
D. Vena jugularis.
E. Carotis communis.
F. Arteriae vertebralis flexura.
G. Processus mastoideus secundum longitudinem resectus.
H. Occipitis condylus articularis dexter resectus.
I. Parotis glandula cute tecta in parte anteriori.
K. Oblongata medulla exsecta et in sinistrum latus inclinata.
L. Cerebri ventriculus quartus.
M. Medulla spinalis.
a. Nervi cervicalis primi truncus.
b. Secundi nervi cervicalis ganglion.
c. Nervi accessorii initium.
d. Radix accessorii cervicalium primo communis.
e. e. e. Radices accessorii ex oblongata medulla.
f. Accessorii truncus: *g*. ejus ramus internus: *h*. externus.
i. Anastomosis rami interni nervi accessorii cum fibrilla octavi.
k. Octavi nervus pharyngeus.
l. Octavi fibrae duae ramo interno accessorii copulatae.
m. Ramus internus accessorii ganglio octavi admixtus.
n. Nervi laryngei initium.
o. o. o. Truncus octavi.
p. Surculi a ramo externo accessorii ad musculum sterno-mastoideum.

q r. Anastomosis rami externi accessorii cum secundo et tertio cervicalium.

s. Ramus accessorii ad superiorem carnem musculi trapezii.

t. Anastomosis accessorii cum ramo procedente ex quarto et quinto cervicalium: u. eorum nervorum plexuosa communicatio.

x. Nervus a cervicali quarto ad musculum scapulae angularem et vicinia.

y. Ramus ex coalitu tertii et quarti cervicalium ad musculum trapezium.

z. Truncus noni nervorum cerebri.

β. Ejus ramus a cervicali primo.

γ. Rami spinales ad ganglion cervicale superius nervi intercostalis.

δ. Rami a secundo et tertio cervicalium ad nervum noni descendentem.

ξ. Glosso-pharyngei anastomosis cum nervo pharyngeo octavi.

η. Rami grossopharyngei supra internam carotidem demissi.

λ. Ramus glossopharyngei ad nervum communicantem faciei.

μ. Glossopharyngei rami ad musculum stylo-pharyngeum.

ν. Truncus glossopharyngei.

π. Octavi origo.

1. Pulmonis sinistri gibba facies posterior, reserato thorace in dorso, et ablata columna vertebrarum dorsali. 2. Pulmo dexter: c. ejus substantia discerpta et revoluta, ut bronchiorum primae divisiones et nervorum plexus pulmonalis posterioris praecipui funiculi, mutuaque eorum cum bronchiis societas in conspectum venirent.

4. Tracheae postica facies: 5. bronchus sinister: 6. dexter: 7. ejus rami.

8. Cordis facies complanata.

9. 9. Coronariae venae truncus.

10. Vena cava inferior abscissa.

11. Foraminis ovalis membranula tecti vestigia.

12. Valvula Eustachii.

13. Carneae columnae ad ingressum ventriculi cordis anterioris.

14. Sinus venarum pulmonalium.
15. Bini praecipui trunci venarum pulmonalium dextri lateris.
16. Arteria pulmonalis.
17. Aorta thoracica.
18. Subclavia arteria sinistra.
19. Arteria innominata.
20. Oesophagus.
21. Vertebra dorsi prima.
22. Arteria oesophagea superior.
24. 25. 26. Arteriae bronchialis dexterae rami juxta et supra bronchia ejusdem lateris ludentes.
27. Arteria coronaria anterior, qua ad complanatam cordis faciem deflectit; 28. 29. ejus rami praecipui.
30. Arteriae coronariae posterioris ramus ad complanatam cordis faciem labens.
31. Vena cordis media: 32. 32. rami venae coronariae ad communem truncum contendentes.
33. Arteriola sinus cordis venosi posterioris.
34. Octavus nervus cerebri dexteri lateris.
35. Recurrens nervus dexter.
36. Palmites nervorum ex recurrente, et octavo, quorum alii, qui juxta tracheam adscendunt, *adscendentes*, reliqui, *descendentes* appellantur.
37. Octavi plexus oesophageus minor posterior.
38. Filamenta octavi nervi oesophago peculiariter tradita.
39. 39. Nervea octavi filamenta partim in carneo-glandulosam tracheae substantiam inserta, partim oesophagum circumambientia.
40. Rami ex recurrente et octavo plexum pulmonalem anteriorem conficientes ut in Tab. CCL.
41. Octavi fasciculus nervorum in dexteri bronchi initium insertus.
42. Insignis funiculus nerveus plexus pulmonalis posterioris octavi, bronchi dexteri comes.
43. 43. 43. Funiculi nervei 42. multiplex insertio in primam bronchi diramationem.

3. Trunculus communis pro nervo dorsali ulnari digiti annularis 4. 7. et radiali digiti auricularis 6. et pro nervo 5. qui nexus cum nervo 21. nervum suppeditat radialem digiti annularis 23.
10. Ramulus ex nervo musculo-cutaneo ad deorsum cubiti se flectens, ubi junctus cum ramo nervi radialis 11. 12. primo dat ramum communem dorsalem 13. a quo exoritur nervus radialis 14. digiti indicis, et ulnaris 15. pollicis; deinde ab eo producuntur nervi 16. 19. a quibus originem habent nervi 17. ulnaris digiti indicis, 22. ulnaris digiti medii; 18. radialis digiti medii.
8. Nervus ulnaris digiti minimi a nervo cubitali 1.

TABULA CCLXI.

NERVI LUMBALES

Ex Johan. Leon. Fischeri Descriptione nervorum lumbalium etc.

FIGURA I.

Origo plexus ischiadici in dextero latere cadaveris virilis cum nervo sympathico magno.

1. 2. 3. Tres ultimae vertebrae lumbales.
5. 6. 7. 8. 9. Quinque vertebrae spuriae ossis sacri, serra ad lineam perpendicularem dissectae.
13. 14. Commissura ossium pubis.
13. 15. Pars synchondroseos pulposa.
14. 15. Pars synchondroseos ligamentosa.
9. 10. 11. 12. Quatuor ossicula ossis coccygis.
16. 17. Ligamentum thyroideum.
18. 19. Apertura lunata pro transmittendis vasis obturantibus.
20. 37. Ligamentum sacro ischiadicum breve, seu internum.
21. 22. Ligamentum sacro ischiadicum longius, seu externum.
23. Ligamentum coccygis.
24. Vena obturatoria. *25.* Arteria obturatrix.
26. Musculus psoas. *27.* Erector penis.
28. 29. Nervus obturatorius.
30. 30. Ramus ischiadicus primus ex duobus nervis lumbalibus formatus.
31. Ramus ischiadicus alter ex sacro primo oriundus.
32. Ischiadici nervi ramus tertius ex sacro secundo natus.
33. Ex eodem sacro ramus insignis, qui nervo pudendo jungitur.
34. 33. Nervus sacer tertius, qui, cum secundo unitus, ischiadico additur.
35. Ramus e lumbalibus ad gluteos progrediens.

36. Nervus ischiadicus et ejus elegans plexus inter 30. 31. 32.
37. Nervus sacer quartus.
38. Nervus sacer quintus.
39. Nervus sacer sextus, seu coccygeus.
40. 40. Nervus inguinalis ad glandulas inguinales et cremasterem decurrens.
41. 41. Nervus pudendus sub ligamento sacro ischiadico progrediens, qui ramum insignem 42. ano ejusque musculis exporrigit.
43. 43. 43. Nervus erectori et transversali perinaei et ipso perinaeo ramos tribuens.
44. Ramus pudendus inferior resectus.
45. 46. Truncus nervi intercostalis ex lumbis proveniens, et glanglion 46. formans.
47. Ramus e lumbalibus ultimis ganglio 46. junctus.
48. Ramus e primo nervo sacrali. 49. Ganglion secundum.
50. Ganglion tertium, quod e sacrali secundo binos ramulos 51. 52. acquirit.
53. Nervus intercostalis tenuior factus, qui ex secundo sacrali ramulum 54. adipiscitur, et alio 55. ex tertio sacrali augetur. Unde duplex ganglion 56., cui accedit insignis ramus ex quarto nervo.
57. Nervus intercostalis cum quo ramulus ex sacro quinto 38. se conjungit.
58. Nervi intercostalis terminus ultra quem cum prosequi non licuit. Insignem tamen ramum ex coccygeo 39. nervo derivat.

FIG. II.

A. B. C. Vertebra lumborum tertia, quarta et quinta.
D. E. F. G. H. Quinque vertebrae spuriae ossis sacri.
I. K. Os coccygis, ab inferiore loco propter adhaesionem musculi et ligamenti spinoso coccygei non distincte satis dipingi potuit.
L. Primae et secundae vertebrae spuriae ossis sacri pars lateralis usque fere ad foramina, e quibus primus et secundus nervus sacralis exeunt, serra resecta.

M. Portio ligamenti tuberoso sacri.

N. Ligamentum spinoso coccygeum.

O.O.O. Intestinum rectum prope musculos sphincteres resectum.

P. Cutis natium et perinaei.

1. Secundi paris nervorum lumbalium ramus anterior.

2. Tertii paris nervorum lumbalium ramus anterior.

3. Quarti paris nervorum lumbalium ramus anterior.

4. Pars ganglii lumbaris secundi.

5. Radix ex nervo anastomotico inter primum nervum lumbarem et ganglion singulare secundi nervi lumbaris nata.

6. Anastomosis nervi lumbalis primi cum ganglio singulari nervi lumbalis secundi.

7. Ganglion lumbare tertium.

8. Truncus nervi sympathici magni, seu nervus anastomoticus inter ganglion lumbare secundum et tertium.

9. Radix, quam lumbaris secundus nervus ad ganglion *7.* mittit.

10. Radix anastomotica inter ganglion singulare nervi lumbaris secundi atque truncum nervi sympathici magni.

11. Ganglion singulare nervi lumbalis secundi *1.*

12. Ramus posterior nervi lumbalis secundi, qui ad musculos dorsales proficiscitur.

13. Anastomosis inter nervum lumbalem secundum et tertium.

14. Radix superior ab ipso nervo lumbali *1.* proveniens.

15. Radix inferior a ganglio nervi lumbalis, quibus componitur anastomosis *13.*

16. Ganglion lumbare quartum.

17. Truncus nervi sympathici magni, seu nervus anastomoticus inter nervum lumbarem tertium *2.* et quartum *3.*

18. Duae radices in *19.* confluentes, qua truncus nervi sympathici magni *17.* cum nervo lumbali *2.* conjungitur.

20. Radix anastomotica nervi *2.* cum trunco nervi *17.*

21. Duae radices anastomoticae nervi *3.* in medio itinere in ganglion intermedium *22.* unitae, dein rursus divisae, quae cum ganglio quarto *16.* conjunguntur.

23. 24. Truncus nervi sympathici magni, seu nervus anastomoticus inter ganglion lumbale quartum et quintum.

25. Prima radix anastomotica: 26. secunda radix nervi 3. cum 23. 24.

27. Nervus cruralis.

28. Origo, seu radix prima nervi cruralis ab anastomosi inter nervum lumbalem secundum et tertium 13.

29. Origo, seu secunda crassa radix nervi cruralis ab anteriori ramo nervi lumbalis tertii 2.

30. Ramus posterior nervi lumbalis tertii.

31. Origo, seu tertia radix nervi cruralis a quarto nervo lumbali.

32. Ramus posterior nervi lumbaris quarti.

33. Anastomosis inter secundam et tertiam radicem nervi cruralis.

34. Nervus obturatorius qui variam originem ex lumbalibus nervis trahit.

35. Origo, seu prima radix nervi obturatorii a nervo 13.

36. Origo, seu secunda radix nervi obturatorii a nervo lumbali tertio tribus radiculis composita.

37. Tertia radix a quarto pari nervorum lumbalium.

38. Ganglion lumbare quintum.

39 Quinti paris nervorum lumbalium ramus anterior.

40. Radix communicans quinti nervi lumbaris 39. cum trunco nervi sympatici magni 24.

41. Radix quinti nervi lumbalis ad ganglion quartum lumbare properans.

42. Quatuor nervi anastomotici ex ganglio lumbari ultimo nati.

43. Prima radix communicans cum primo nervo sacrali 44.

44. Primi nervi sacralis ramus anterior.

45. Ganglion secundum sacrale.

46. Truncus nervi sympathici magni, seu nervus anastomoticus inter primum et secundum ganglion sacrale.

47. Radix secunda crassa primi nervi sacralis communicans cum trunco nervi sympathici magni 46.

48. Anastomosis inter primam 43. et secundam radicem nervi sacralis primi.

49. Secundus nervus sacralis dexter.

50. Tres radices ex secundo pari sacrali natae et ad ganglion sacrale secundum 45. abeuntes. Duo tantum, sed crassiores, observavimus.

51. Truncus nervi sympathici magni, seu nervus anastomoticus inter secundum 45. ganglion sacrale dextrum et tertium 149. ganglion sacrale dextrum.

52. Nervi 51. ramus internus.

53. Nervi 51. ramus externus.

54. Radix nervi sacralis secundi communicans cum nervo 51.

55. Radix prima nervi sacralis tertii communicans cum nervo 53.

56. Nervus sacralis tertius dexter.

57. Radix secunda nervi sacralis tertii bifurcata communicans cum nervo 53.

58. Ganglion accessorium lumbare secundum.

59. Ganglii accessorii secundi lumbaris anastomosis cum trunco nervi sympathici magni.

60. Ramus hypogastricus ganglii accessorii lumbaris secundi.

61. Ramus hypogastricus ganglii lumbaris tertii 7.

62. Radices ex trunco nervi sympathici magni nati 23. 24. quae componunt nervum 63. communicantem, qui nervus sympathicus lateris dextri inter quartam et quintam vertebram lumborum retro arterias iliacas cum nervo sympathico magno lateris sinistri conjungitur.

64. Radices ex ganglio lumbari quinto natae, quae in unum nervum 65. anastomoticum cum trunco nervi sympathici magni sinistri lateris confluunt et qui eleganti anastomosi conjungitur cum trunco nervi sympathici magni sinistri lateris.

66. Ramus nervi 47. anastomoticus qui in duo secedendo ramos 67. denuo in unum conjungitur, ex quo duae anastomoses 68. cum nervo 70.

69. Reliqua pars trunci nervi 67. abscissa ganglio sacrali primo sinistri lateris inseritur.

70. Anastomosis inter nervos 64. 68., ex qua surculus, communicans cum nervo 42.

71. Ramus ex nervo 46. natus atque cum primo ganglio sacrali sinistri lateris anastomoticus.

72. Nervus communicans cum ganglio primo sacrali lateris sinistri, quem emittit ganglion 45.

73. Ramus ganglii sacralis secundi 45 ad intestini recti eam faciem migrans, quae os sacrum respicit.

74. Surculus ex nervo 51. ortus atque in nervum 73. insertus.

75. Ramus ex nervo 52. natus, qui conjunctionem init cum trunco nervi sympathici magni lateris sinistri.

76. Anastomosis inter nervum 52. et 75.

77. Conjunctio nervi 52. cum 76.

78. Radices nervi lumbaris quinti et quarti, qui componunt nervum muscularem 79. ad gluteum medium, praeprimis ad gluteum minimum et ad tensorem fasciae latae ambulantem.

80. Nervus cutaneus gluteus inferior, qui usque ad genu, immo ad suras descendit.

81. Truncus, seu plexus, sic dictus, nervi ischiadici ex nervo lumbari quarto et quinto, et ex nervo sacrali primo, secundo et tertio conflatus.

82. Ramus nervi ischiadici minor.

83. Prima anastomosis inter nervum sacralem secundum et tertium: 84. secunda: 85. tertia.

86. Prima radix, quam nervus ischiadicus a secundo nervo sacrali accipit.

87. 88. Secunda et tertia radix nervi sacralis secundi, quae in unam crassiorem 89. radicem confluunt atque in truncum nervi ischiadici 81. finiuntur.

90. Nervus cutaneus natium medius ex secunda radice nervi ischiadici 87. natus atque in media cute natium terminatus.

91. 92. Radices, ex nervo 86. natae, quae socio surculo 93. a nervo 90. veniente constituunt nervum cutaneum natium superiorem 94. in suprema cute, musculos gluteos tegente, consuntum.

96. Primus ramus hypogastricus, quem dat tertium par nervorum sacralium ad componendum plexum hypogastricum, ex quo nascuntur nervi vesicae urinariae vaginae, uteri et intestini recti.

97. Tertius ramus hypogastricus.

98. Quartus et quintus ramus hypogastricus, qui in unum nervum *99.* confluunt.

100. Octavus ramus hypogastricus.

101. Nonus et decimus ramus hypogastricus. Numerus horum nervorum ad componendum plexum hypogastricum, ut experimenta edocti scimus, inconstans est. Mox paucio-res, mox plures illum formant.

102. Nervus sacralis quartus dexter.

103. Nervus uterinus ambulat, socia arteria uterina, ad uterum.

104. Elegans truncus nervi sacralis quarti, ex quo non tantum prosiliunt tres nervi perforantes, verum etiam rami anastomotici cum ganglio sacrali quarto et cum nervo sacrali quinto, seu ultimo.

105. Truncus communis nervi perforantis secundi *110.* et tertii *113.*

106. Primi nervi perforantis, seu nervi haemorrhoidalis externi ramus internus. Ex hoc oritur *107. 108.* surculus intestini recti, qui in intestino recto terminatur.

109. Primi nervi perforantis ramus externus.

110. Secundus perforans statim dividitur in duos ramos, in ramum cutaneum *111.* qui perforat ligamentum et musculum spinoso sacrum et in cute ossis coccygis evanescit. Secundus vero nervi *110.* ramus est *112.* ramus musculo-ligamentosus, qui in musculo et ligamento spinoso sacro evanescit.

113. Tertius nervus perforans. Evanescit paulo superius et exterius in cute ossis coccygis. Antea spargit ramum muscularem *114.* qui ad musculum spinoso sacrum et spinoso coccygeum tendit.

115. Radix prima nervi perforantis quarti, a tertio pari sacrali veniens.

116. Radix secunda nervi perforantis, e quarto pari sacrali orta: *117.* conjunctio harum radicum.

118. Truncus nervi sacralis quinti.

119. Nervi quinti sacralis surculi in musculo et ligamento spinoso sacro finiti.

120. Nervus pudendalis superior, seu clytorideus.

121. Radices nervi clytoridei, quibus nascitur a tertio nervo sacrali.

122. Truncus nervorum haemorrhoidalium internorum, e tertio nervo sacrali ortus et in tres ramos fissus.

124 125. Pudendales nervi. Quando pudendalis *124.* sese conjungit cum nervo pudendali, *125.* tunc in extremitate labiorum pudendorum infima terminatur.

126. Nervus pudendalis inferior, vel longus tribus radicibus ex origine nervi ischiadici natus.

127. Ganglion primi nervi sacralis sinistri.

128. Nervus sacralis primus sinister.

129. Truncus nervi sympathici magni sinistri lateris, seu nervus communicans inter ganglion sacrale primum et ganglion lumbare quintum sinistrum.

130. Anastomosis ganglii lumbaris primi sinistri cum nervo *66.* lateris dextri; hinc ganglion primum sacrale sinistrum anastomosin habet cum secunda radice nervi sacralis dextri primi, munere ganglii sacralis primi fungente, mediantibus nervis *66. 67.* et *69.*

131. Anastomosis ganglii sacralis sinistri primi cum ramo *72.* a ganglio secundo sacrali dextro.

132. 132. Ramulus nervi *131.* ad intestinum rectum migrans.

133. Nervus sacralis secundus sinister.

134. Ganglion sacrale secundum sinistrum.

135. Truncus nervi sympathici magni, seu nervus anastomoticus inter ganglion sacrale primum *127.* et secundum sinistrum *134.*

136. Radix, a trunco nervi sacralis secundi *133.* ad ganglion sacrale secundum *134.* ambulans.

138. Ganglion sacrale tertium sinistrum.

139. Truncus nervi sympathici magni sinistri seu ramus anastomoticus inter ganglion sacrale tertium et secundum sinistri lateris.

144. Radix ganglii sacralis tertii *137.* qua cum trunco nervi sacralis tertii sinistri *135.* copulatur.

140. Nervus quartus sacralis sinister.

141. Ganglion quartum sacrale sinistrum.

142. Duae radices a nervo sacrali quarto sinistro ad ganglion quartum ambulantes.

143. Truncus nervi sympathici sinistri, seu nervus anastomoticus inter ganglion sacrale quartum et tertium sinistri lateris.

137. Radix anastomotica trunci nervi sympathici sinistri, cum nervo sacrali tertio sinistro.

145. Radix anastomotica trunci nervi sympathici magni sinistri, quae cum nervo sacrali quarto *140.* lateris sinistri copulatur.

146. Nervus sacralis quintus sinister.

147. Truncus nervi sympathici sinistri, seu nervus anastomoticus inter ganglion sacrale quartum sinistrum et nervum sacralem quintum sinistrum.

148. Finis atque conjunctio nervi sympathici magni sinistri lateris cum nervo sympathico magno dextri lateris.

149. Ganglion sacrale dextrum tertium.

150. Radices, quas accipit ganglion sacrale tertium a trunco sacrali tertio.

151. Anastomosis ganglii sacralis tertii dextri lateris cum ganglio sacrali tertio sinistro *137.*

152. Ganglion sacrale quartum dextrum.

153. Truncus nervi sympathici dextri, seu nervi anastomotici inter ganglion sacrale tertium et quartum.

154. Radix ganglii sacralis dextri quarti, quam accipit a nervo sacrali tertio dextro.

155. Radix, quam accipit ganglion sacrale dextrum quartum a nervo sacrali quarto dextro *102.*

156. 156. Anastomosis inter ganglion sacrale dextrum quartum et sinistrum quartum.

157. Surculus in ligamento spinoso sacro evanescens.

158. Ramuli nervi quinti sacralis dextri minutissimis surculis in musculo et ligamento spinoso coccygeo terminati.

159. Ganglion nervi sympathici magni sacrale quintum impar

ad quod mittit in dextro latere nervus sacralis quintus surculum communicantem *160*. Quod ganglion non raro tam parvum est, ut vix, ac ne vix quidem ganglii nomine insigniri mereatur. Potius pro loco unionis simplicis nervi sacralis quarti et quinti est habendum.

161. Ramus communicans, quem idem ganglion in latere sinistro accipit a nervo sacrali *146*.

162 Truncus nervi sympathici magni dextri, seu nervus anastomoticus inter ganglion sacrale quartum et ganglion quintum sacrale impar.

163. Anastomosis inter nervum *162*. et *156*.

164. Ultimus terminus sympathici nervi dextri.

165. Ganglion coccygeum, in quo nervus sympathicus sinister et dester uniuntur.

166. Surculi ultimi, quos ganglion *165*. emittit et qui minutissimi in ultimo termino musculi et ligamenti spinoso coccygei evanescunt.

167. Surculus, in infimum terminum intestini recti implantatus.

TABULA CCLXII.

Ex eodem opere.

FIG. I.

Anteriores cutanei, et subcutanei nervi cruris cute reclinata et a dipe remoto supra latam fasciam decurrentes.

A. Musculus iliacus internus.
B. Psoas magnus.
C. Psoas parvus.
D.D. Ligamentum Fallopii.
E. Cutis reclinata *E.E.E.E.*
F. Patella.
G. Ejus ligamentum tibiae implantatum.
a. a. Glandulae inguinales.
b. Synchondrosis ossium pubis.
c. Margo, seu crista ossis ilium.
d. Arteria cruralis.
e. Vena cruralis.
1. Ramus nervi lumbalis primi.
2. Ramulus ex ramo *1.* divisus in duos nervos ad cutim et nonnullos musculos migrantes.
3. Propago nervi *1.* largiens ramulum *4.* ad posteriorem femoris partem, et alterum *5.* ad magis exteriorem faciem ejusdem, ut accuratius Fig. II. n. *6. 7. 8. 9.* demonstrat.
6. Surculus anastomoticus inter hunc et nervum lumbalem secundum *7.*
7. Ramus nervi lumbalis secundi. Dividitur in ramulum *8*, ad posteriorem femoris partem descendentem, cujus ultimos surculos F. II. n. *11. 12. 13.*, et in alterum *9*, qui statim *10.* anastomosim ineunt cum surculo *6.* nervi lumbalis primi.
11. Progressus hujus nervi ad inguen, qui duobus filamentis *12.* in cute montis Veneris ejusque adipe et in scroto terminatur.

13. Surculus, qui in cute prope scrotum finitur.
14. Surculus minimus, ad glandulam inguinalem accedens.
15. 15. Nervus cutaneus externus.
16. Surculus anastomoticus cum nervo crurali 41.
17. Ramus posterior nervi cutanei externi 15. posteriorem versus femoris partem proficiscens. Cujus progressum Fig. II. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30.
18. Ramus anterior nervi cutanei externi 15. ad anteriorem et externam femoris partem abiens.
19. Primus hujus rami ramulus, duobus filamentis in adipe musculi tensoris fasciae latae evanescit.
20. Continuatus ramus anterior nervi cutanei externi 15.
21. Secundus hujus rami ramulus, qui surculo 22. ad cutim, vastum externum tegentem abit, altero in adipe terminatur.
23. Continuatus ramus anterior nervi cutanei externi 15.
24. Tertius hujus rami ramulus, in fascia lata consumtus.
25. Quartus hujus rami ramulus, in cute ed adipe evanescens.
26. Continuatus ramus anterior nervi cutanei externi 15. qui nunc in duo dividitur aequales ramulos, in unum 27, qui quintum rami anterioris, nervi cutanei externi, constituit ramulum, et secedit in surculum cutaneum 28. duobus filamentis terminatum et in surculum subcutaneum 29, qui adipi largitur tenuem nervulum 30. et ramulum 31. anastomoseos artificio cum nervo 32. conjunctum et duobus filamentis in cute, genu exteriora versus tegente, finitum.
34. Surculus alter, qui sextum rami anterioris, nervi cutanei externi, constituit ramulum. Spargit hic nervulus surculum anastomoticum 32. cum ramo 31. et alium 35. qui filamentis in cute et contextu celluloso genu muniente evanescit.
36. Septimus ramulus rami anterioris, nervi cutanei externi 15.
37. Unus hujus ramuli surculus duobus filamentis in contextu celluloso fasciae latae evanescens.
38. Alter, qui in cute a latere externo musculi recti cruris consumitur.
39 Radix nervi cruralis ex nervo lumbali secundo et tertio nata

40. Radix nervi cruralis ex nervo lumbali quarto orta.
41. Nervus cruralis, sive femoralis magnus, aut anterior dictus.
42. Surculi nervosi, ex nervo crurali orti, elegantem plexum iliacum formant qui musculum iliacum internum tegit.
43. Nervus musculi psoae recurrens.
44. Surculi nervosi ad psoam musculum proficiscentes.
45. Truncus musculo-cutaneus, ex nervo crurali ortus, spargit varios nervos, scilicet nervum pro musculo pectineo, 46. tres nervos pro musculo Sartorio, 48. 49. 58. nervum cutaneum medium, 50. quatuor nervos ad musculum vastum externum et nervum brevem, seu superiorem pro musculo crurali.
46. Nervus pro musculo pectineo, seu livido, cujus distributio proximis Iconibus videri potest.
47. Truncus continuatus musculo cutaneus 45.
48. Nervus pro musculo Sartorio superior, seu brevis, cujus propagines sequentibus Tabulis cernere licet.
49. Nervus pro musculo Sartorio medius.
50. Nervus cutaneus medius, cujus primus ramulus 51. in adipe consumtus.
52. Secundus ramulus ejusdem nervi, qui cutim et textum cellulosum adit fasciae latae.
53. Tertius ramulus nervi 50. qui uno surculo in adipe finitur, aliis versus cutim migrat.
54. Ramulus continuatus nervi 50. qui in cute patellam cingente terminatur.
55. Quartus ramulus nervi 50. anastomosin init cum nervo cutaneo anteriore 61.
56. Ramus nervosus, ex quo nervi pro musculo vasto externo, et nervus brevis, seu superior musculi cruralis oriuntur.
57. Ramus ex nervo crurali ortus, in recto cruris distribuitur musculo.
58. Ramulus trunci nervosi 47. qui anastomoseos ope cum nervo 59. conjungitur, ut exinde componatur nervus musculi Sartorii inferior, seu longus.
59. Nervus anastomoticus ad componendum nervum pro musculo Sartorio longum.

60. Nervus anastomoticus ad nervum longum musculi Sartorii componendum. Quem nervum longum in situ fere naturali exprimit Tab. CCLXIII.
61. Nervus cutaneus anterior, cujus continuatio 62.
63. Secundus ramulus nervi 61. duobus surculis in cute terminatus.
64. Tertius ramulus nervi 61. qui surculis suis in adipe consumitur.
65. Continuatus nervus cutaneus anterior 61.
66. Quartus ramulus, qui cutim, vasti interni musculi latus internum obducentem, adit.
67. Quintus ramulus, tribus surculis versus superiorem patellae partem proficiscens.
68. Finis nervi cutanei anterioris, surculis in tela cellulosa evanescens, quae supremam patellae partem cum ante conjungit.
69. Ramus nervosus ad arteriam cruralem migrans duobus, vel tribus filamentis in membrana ejus musculari finitus.
70. Nervus qui ad musculum adductorem brevem *Albini* proficiscitur ibique cum nervi obturatorii ramo anteriore, qui eundem musculum adit, anastomoseos artificio copulatur.
71. Radix nervi longi, seu inferioris pro musculo vasto interno et nervi sapheni. Prioris nervi fines ultimi Tab. CCLXIV conspicui sunt; posterioris vero descensus versus genu in eadem Tabula notatus est. Ultimi vero hujus nervi sapheni fines, in nostra Tabula depicti, sequenti modo invenientur.
72. Propago insignis rami primi nervi sapheni qui statim in tres, vel quatuor dividitur ramulos.
73. Ramulus rami 72. qui uno surculo haud procul a ligamento patellae in contextu celluloso consumitur; altero cutim adit.
75. Continuatus ramulus 73.
76. Ramulus rami 72. super ligamentum patellae, tibiae implantatum, in tela cellulosa finitur.
77. Ramulus rami 72. qui uno surculo in tela cellulosa, altero 78. in duo filamenta diviso, in cute, musculum tibialem anticum obtegente, consumitur.

79. Continuatio secundi insignis rami nervi sapheni qui mox in tres abit ramulos.

80. Ramulus rami 79. qui uno surculo 81. versus genu recurrit, et in ejus latere externo, duobus filamentis ligamento implantatur.

82. Altero duobus filamentis in cute et adiposa membrana desinit.

83. Ramulus rami 79. qui unum lateralem surculum spargit et deinde in adipe consumitur.

84. Continuatus nervus saphenus.

85. Tertius ramus nervi sapheni, qui duobus ramulis in adipe consumitur.

86. Quartus ramus nervi sapheni, qui duobus ramulis cutim adit.

87. Rami anastomotici, qui nervum saphenum cum ramo ejus insigni 102. connectunt.

88. Quintus ramus nervi sapheni, surculo laterali adipi dato, progreditur, et partim in adipe, partim in cute desinit.

89. Sextus ramus nervi sapheni, qui statim abit in tres ramulos adipi, cuti, et musculo tibiali anteriori tributos.

90. Septimus ramus nervi sapheni, qui in periostio tibiae desinere videtur.

91. Octavus ramus nervi sapheni, qui in regione musculi tibialis antici finitur.

92. Ramus anastomoticus, qui nervum saphenum cum ramo ejus insigni 102. connectit.

93. Nonus ramus nervi sapheni, qui duobus surculis periostio tibiae est agglutinatus.

94. Decimus ramus nervi sapheni, versus malleolum externum tendit, ibique surculum porrigit membranae adiposae et in cute finitur.

95. Undecimus ramus nervi sapheni, qui versus malleolum externum migrat, et ibi duobus surculis in adipe desinit.

96. Duodecimus ramus nervi sapheni ad malleolum internum proficiscitur et in duo abit ramulos, quorum alter 97. in duo surculos divisus, qui fibris ligamentosis articuli intermiscentur.

98. Decimus tertius ramus nervi sapheni.
99. Decimus quartus ramus nervi sapheni.
100. Decimus quintus ramus nervi sapheni.
101. Decimus sextus ramus nervi sapheni. Qui tres rami infra malleolum internum partim in membrana adiposa cutis, partim in cute ipsa consumuntur.
102. Decimus septimus ramus nervi sapheni, reliquis insignior. Igitur ramum hunc nomine nervi sapheni minoris, seu secundi insignire placet. Migrat concomitante trunco nervi sapheni, cum quo in itinere suo triplici modo, anastomoseos ope 87.92. conjungitur, versus malleolum internum et ibidem in laterali et aversa parte cruris finitur.
103. Nodulus, sive ganglion, quod nervus saphenus minor ad spargendos varios ramulos format.
104. Secundus nervi sapheni minoris 102. ramulus.
105. Surculus, longum iter in surae laterali parte faciens.
106. Filamentum in hoc itinere cuti datum, et adipi.
107. Surculus cum socio cutim adiens, quae infimam et lateralem surae partem obvolvit.
108. Surculus anastomoticus, qui alio adhuc surculo anastomotico secundum ramulum nervi sapheni minoris 102. conjungit cum tertio.
109. Continuatus ramulus secundus 104.
110. Surculus in adipe consumtus, et ad cutim abiens.
111 Surculus ramuli nervi sapheni minoris quarti.
112 Quartus ramulus nervi sapheni minoris.
113. Quintus ramulus nervi sapheni minoris, qui statim anastomosin init cum 114. ramulo quarto. E nervo, his ramulis composito, exeunt.
115 Duo filamenta ad cutim interni pedis lateris abeuntia.
116. Continuatus nervus saphenus minor 102.
117. Sextus ramulus nervi sapheni minoris, qui filamenta duo spargit lateri cruris interno.
118. Septimus ramulus nervi sapheni, periostio tibiae annexus.
119. Radix nervi cutanei interni.
120. Ramus nervi cutanei interni secundus.

121. Ramulus, in cute in regione musculi Sartorii terminatus.
122. Ramulus ad cutim abiens et haud procul a tendine musculi Sartorii finitus.
123. Ramulus, qui duobus surculis 124. in interiore femoris parte ad cutim proficiscitur.
125. Ramus tertius nervi cutanei interni.
126. Ejus ramulus, qui mox in duo surculos dividitur: alter in adipe delitescens, alter cuti insertus.
127. Ramulus rami interni 125. alter, qui cuti duobus surculis sese immergit.
128. Ramus nervi cutanei interni quintus.
129. Ramulus, ad mediam patellae partem proficiscens.
130. Ramulus, ad inferiorem patellae partem decurrens tres spargens surculos; primum, secundum et tertium, qui tres omnes ligamentum patellae transeunt et in adipe, qui circa genu est, terminantur.
131. Continuatus ramus quintus 128.
132. Nervi inguinalis propago.
133. Ramus exteriora versus oblique ad glandulam inguinalem ascendens.
134. Ramulus in adipe finitus.
135. Ramulus ad glandulam inguinalem descendens.
136. Nervus inguinalis continuatus.
137. Ramus anastomoticus, qui nervum cutaneum anteriorem 61 cum nostro conjungit.
138. Finis hujus nervi inguinalis in adipe.
139. Ramus qui in tres abit surculos.
140. Primus ad glandulam inguinalem descendit, in quo itinere.
141. Filamentum laterale pinguedini largitur,
142. Deinde duobus filamentis glandulam inguinalem adit.
143. Secundus ad glandulam inguinalem migrat.
144. Tertius nervus pudendus externus est et bifurcatus;
145. Duobus enim filamentis infra montem veneris ad scrotum migrat et in cute et adipe vario modo distribuitur.

FIG. II.

Nervi cutanei et subcutanei in aversa femoris parte supra fasciam latam distributi, remotis communibus integumentis et pinguedine semota.

A. Musculus gluteus magnus.
B. Musculus gluteus medius.
C. C. Musculi gastrocnemii, lata fascia tecti.
D. D. D. D. Cutis reclinata.
1. Ramulus nervi lumbaris primi. Originem hujus nervi vide Fig. I. n. *1. 2.*
2. Surculus lateralis, uno filamento anastomosin iniens cum ramo aliquo nervi lumbalis secundi *13.* in cute desinens.
3. Continuatus ramulus *1.*
4. Filamentum, quod inter fibras tendinosas, quae musculum gluteum maximum tegunt, iter facit suum.
5. Ramulus alius ejusdem nervi lumbalis primi.
6. Surculus, qui supra aponeurosin musculi glutei medii migrat.
7. Surculus, qui fibris tendinosis, musculum gluteum maximum tegentibus, intermiscetur.
8. Continuatus ramulus *5.* versus mediam musculi glutei maximi partem proficiscens.
9. Surculus ejusdem rami *5.* qui anastomosi facta, eodem fere loco consumitur.
10. Ramulus nervi lumbalis secundi. Vide Fig. I. n. *6. 7. 8.*
11. Surculus, qui versus cristam ossis ilei ascendit et cuti sese inserit.
12. Surculus, qui in membrana cutis adiposa finitur.
13. Surculus, qui exteriora versus tendit et anastomoseos artificio cum surculo laterali *2.* nervi *1.* conjungitur.
14. Ramus posterior nervi cutanei externi *44.*
15. Ramulus, qui aliqua concomitante arteria cutanea interiora versus proficiscitur et varios spargit surculos.
16. Surculus ramuli *15.* anastomosin faciens cum surculo *9.* nervi lumbalis primi.

17. Surculus anastomoticus cum ramulo 21. nervi cutanei externi 14.
18. Surculus, qui duobus filamentis in cute finitur, sed tertio quodam anastomosin init cum surculo 56. sub cute evanescente.
20. Continuatus ramus 14.
21. Ramulus rami, 14. prope marginem externum musculi glutei maximi sub cute descendens.
22. Continuatus ramus 14.
23. Surculus ramuli, 21. duobus filamentis cuti implantatus.
24. Surculus ramuli, 22. duobus filamentis cuti insertus.
25. Continuatus ramus 14.
26. Ramulus, qui duobus filamentis cutim, musculum vastum externum tegentem, adit.
27. Ramulus rami 14. qui uno interno filamento cuti, altero externo, membranae cutis adiposae inseritur.
28. Ramlus, qui cutim adit.
29. Ultimus rami 14. finis uno filamento supra latam fasciam cessat, altero in cute finitur.
30. Ramulus lateralis nervi 15. exteriora versus ad cutim profisciscens.
31. Nervi cutanei posterioris superioris ramus lateralis primus.
32. Ramulus, qui sursum flectitur et scrotum adit.
33. Ramulus duobus filamentis cuti insertus.
34. Ramulus, uno surculo in adipe, altero in cute finitus.
35. Surculus, qui in membrana cutis adiposa terminatur.
36. Surculus, qui uno filamento cutim, altero laxam cutis texturam cellulosam adit. Finis ultimus rami 31.
37. Ramus nervi cutanei posterioris superioris lateralis secundus.
38. Ramulus rami 37. internus, fasciam latam seorsim perforans.
39. Ramulus rami 37. internus.
40. Continuatus ramus 37.
41. Ramulus rami 37. externus, fasciae latae agglutinatus.
42. Surculus rami 37. internus.

43. Surculus rami 37. externus. Ambo in cute terminati.
44. Nervi cutanei posterioris superioris ramus lateralis tertius, seorsim latam fasciam perforans.
45. Ramulus hujus nervi internus adipem adit.
46. Ramulus rami 44. internus.
47. Surculus rami 46. internus.
48. Surculus ramuli 46. externus, in pinguedine, circa superiorem poplitis regionem posita, desinens.
49. Continuatus nervus 44. hoc loco divisus in ramulum internum 50. qui cuti poplitem tegenti surculos spargit, 51. et ramulum externum, ex quo prosilit surculus 52. internus, et 53. surculus externus, in poplite dominantes.
54. Ramulus rami 44. externus. Spargit duo surculos, in adipe terminatos.
55. Ramus lateralis quartus nervi cutanei posterioris superioris, seorsim fasciam latam penetrans.
56. Surculus rami 55. internus, ad cutim progrediens.
57. Surculus rami 55. internus in cute finitus.
58. Ultimus finis rami 55. bifurcatus.
59. Truncus nervi cutanei posterioris superioris, seorsim fasciam latam perforans.
60. Surculus nervi 59. externus, in duo filamenta divisus.
61. Continuatus nervus 59. ad externam poplitis partem proficiscens.
62. Surculus nervi 59. internus, ad poplitem proficiscens, ibique in adipe lateris interni finitus.
63. Surculus nervi 59. internus, divisus in duo filamenta, cuti, et membranae adiposae intertexta.
64. Continuatus nervus 59. Bifurcatus est, et 65. uno surculo partim in adipe partim in cute finitur.
66. Altero vero surculo ex toto duobus filamentis cuti inseritur.
67. Nervus cutaneus internus superior, cujus 68. ramulus lateralis externus, cuti implantatus.
69. Ramulus lateralis internus, in adipe consumtus.
70. Ramulus lateralis internus, qui cutim adit.

71. Finis ultimus nervi cutanei interni superioris in cute, latus femoris internum tegente, desinens.
72. Nervus cutaneus internus inferior. Dividitur in tres ramos, in internum scilicet, medium, et externum.
73. Ramus nervi 72. internus bifurcatus est.
74. Ramus nervi 72. medius et crassior. Descendit in dorso musculi gastrocnemii interni, et spargit ramulos varios.
75. Ramulus primus externus est, et adiposam membranam adit et cutim.
76. Ramulus rami 74. secundus interne oritur et duobus surculis adipem petit.
77. Ramulus tertius rami 74. internus est, et in cute et in pinguedine terminatur.
78. Quartus rami 74. ramulus in cute absumitur.
79. Ramulus quintus 74. externus, in cute finitus.
80. Nervus cutaneus externus.
81. Ramus nervi 80. internus, in duo surculos abiens.
82. Ramulus nervi 80. versus mediam surae partem descendens.
83. Ramulus hujus nervi internus, qui tribus surculis in contextu adiposo et in cute finem habet.
84. Continuatus nervus 80. qui longissimum iter ad inferiorem surae partem facit et in hoc itinere tres spargit surculos.
85. Ramulus nervi 80. versus lateralem surae partem descendens.
86. Nervus cutaneus posterior inferior externus primus, vel, si alia magis placeret hujus nervi denominatio, nomine *nervi cutanei subsuralis externi superioris* insigniri posset.
87. Ramulus hujus nervi internus.
88. Ramulus hujus nervi externus, in adipe desinens.
89. Ramulus nervi 86. internus est.
90. Continuatus nervus 86.
91. Ramulus, in pinguedine cessans.
92. Continuatio ramuli 90. qui duobus filamentis cuti inseritur.
93. Nervus cutaneus posterior inferior internus primus, aut, si aliam mavis denominationem, nervus *cutaneus subsuralis internus superior* dici potest.

94. Nervus cutaneus posterior inferior internus secundus, vel nervus *cutaneus subsuralis internus inferior*. Abit in duos ramulos.

95. Ramulus ejus externus, in pinguedine eodem fere loco duobus surculis consumitur.

96. Ramulus ejus internus, qui supra malleolum internum cutim adit.

97. Nervus cutaneus posterior inferior externus secundus, vel nervus *cutaneus subsuralis internus inferior*.

98. Continuatio ramuli 97. ad regionem malleoli externi.

99. Ramus nervi sacralis posterioris secundi, versus musculum gluteum maximum migrans.

100. Ramulus nervi 99. supra musculum gluteum repens.

101. Ramulus nervi 99. qui in adipe musculum gluteum maximum tegente cessat.

102. Ramus nervi sacralis posterioris tertii.

103. Ramulus nervi 102. superior.

104. Ramulus nervi 102. inferior.

105. Ramus nervi sacralis posterioris quarti.

106. Ramulus ejus inferior, ad pinguedinem abiens.

107. Ramulus rami 105. superior, qui anastomosim init cum surculo nervi 102.

108. Ramus nervi sacralis posterioris quinti, ad inferiorem internam musculi glutei maximi partem tendens.

109. Ramulus rami 108. superior, bifurcatus. Abit in duo surculos.

110. Ramulus rami 108 inferior, bifurcatus. Spargit duo surculos, quorum unus in adipe finitur, alter in filamenta abit cuti insertum.

TABULA CCLXIII.

Ex eodem Opere.

FIG. I.

Nervi cruralis magni descensus et prima distributio.

A. A. Musculus iliacus internus.
B. Psoas magnus.
C. Pars musculi glutei medii.
D. Musculus sartorius.
E. F. Tensor latae fasciae vel vaginae femoris. *E.* Ortus a crista ossis ilei. *F.* Extremum, unde rescissa pars tendinea.
G. H. Vastus musculus externus. *H.* Insertio patellae.
I. I. Rectus cruris.
K. Ligamentum a patella ad tibiam descendens.
L. Musculus vastus internus.
M. Musculus pectineus, vel lividus.
N. Adductor longus femoris *Albini*.
O. Gracilis musculus.
P. Adductor magnus femoris *Albini*.
Q. Musculus sartorius
R. Biceps cruris.
S. Musculus peroneus longus.
T. Musculus soleus.
U. Extensor longus digitorum pedis cum peroneo musculo tertio.
V. Peroneus brevis musculus.
W. X. Musculus tibialis anticus. *X.* Ejus tendo.
Y. Y. Gemelli, sive musculus gastrocnemius.
Z. Musculus soleus.
a. Tendo musculi plantaris.
b. Arteria cruralis.
c. Vena cruralis.

d. Arteria circumflexa ileum abscissa.

e. Arteria abdominalis *Halleri*.

f. Arteria circumflexa femoris externa.

g. Margo, seu crista ossis ileum.

h. Os pubis et ejus pars synchondroseos.

1. Ramus nervi lumbalis primi.

2. Ramus, ex ramo *1.* enatus, divisus in duo nervos ad cutim et musculos migrantes.

3. Propago rami. *1.* Largiens ramulum unum *4.* ad posteriorem femoris partem descendentem.

5. Alterum ramulum ad eandem, magis vere exteriorem, femoris partem.

6. Surculus anastomoticus inter hunc et nervum lumbalem secundum 7.

7. Ramus nervi lumbalis secundi. Secedit in ramulum *8.* ad posteriorem femoris partem descendentem, et in alterum *9.* qui denuo in duos surculos abit, paulo post ad unicum ramulum *10.* formandum collectos, et insula facta anastomosim ineunt cum nervo *6.*

11. Descensus hujus nervi ad inguen et pudenda externa.

12. Nervus cutaneus externus.

13. Tenuissimum filamentum anastomoticum cum surculo plexus iliaci *19.*

14. Ramus posterior nervi cutanei externi *12.* versus posteriorem femoris partem proficiscens.

15. Ramus anterior nervi cutanei *12.* ad anteriorem externam femoris partem descendens.

16. Radix nervi cruralis, ex nervo lumbali secundo et tertio nata.

17. Radix nervi cruralis, ex nervo lumbali quarto orta.

18. Nervus cruralis, seu femoralis magnus, vel anterior dictus.

19. 19. Surculi nervosi, ex nervo crurali exorti, elegantem plexum iliacum formant, qui musculum iliacum internum tegit.

20. Nervus musculi psoae recurrens.

21. Surculi nervosi, ad psoam musculum proficiscentes.

22. Truncus musculo cutaneus, ex nervo crurali ortus. Spargit varios nervos, nervulum scilicet pro musculo perti-

neo *23.* nervulos tres pro musculo sartorio *24. 27. 34.* nervum cutaneum medium *28.* quatuor nervos ad musculum vastum externum, et nervum denique brevem, seu superiorem pro musculo crurali.

23. Nervus pro musculo pectineo, seu livido.

24. Nervus pro musculo sartorio superior, seu brevis.

25. Ramulus hujus nervi, qui duobus surculis sartorio musculo inseritur.

26. Ramulus hujus nervi *24.* qui totus eundem musculum adit.

27. Nervus pro musculo sartorio medius.

28. Nervus cutaneus medius.

29 Quartus ramulus nervi *28.* anastomosin init cum nervo cutaneo anteriore *45.*

30. Ramus nervosus, ex quo nervi pro musculo vasto externo et nervus brevis, seu superior musculi cruralis oriuntur. Quorum nervorum descensum et distributionem proxima Tabula ostendit.

31. Nervus ex nervo crurali ortus, ad musculum rectum cruris proficiscitur: *32.* ramus ejus externus.

33. Ramus ejus internus. Quorum ramulorum propagines in Tab. sequenti, Fig. I. conspicuae sunt.

34. Ramulus trunci nervosi *22.* qui anastomosin init cum nervo *35.* Qua ratione componitur nervus musculi sartorii inferior, seu longus *38.*

35. Nervus anastomoticus ad componendum nervum longum pro musculo sartorio.

36. Nervus anastomoticus ad eundem efficiendum nervum longum.

37. Nervus anastomoticus, ex nervis *34.* et *35.* compositus, ad procreandum nervum musculi sartorii longum.

38. Nervus musculi sartorii longus, a latere interno hujus musculi descendens. Anteriora versus paululum protractus est.

39. 40. 41. 42. Rami nervi longi: *43.* finis ultimus.

45. Nervus cutaneus anterior: *46.* primus ejus ramulus.

47. Continuatus nervus cutaneus anterior *45.*

48. Secundus ramulus nervi *45.* in cute duobus surculis desinit.

49. Tertius ramulus nervi, *45.* qui tribus filamentis in adipe consumitur, *50.*

51. Continuatio nervi cutanei anterioris *45.*

52. Quartus ramulus internus est et cutim, musculum vastum internum ab interno latere tegentem, adit.

53. Continuatio nervus cutaneus anterior *45.*

54. Quintus ramulus, tribus surculis versus superiorem patellae partem proficiscens. Quos surculos videndos praebet Tab. superior Fig. I.

55. Finis nervi cutanei anterioris, duobus surculis Tab. antecedente Fig. I. in adipe, qui supra patellam positus est, evanescens.

56. Nervus, qui ad musculum adductorem brevem *Albini* proficiscitur ibique cum nervi obturatorii-ramo anteriore, qui ad eundem musculum descendit, anastomoseos artificio conjungitur.

57. Nervus musculi cruralis longus, seu inferior. Ejus progressum et distributionem Tab. CCLXIV. demonstrat. Juxta hunc nervum oritur nervus brevis, seu superior musculi vasti interni, qui in eadem Tabula et Figura depictus et rapraesentatus est.

58. Radix nervi longi, seu inferioris pro musculo vasto interno et nervi sapheni. Prioris nervi ramos ulteriores Tab. sequens ostendit; posterioris vero versus genu descensus in Tab. CCLXII. Fig. I. conspicuus est.

59. Nervus longus, seu inferior pro musculo vasto interno.

60. Principium nervi sapheni.

61. Primus nervi sapheni ramus.

62. Ramus anastomoticus, qui hunc ramum primum cum nervo cutaneo interno conjungit et hunc in saphenum quasi mutat.

63. Propago insignis rami primi nervi sapheni *60.* qui spargit statim duos ramulos.

64. Secundus insignis ramus nervi sapheni *60.*

65. Propago insignis rami secundi nervi sapheni, qui mox in tres abit ramulos.

66. Continuatus nervus saphenus.

67. Tertius ramus nervi sapheni, qui duobus surculis in adipe consumitur.
68. Quartus ramus nervi sapheni.
69. Primus ejus ramulus, periostio tibiae agglutinatus: 70. alter cuti insertus.
71. Rami anastomotici, qui nervum sapheni cum ramo ejus insigni 84. connectunt.
72. Quintus ramus nervi sapheni, surculo laterali adipi dato.
73. Sextus ramus nervi sapheni, qui statim abit in tres ramulos, cuti et adipi tributos.
74. Octavus ramus nervi sapheni.
75. Ejus pars extrema in regione musculi tibialis antici.
76. Ramus anastomoticus, qui nervum saphenum cum ramo ejus insigni 84. conjungit.
77. Nonus ramus nervi sapheni, qui periostio tibiae duobus surculis est agglutinatus.
78. Decimus ramus nervi sapheni, versus malleolum externum tendit, ibique surculum porrigit membranae adiposae.
79. Undecimus ramus nervi sapheni, qui versus malleolum externum migrat et ibi surculis in adipe desinit.
80. Duodecimus ramus nervi sapheni, qui ad malleolum internum proficiscitur et in tres abit ramulos, in cute et in ligamento tarsi evanescentes.
81. Decimus tertius ramus nervi sapheni.
82. Decimus quartus ramus nervi sapheni.
83. Decimus quintus ramus nervi sapheni.
84. Decimus septimus ramus nervi sapheni, reliquis insignior. Igitur nervum hunc *saphenum secundum*, seu minorem in Tabula antecedente vocavimus. Migrat concomitante trunco sapheni nervi, cum quo in itinere suo triplici modo 71. 76. conjungitur, versus malleolum internum in laterali cruris parte finitur.
85. Primus hujus rami ramulus, fere longissimus, transit tibiam et in cute, quae in media parte musculi tibialis antici est, finitur.
86. Nodulus, sive ganglion, quod nervus saphenus minor ad emittendos varios ramulos format.

87. Secundus sapheni minoris nervi ramulus.

88. Surculus ramuli 87 longissimum iter in surae laterali parte faciens.

89. Surculus anastomoticus, qui secundum ramulum nervi sapheni minoris conjungit cum tertio.

90. Continuatus ramulus secundus, 87. qui duobus surculis terminatur. Tertius nervi sapheni minoris ramulus brevis est et mox cum secundo ramulo 89. conjungitur.

91. Surculus ramuli nervi sapheni minoris quarti.

92. Ipse quartus ramulus nervi sapheni minoris, filamentis cuti insertis.

93. Quintus ramulus nervi sapheni minoris.

94. Continuatus nervus saphenus minor 84.

95. Sextus ramulus nervi sapheni minoris, qui duobus surculis finitur.

96. Radix nervi cutanei interni.

97. Nervus cutaneus internus.

98. Nervi cutanei interni ramus primus.

99. Ramus tertius nervi cutanei interni, qui ad musculum gracilem abit ibique consumitur. Ramum hunc in antecedente Tabula Fig. I. desiderabunt *lectores*, sed loco ejus alium invenient ad fasciam latam proficiscentem. Caeterum observavimus, modo hunc, mode illum, modo utrumque in cadaveribus reperiri.

100. Ramus quartus nervi cutanei interni anastomoticus et quasi finis rami primi ejusdem nervi. Copulat ramum primum cum nervo cutaneo interno ipso.

101. Nervus cutaneus internus, ramo primo, antea dato, et nunc in nervum cutaneum internum ipsum collecto, auctus.

102. Ramus nervi cutanei interni quintus, musculum sartorium prope tendinem perforans. Surculum ejus, ad mediam patellae partem progredientem vide Tabula antecedente, Fig. I.

